k. Stoll

IOSEPHI BINGHAMI,

RECTORIS ECCLESIAE HAVANTINAE
IN AGRO HANTONIENSI ANGLIAE,

ORIGINES

SIVE

ANTIQVITATES ECCLESIASTICAE.

EX LINGVA ANGLICANA IN LATINAM
VERTIT

IO. HENRICVS GRISCHOVIVS,

HALBERSTADIENSIS.

VOLVMEN NONVM.



HALAE,
SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI.
M DCC XXIX.

SVMME REVERENDO DOMINO

ET IN DEO PATRI,

CAROLO,

DIOECESIS VINTONIENSIS

EPISCOPO,

NEC NON

NOBILISSIMI ORDINIS PERISCE-
LIDIS PRAESVLI,

FELICITATEM!

DOMINE SVMME REVERENDE,



X vetuſtis eccleſiæ regulis, quarum de bene multis in hoc opere diſſerendi habui occaſionem, vna aliqua erat, Vt presbyteri nihil facerent ἄνευ γνώμης τȣ̃ ἐπισκόπȣ, ſine conſcientia epiſcopi. Quæ etſi non ad quælibet priuata, domeſtica & ſæcularia referenda erat negotia, tamen ſine vlla dubitatione ad concordiam & mutuam vtrorumque rationem atque ordinem in omnibus publici muneris rebus, quæ ad cauſſam ſalutemque eccleſiæ pertinerent, inter eos conſeruandum ſpectauit. Ad hanc igitur regulam me conformando vti huius operis initia anteceſſori TVO, meo tum antiſtiti, exhibui, ita hanc extremam & vltimam [a] illius partem ad pedes TVOS, DOMINE SVMME REVE-

(a) *This laſt and finiſhing Part of it.* Supereſt autem adhuc integer liber viceſimus tertius: Superſunt & indices & præfatio libro huic vltimo

REN-

RENDE, iam depono; non dubitans, quin, quum ſis meliorum litterarum & antiquæ eruditionis auctor atque impulſor, benevole eam excepturus ſis libenterque comprobaturus. Tanto maiorem id ſperandi cauſſam habeo, quia pro mirifica naturæ TVAE bonitate atque indulgentia huius inſtituti ſemper adiutor hortatorque exſtitiſti; quemadmodum ex litterarum commercio, quod complures annos TECum mihi fuit, felici experimento deprehendi. Opus hoc, reor, vniuerſalem habet vtilitatem & generatiin ab iis omnibus approbabitur, qui antiquam doctrinam ſine præiudicatis opinionibus ex veritate æſtimant. Illuſtris quidam honore ac nomine dominus hanc mihi aliquando tribuit gratiam, vt in Scotiam per virum aliquem magnum ſynodi [b] illud ſe miſiſſe diceret:

præmiſſa. Videtur ergo cl. BINGHAMVS, quando hanc dedicationem ſcripſit, ſtatuiſſe hoc nono volumine omnia, quæ tunc eſſent reliqua, complecti, deinde autem certis rationibus inductus mutaſſe ſententiam.

(b) *By the Hands of a Great Man of the Aſſembly.* Quid vocabulum *Aſſembly* hoc loco denotet, non ſatis capio. Reddendum autem duxi per Latinam vocem *ſynodi.* Solent enim in Scotia ſæpius celebrari con-

tametſi, quam illic approbationem habuerit, ignoro. Id autem maiore cum voluptate poſſum dicere, quod digniſſimus Primas noſter, quum aliquando ſalutandi cauſſa ipſum adiiſſem, mihi narrarit, ſeſe illud ad Profeſſores Geneuenſes miſiſſe, qui gratias ſibi egerint ſuamque ſimul teſtificati ſint approbationem. Quod ſi illi id bene acceperunt, cauſſa quædam omnino eſt, cur ſperem fore, vt pleræque eccleſiæ proteſtantes eodem animo accipiant, eoque ipſo adducantur, vt cum eccleſia Anglicana in quibuſdam capitibus propius ſeſe coniungant. Quo nonnullæ huiusce operis partes præcipue ſpectant. Viſum eſt auctori cuidam recenti, aliquam eius partem in epitomen cogere, in vſum, (vti quidem ille ait) pauperum fratrum ſuorum ex clero: quamquam ob rationes, quas contra inſtitutum illius adferre neceſſe habui, vereor, ne plura detrimenta

ventus eccleſiaſtici, quos *ſynodos* vocant, quibus aliquis e præcipuis regiis miniſtris, ex Anglia eo miſſus, præſidet; & talem quempiam heic intelligi puto.

quam

quam emolumenta illis importentur. Quod ſi vero ille ipſe, vel alius quiſpiam homo idoneus vniuerſum opus, quando iam confectum & abſolutum eſt [c] in Latinam linguam transferret: id generaliorem vtilitatem vniuerſis eccleſiis proteſtantibus adlaturum crediderim. Interea fratribus noſtris pauperibus, ſi Deus mihi longiorem huius vitæ vſuram conceſſerit, non deerit talis epitome, (ſi quidem ea illis opus fuerit) quæ ad inſtitutionem eorum ſit adcommodata.

QVANDO autem iam de longiore huius vitæ vſura, diuinitus mihi concedenda, mentionem inieci, non poſſum, quin ardentiſſimis precibus a Deo immortali contendam, vt eamdem TIBI, DOMINE SVMME REVERENDE, indulgeat, propter res bonas & ſalutares, quas in hanc diœceſin iam contuliſti, & quæ adhuc a TE exſpectari poſſunt, ſi DEO placuerit valetudinum TVAM ita confirmare, vt magnum opus, ad quod peragendum voluntas TIBI non deeſt, perficere valeas. Enormium honorariorum ad congruum modum reductio, res eſt, cuius memoriam nulla vmquam obliuio inter pauperes fratres TVOS delebit, qui nullo non tempore dulces ex

(c) *Now that it is finished and compleated.* Vide, quæ paullo ante ad (a) diximus.

ea

ea fructus percepturi sunt. Cohortatio, qua etiam infimi ordinis clericos inuitasti, vt in rebus ecclesiæ ad TE ipsum, non ad vllos administros TVOS scribant, singulare humanitatis atque indulgentiæ TVAE exemplum est; nec non optima corruptionem anteuertendi ratio. Cura, quam in indagando clericorum TVORVM charactere, merito ac dignitate ponis, vt eos ad altiorem locum prouehas, qui in magnis parœciis aut paruis beneficiis ecclesiasticis multum diligenterque laborarunt, methodus est, quæ non potest non nouam quasi vitam & animam dare omnibus, qui cum ratione sperare possunt, merita ac labores suos non semper neglectum contemtumque iri, sed in externis commoditatibus atque honoribus a tam benefico ephoro remunerationem suo tempore esse consequuturos.

VT recte valeas diuque inter viuos supersis, quo in istiusmodi bonis actionibus & reliquis functionis TVAE officiis omnibus progrediare, id, credo, vniuersus clerus TVVS optat: Certo scio, hoc semper de TE expetere, hoc optare, hoc precari,

NOMINI TVO SVMME REVERENDO

deuinctissimum clientem

IOSEPHVM BINGHAMVM.

Σύν-

ΣΥΝΟΨΙΣ.

LIBER VICESIMVS

De feriis ſiue diebus feſtis, in eccleſia primitiua obſeruatis.

CAPVT PRIMVM

De diſtinctione, inter ferias ciuiles & eccleſiaſticas facienda.

CAPVT SECVNDVM

De origine & obſeruatione diei dominicæ inter chriſtianos.

CAPVT TERTIVM

De obſeruatione ſabbati, ſiue feriæ ſeptimæ, tamquam hebdomadali ſollemnitate.

CAPVT QVARTVM

De feſta ſollemnitate natalis & epiphaniæ Chriſti.

§. *II.*

CAPVT QVINTVM
De Paschate.

CAPVT SEXTVM
De Pentecoste.

CAPVT SEPTIMVM
De festis, in honorem apostolorum & martyrum celebratis.

§. *II.*

CAPVT OCTAVVM

De aliis quibusdam festis recentioris originis & minoris obseruationis.

LIBER VICESIMVS PRIMVS
De ieiuniis veteris ecclesiæ.

CAPVT PRIMVM
De ieiunio quadragesimali.

§. XIII.

§. *XXVIII.*

CAPVT SECVNDVM

De ieiuniis quatuor temporum; de ieiuniis menstruis & de origine ieiuniorum quaternariorum ordinationis & rogationum.

CAPVT TERTIVM

De ieiuniis hebdomadalibus feriæ quartæ & quintæ.

§. IV.

LIBER VICESIMVS SECVNDVS

De ritibus nuptialibus, in antiqua ecclesia obseruatis.

CAPVT PRIMVM

De hæreticis, qui matrimonium damnarunt, vel vilipenderunt sub maioris puritatis & perfectionis obtentu; & de illis etiam, qui communionis vxorum & fornicationis dederunt licentiam.

CAPVT SECVNDVM

De iustis impedimentis nuptiarum in casibus specialibus; vbi ostenditur, quænam personæ potuerint vel non potuerint legitime sociari; & de temporibus, quibus nuptiarum celebratio interdicta fuit.

§. *XII.*

CAPVT TERTIVM
De ratione faciendi sponsalia, nuptiis in veteri ecclesia præmissa.

CAPVT QVARTVM
De ratione celebrandi nuptias in vetere ecclesia.

CAPVT QVINTVM

De diuortiis, quatenus ea permissa vel non permissa fuerint in antiqua ecclesia.

I. N. I.



I. N. I.

ORIGINVM ECCLESIASTICARVM

LIBER VICESIMVS

DE FERIIS SIVE DIEBVS FESTIS, IN ECCLESIA PRIMITIVA OBSERVATIS.

CAPVT PRIMVM

DE DISTINCTIONE, INTER FERIAS CIVILES ET ECCLESIASTICAS FACIENDA.

§. I.

Quid intelligatur per ferias ciuiles.



HACTENVS de magnis officiis antiquæ ecclesiæ in diuersis liturgiæ eius partibus, de administratione sacramentorum & disciplinæ exercitio partite distincteque diximus. Nunc considerationem intendemus in minoris generis obseruationes, quæ ad ferias siue dies festos, dies ieiunii, ritus nuptiales & ritus funebres spectant, quæ omnia aliquo modo sub generali nomine cultus publici ecclesiæ comprehendi possunt.

De feriis loquentibus nobis ante omnia necesse est ferias ecclesiasticas a feriis ciuilibus distinguere. Nam aliæ pure

ecclesiasticæ, aliæ pure ciuiles, aliæ (vti feriæ maioris celebritatis) & ecclesiasticæ & ciuiles erant. Omnes dies solis per integrum annum & quindecim dies paschales, tam ecclesiastico quam ciuili respectu, dies feriati siue festi erant. Nam non tantum dies erant sollemnioris & religiosioris obseruationis, sed etiam dies vacationis a caussis forensibus & negotiis sæcularibus. Aliæ feriæ pure ecclesiasticæ erant. Dies enim erant religiosi conuentus, sed non omnino dies vacationis. Aliæ feriæ pure ciuiles erant, hoc est dies vacationis a caussis forensibus, & negotiis sæcularibus, nullo autem peculiari religiosæ obseruationis charactere insigniti. Huiusmodi erant feriæ æstiuæ, siue triginta dies messium, feriæ autumnales, siue triginta dies vindemiarum, tres dies kalendarum Ianuariarum, duo dies natales vrbium *Romæ* & *Constantinopolis*, & quatuor dies, dicti natales imperatorum, includentes diem, quo in lucem editi & diem, quo imperium adepti erant. De quibus omnibus, quum frequens eorum mentio in vetustis scriptoribus, legibus & canonibus habeatur, non alienum videtur sub huius dissertationis introitum loqui sigillatim.

§. II.

De feriis æstiuis, & de feriis autumnalibus.

OMNES istæ feriæ in lege quadam *Theodosii* & *Valentiniani* iunioris sub generali nomine *feriarum forensium* comprehenduntur. Vbi omnes dies iubentur esse iuridici [a], exceptis duobus mensibus messium & vindemiarum, kalendis Ianuariis, natalibus vrbium maximarum, *Romæ* & *Constantinopolis*, natalibus imperatorum, tam quibus in lucem editi, quam quibus impe-

(*a*) Cod. Theodos. lib. II. tit. VIII. de feriis, leg. II. Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, æstiuis feruoribus mitigandis, & autumnis fœtibus decerpendis. Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio sancimus. His adiicimus natalitios dies vrbium maximarum, Romæ atque Constantinopolis, quibus debent iura deferre, quia & ab ipsis quoque nata sunt. Sanctos quoque paschæ dies, qui septeno vel præcedunt numero, vel sequuntur, in eadem obseruatione numeramus. Nec non & dies solis, qui repetito in se calculo reuoluuntur. Parem necesse est haberi reuerentiam nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel ortus imperii prætulerunt.

rium

rium auſpicati erant, quindecim diebus paſchalibus, qui feſti erant, & eccleſiaſtico & ciuili reſpectu, & omnibus diebus ſolis per integrum annum. Vbi recte obſeruat GOTHOFREDVS [*], quod ceteri feriarum eccleſiaſticarum dies, natalis *CHRISTI*, epiphaniarum & pentecoſtes ſollemnitas, nondum iuridicis diebus in orbe *Romano* hoc tempore exemti fuerint. Nam ad hanc vſque tempeſtatem multi iudices gentilium erroribus adhuc dediti erant, adeoque actiones iuridicæ hiſce diebus fieri permittebantur, non obſtante, quod magna cum ſollemnitate & religioſa veneratione agitarentur inter chriſtianos. Poſtea vero, quum hanc legem in *codice* ſuo repeteret IVSTINIANVS [*b*], hiſce etiam diebus & in commemoratione paſſionum apoſtolicarum actiones forenſes, & omnia publica ſpectacula interdicebantur; qua de re plura poſthac.

(*) Gothofr. in loc. p. 125. Etſi natalis quoque domini, epiphaniarum & pentecoſtes ſollemnitas apud chriſtianos, vt feriarum dies, celebritate religioſa iam peragerentur, nondum tamen iuridicis diebus in orbe Romano hoc tempore exemti fuere; Quod ex hac lege liquet, vbi paganorum etiam iudicum multitudo adhuc magna erat, & quidem in ipſa vrbe Roma: Inter hæc ſc licet initia ſatis viſum, ſi inter feſtos chriſtianorum dies, paſchales dies, dieſque ſolis iuridicis eximerentur, veneratione chriſtianæ religionis, ac non etiam alii, quantumlibet feriati chriſtianorum dies, qui in diem ſolis non inciderent; Sane ſpectacula hiſce quoque diebus exhiberi, non minus quam dominica, aut paſchatis, vetitum poſtea a Theodoſio iuniore in *d. l. dominico vlt. inf. de ſpectaculis.*

(*b*) Cod. Iuſtin. lib. III. tit. XII. de feriis leg. VII. Omnes dies iubemus eſſe iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit: æſtiuis feruoribus mitigandis: & autumno fructibus decerpendis: Kalendarum quoque Ianuariarum conſuetos dies otio mancipamus. His adiicimus natalitios dies vrbium maximarum, Romæ atque Conſtantinopolis: in quibus debent iura differri, quia & ab ipſis nata ſunt. Sacros quoque paſchæ dies, qui ſepteno numero vel præcedunt, vel ſequuntur. Dies etiam natalis, atque epiphaniarum Chriſti, & quo tempore commemoratio apoſtolicæ paſſionis, totius chriſtianitatis magiſtræ a cunctis iure celebratur: in quibus etiam prædictis ſanctiſſimis diebus neque ſpectaculorum copiam referamus. In eadem obſeruatione numeramus & dies ſolis (quos dominicos rite dixere maiores) qui repetito in ſeſe calculo reuoluuntur: in quibus parem neceſſe eſt habere reuerentiam: vt nec apud ipſos arbitros, vel a iudicibus flagitatos, vel ſponte electos, vlla ſit cognitio iurgiorum. Noſtris etiam diebus, qui vel lucis auſpicia, vel ortus imperii prætulerunt. In quindecim autem paſchalibus diebus compulſio annonariæ functionis, & omnium publicorum priuatorumque debitorum differatur exactio.

De feriis, quæ pure ciuiles erant, notandum eſt, quod earum quædam longo ante tempore in orbe *Romano* obſeruatæ, nec a chriſtianis primum inſtitutæ, ſed tantum in quibusdam ſpecialibus circumſtantiis reformatæ, & ritibus idololatricis aliiſque corruptelis, ex longa conſuetudine eis adhærentibus, repurgatæ fuerint. Exſtat de dierum nefaſtorum multitudine querela apud TVLLIVM [c] in *Verrinis*. Vnde *Auguſtus* imperator triginta illis eodem tempore exemit, eoſque, quum honorariis ludis dicati eſſent, actui rerum accommodauit, ne quod maleficium negotiumue impunitate vel mora elaberetur, vti in vita eius narrat SVETONIVS [d]. Similem feriarum coarctationem *Antoninus Philoſophus* fecit, referente CAPITOLINO [e], qui, *Iudiciariæ rei*, inquit, *ſingularem diligentiam adhibuit; faſtis dies iudiciarios addidit, ita vt ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibuſque diſceptandis conſtitueret.* Imperatores chriſtiani dies feriatos denuo contraxerunt. Omnes enim dies feſtos, in honorem deorum gentilium agitari ſolitos, abrogabant. Et licet omnes dies ſolis per annum, nec non quindecim dies paſchales in ciuilium feriarum numerum redigerent; in vniuerſum tamen non amplius centum viginti quinque erant. Vt adeo ducenti & quadraginta remanerent, publicis negotiis legis deſtinati. Et ex his centum viginti quinque diebus, qui exemti erant, menſes duo feriatis diebus adſignabantur, vnus videlicet meſſium, alter vindemiarum, & ſic ſexaginta dies in vniuerſum: quorum triginta *feriæ æſtiuæ*, & *triginta feriæ autumnales* dicebantur. Atque hæ antiquæ feriæ fuerunt in vrbe *Roma*, STATIO [f], AVLO GELLIO [g],

(c) Cic. contr. Verrem.

(d) Sueton. vit. Auguſt. cap. XXXII. Ne quod maleficium negotiumue impunitate vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodauit.

(e) Capitolin. vit. Antonin. philoſoph. p. 74.

(f) Stat. lib. IV. ſyluar.

Certe iam Latiæ non miſcent iurgia leges.
Et pacem piger annus habet meſſeſque reuerſæ
Dimiſere forum: nec iam ſibi turba reorum
Veſtibulo, querulique rogant exire clientes:
Ceſſat centeni moderatrix iudicis haſta.

(g) Gell. noct. Attic. lib. IX. c. XV. Cum Antonio Iuliano rhetore, per *feriarum*

PLI-

PLINIO [h] & post hosce VLPIANO [i], celebri iureconsulto memoratæ, quorum hic postremus pluribus ostendit, quem in finem datæ fuerint, nimirum vt ne ruricolæ tempore messis & vindemiæ a colligendis fructibus avocarentur, exceptis certis caussis, quæ celeriorem decisionem coram prætore requirerent. In scholis etiam rhetorum hoc tempore obseruatas fuisse ferias, ex AVLO GELLIO & AVGVSTINO [k] condiscimus. Et quum istæ feriæ nihil noxæ, sed quamdam commoditatem in se haberent, sine vllo scrupulo ab imperatoribus christianis continuabantur, legibusque eorum stabiliebantur, (vti vidimus,

tempus *æstiuarum*, decedere ex vrbis æstu volentes, Neapolin concesseramus.

(*h*) Plin. lib. VIII. epist. XIX. Iulio mense, quo maxime lites interquiescunt.

(*i*) Digest. lib. II. tit. XII. De feriis leg. I. Ne quis messium vindemiarumque tempore aduersarium cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt. - - Sed excipiuntur certæ caussæ, ex quibus cogi poterimus & per id temporis, quum messes vindemiæque sunt, ad prætores venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est, si dilatio actionem sit peremtura. Sane quotiens res vrget, cogendi quidem sumus ad prætorem venire, verum ad hoc tantum cogi æquum est, vt lis contestetur & ita ipsis verbis orationis exprimitur: denique alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit. Leg. II. Eadem oratione diuus Marcus in senatu recitata effecit, de aliis speciebus prætorem adiri etiam diebus feriaticis: vt puta, vt tutores aut curatores dentur, vt officii admoneantur cessantes, excusationes allegentur, alimenta constituantur, ætates probentur, ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei seruandæ caussa, vel legatorum, fideiue commissorum, vel damni infecti, cetera. Leg. III. Solet etiam messis vindemiarumque tempore ius dici de rebus, quæ tempore, vel morte perituræ sunt: morte, veluti furti, damni, iniuriæ, iniuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuisse dicuntur, & si quæ similes sunt: item si res tempore perituræ sunt, aut actionis dies exiturus est. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum, qui quid nundinarum nomine aduersus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

(*k*) August. confess. lib. IX. c. II. Placuit mihi in conspectu tuo non tumultuose abripere, sed leuiter subtrahere ministerium linguæ meæ nundinis loquacitatis, ne vlterius pueri meditantes, non legem tuam, non pacem tuam, sed insanias mendaces & bella forensia mercarentur ex ore meo arma furori suo. Et opportune iam paucissimi dies supererant ad *vindemiales ferias*, & statui tolerare illos, vt solemniter abscederem, & redemtus a te iam non redirem venalis. - - Verum tamen quia propter nomen tuum, quod sancti-

quando vtilitatem earum & necessitatem sumus contemplati;) relicta diuersarum prouinciarum præsidibus libertate definiendi, quo tempore initium capere deberent. Neque enim mensem messis, vel mensem vindemiæ eodem vbique die, sed prouinciæ aliæ maturius, aliæ serius, pro diuerso cuiusque climatis statu & conditione, ordiebantur. Atque ita duorum istorum mensium obseruatio, notante IACOBO GOTHOFREDO [l], durauit ad ætatem vsque *Ottonis* imperatoris, qui legibus *Longobardorum* eam primus abrogauit.

§. III.

De kalendis Ianuariis.

PROXIMAE feriæ ciuiles erant *kalendæ Ianuariæ*: Quæ, vt GOTHOFREDVS existimat, tres dies comprehenderunt, pridie kalendarum, ipsas kalendas Ianuarias, & diem tertium nonarum, vel, vt alii [m] dicunt, pridie nonarum, communiter *bota* & *vota* vocitatum, quod eo die vota pro salute principis susciperent. Hæ feriæ a christianis quidem imperatoribus sine vllis ritibus idololatricis continuabantur, erant tamen adhuc dies immoderatæ libertatis & intemperantiæ. Quamobrem antiqui patres & concilia acriter plerumque contra eorum obseruationem inuehuntur. Neque enim TERTVLLIANVS [n] solum aduersus hasce ferias loquitur, quando cum idololatria & superstitiosis ritibus tempore ethnicismi celebrabantur, sed

sicasti per terras, etiam laudatores vtique haberet votum & propositum nostrum, iactantiæ simile videbatur, non operiri tam *proximum feriarum tempus*, sed de publica professione ante oculos omnium sita ante discedere, vt conuersa in factum meum ora cunctorum intuentium, quam vicesimum *vindemialium diem* præuenire voluerim, multa dicerent, quod quasi appetissem magnus videri.

(*l*) Gothofred. in cod. Theodos. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. p. 123 a. §. Quod. Tandem vero sublatæ fuerunt hæ feriæ ab Ottone, *lib. II. tit. XLIX. legis Longobardorum.*

(*m*) Vid. Dempster. paralipomena ad Rosini antiquit. Roman. p. 543. lin. antepenult.

(*n*) Tertull. de idololatr. c. XIV. Nimirum Saturnalia & kalendas Ianuarias celebrare hominibus placebat (Paulus) an modestia & patientia, an grauitate, an integritate? --- Iudæis dies suos festos exprobrat spiritus sanctus. Sabbata, inquit, vestra & neomenias & cærimonias odit anima mea. Nobis, quibus sabbata extranea sunt & neomenia, & feriæ a Deo aliquando dilectæ, Saturnalia & *Ianuariæ* & Brumæ & Matronales frequentantur &c.

in

in ſequentibus etiam ſæculis patres in popularibus ſermonibus ſæpenumero ſeueri & copioſi ſint, vt earum obſeruationem diſſuadeant, tum ob reliquias ſuperſtitionis in multorum chriſtianorum mentibus reſiduas, tum quia occaſionem licentiæ iocularis, impietatis & intemperantiæ dabant populo. CHRYSOSTOMVS [o] dicit, multos ſuperſtitioſæ dierum obſervationi & auguriis addictos eſſe, atque putare, ſi nouilunium menſis iſtius cum voluptate & lætitia degant, reliquum ſe annum ſic tranſacturos. Viros & feminas intemperantiæ ſe dare his diebus, perſuaſos a diabolo, bonam vel aduerſam fortunam reliquorum anni dierum a tali ominoſo eius exordio pendere. Quod diaboli inuentum eſſe dicit, quo omne virtutis ſtudium tollere adlaboret. Porro obſeruat [p], quod in harum feriarum celebratione lucernas in foro accendere &

(o) Chryſoſt. hom. XXIII. in eos, qui nouilunia obſeruant. Tom. I. p 297. (p. 264. edit. Francof. MDCXCVIII.) *οἱ ἐν τοῖς καπηλείοις ἀγῶνες γινόμενοι τήμερον, ἤτοί με μάλιστα ὀδυνῶσι, καὶ ἀσωτείας, καὶ ἀσεβείας ἐμπεπλησμένοι πολλῆς· ἀσεβείας μὲν, ὅτι παρατηρῦσιν ἡμέρας οἱ ταῦτα ποιῦντες, καὶ οἰωνίζονται, καὶ νομίζυσι, εἰ τὴν νυμενίαν τῦ μηνὸς τύτυ μεθ᾽ ἡδονῆς καὶ εὐφροσύνης ἐπιτελέσαιεν, καὶ τὸν ἅπαντα τοιῦτον ἕξειν ἐνιαυτόν· ἀσωτείας δὲ, ὅτι ὑπὸ τὸν ἕω γυναῖκες καὶ ἄνδρες φιάλας καὶ ποτήρια πληρώσαντες μετὰ πολλῆς, τῆς ἀσωτείας τὸν ἄκρατον πίνυσιν. --- Ἄλλως δὲ καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας ἂν εἴη, ἀπὸ τῆς μιᾶς ἡμέρας εἰ δεξιὰ γένοιτο, καὶ τῦ παντὸς τῦτο προσδοκᾷν ἐνιαυτῦ. Οὐκ ἀνοίας δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας ἡ κρίσις αὕτη, μὴ τῇ οἰκείᾳ σπυδῇ καὶ προθυμίᾳ, ἀλλὰ ταῖς τῶν ἡμερῶν περιόδοις τὰ κατὰ τὸν βίον ἐπιτρέπειν τὸν ἡμέτερον. Qui in tabernis ludi hodie fiunt, illi me maxime excruciant, & impietatis & intemperantiæ pleni ſunt; impietatis quidem, quod qui hæc faciunt, dies obſeruant, & auguriis addicuntur, & putant, ſi nouilunium menſis huius cum voluptate & lætitia degant, reliquum ſe annum ſic tranſacturos: intemperantiæ vero, quod cum prima luce feminæ & viri pocula implentes, multa cum intemperantia vinum merum hauriunt. ---- Neque extremæ hoc eſt amentiæ, propter vnum diem, ſi auſpicatus fuerit, per vniuerſum hoc exſpectare annum, neque amentiæ ſolum, ſed diabolicæ cuiuſdam efficientiæ indicium eſt, non proprio ſtudio & alacritate, ſed quibuſdam dierum circuitionibus vitam noſtram commendare.*

(p) Ibid. p. 300. (p. 265.) *τὸ πρὸς ἡμέρας ἐπτοῆσθαι τοιαύτας καὶ πλείονα ἐν αὐταῖς δέχεσθαι ἡδονὴν καὶ λύχνυς ἅπτειν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ στεφανώματα πλέκειν, παιδικῆς ἀνοίας ἐστίν. --- μὴ τὴν θύραν τῆς οἰκίας στεφανώσῃς. κ. τ. λ. Dies tales in admiratione habere, & magnam ex illis voluptatem capere & lucernas in foro accendere & coronis admodum redimere, pueriliſ cuiuſdam amentiæ eſt. --- Noli domus tuæ fores ſertis coronare, cetera.*

domo-

domorum suarum fores sertis coronare consuecuerint, quam rem, tamquam pompa diabolica & puerili amentia mistam, damnat. Similes querelæ factæ ab AVGVSTINO [q], CHRYSOLOGO [r], PRVDENTIO [s], ASTERIO AMASENO [t] & AMBROSIO [u]. Vt adeo, licet hi festi kalendarum dies per leges imperiales liciti essent, generaliter tamen ab antiquis scriptoribus propter vanitatem, intemperantiam, & effrenatas voluptates, in illis admitti solitas, damnati sint. Speciatim concilium *Trullanum* [x] saltationes aliasque cærimonias, inter viros & feminas kalendis visitatas, sub pœna excommunicationis prohibet; quemadmodum pluribus ostendendi occasionem habuimus, quando de disciplina loquuti sumus [*] ecclesiæ. Et concilium *Antissiodorense* [y] cuiusdam superstitionis gentilis, tunc temporis adhuc residuæ in *Gallia*, meminit, quod ceruulum vel vitulum offerre consuecuerint, quam rem obseruationem diabolicam appellat.

(q) Aug. serm. V. de kalendis Ianuar. tom. X. p. 621. seqq.

(r) Chrysolog. serm. CLV. tot. (bibl. patr. max. tom. VII. p. 963. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(s) Prudent. lib. I. contr. Symmach.

- - *Iano etiam celebri de mense litatur*
Auspiciis epulisque sacris, quas inueterato,
Heu miseri, sub honore agitant, & gaudia ducunt
Festa kalendarum. Sic obseruatio creuit,
Ex atauis quondam male cœpta: deinde secutis
Tradita temporibus, serisque nepotibus aucta,
Traxerunt longam corda inconsulta catenam,
Mosque tenebrosus vitiosa in sæcula fluxit.

(t) Aster. homil. IV. de festo kalendarum tot. ap. Combefis. auct. nou. p. 65. sqq.

(u) Ambros. serm. XVII. tot.

(x) Concil. Trull. c. LXII. Τὰς οὕτω λεγομένας καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα βότα, καὶ τὰ καλούμενα βρουμάλια, καὶ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρας τελουμένην πανήγυριν, καθάπερ ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς τῶν γυναίων δημοσίας ὀρχήσεις, πολλὴν λύμην καὶ βλάβην ἐμποιεῖν δυναμένας --- ἀποπεμπόμεθα. *Kalendas, quæ dicuntur, & vota & brumalia quæ vocantur; &, qui in primo Martii mensis die fit, conventum ex fidelium vniuersitate omnino tolli volumus: sed & publicas mulierum saltationes, multam noxam exitiumque adferentes -- amandamus & expellimus.*

(*) Lib. XVI. cap. IV. §. XVII. vol. VII. p. 224.

(y) Concil. Antissiod. can. I. Non licet kalendis Ianuarii vecolo aut ceruolo facere, vel strenas diabolicas obseruare. Not. Sirmondus & Labbeus loco *vecolo* legunt *vetula* prisco more pro *vitula*.

§. IV.

§. IV.

De natalibus imperatorum.

PROXIMAE feriæ ciuiles erant dies natalitii imperatorum, qui duplicis erant generis; vnus vocabatur natalis genuinus, quo in lucem editi, alter natalis imperii, quo imperium adepti erant; quomodo in diuersis legibus [z] codicis *Theodosiani* distinguuntur & in aliis scriptoribus, quos copiose collegit GOTHOFREDVS [a]. Qui etiam obseruat, quod, quum *Constantinus* vetustis scriptoribus dicatur ortus in *Britannia*, id secundum hanc distinctionem intelligendum sit de ortu imperii, non de ortu lucis. Patria enim eius fuit *Naissus*, oppidum *Daciæ* mediterraneæ, quemadmodum ANTONIVS PAGIVS [b] ex multis planis IVLII FIRMICI, STEPHANI DE VRBIBVS aliorumque veterum scriptorum testimoniis demonstrat. Natalem autem imperii in *Britannia* habuit. Quem BARONIVS & multi viri docti alii falso interpretati natalem eius genuinum, in *Britannia* eum natum fuisse, inde collegerunt. Sed hæc obiter tantum. Hi natales imperatorum, siue naturales siue politici,

(z) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. Parem necesse est haberi reverentiam nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel ortus imperii protulerunt. It. lib. VI. tit. XXVI. de proximis. Genuinus natalis nostri dies &c. Et leg. XVII. ibid. Genuino die natalis meæ clementiæ &c.

(a) Gothofr. in codic. Theod. lib. II. tit. VIII. leg. II. p. 125.

(b) Pagi critic. in Baron. ann. CCCVI. n. VIII. (IX.) Constantini magni patriam fuisse Naissum, oppidum Daciæ mediterraneæ, nunc Seruiæ dictæ, certum esse debet. Hoc enim Stephanus de vrbibus, qui nuper cum notis in Hollandia lucem vidit, Constantinus Porphyrogeneta lib. II. περὶ θεμάτων, Firmicus lib. I. matheseos sub initium, & Anonymus Valesianus disertis verbis docent: *Hic igitur Constantinus natus Helena matre vilissima* (id est infimæ conditionis) *in oppido Naisso, atque eductus, quod oppidum postea magnifice ornauit, litteris minus instructus, obses apud Diocletianum & Galerium sub iisdem fortiter in Asia militauit*, inquit Anonymus Valesianus. Accedit Cedrenus, qui Constantinum apud vrbem Daciæ natum scribit. Decepit Anglos, aliosque viros doctissimos locus panegyrici, Maximiano & Constantino dicti, in quo legitur: *Liberauit ille*, (Constantius, Constantini M. pater) *Britannias seruitute, tu etiam nobiles esse illic oriendo fecisti.* Quæ & similia ita ab illis de Britannia accepta, quasi natus illic Constantinus esset: quum tamen oratoris mens sit, gratulari se, ibi ortum factumque imperatorem Constantinum, ac vno verbo de natali imperii, non de natali genuino loquatur. Quare, quod Constantinus Anglus siue Britannus fuerit, inter fabulas computandum.

in magno ſemper pretio fuerunt & veneratione. Lex THEODOSII parem eis reuerentiam cum reliquis feriis ciuilibus vniuerſis haberi, hoc eſt, dies vacationis a publicis cauſſarum actionibus eſſe præcipit. Et hiſce diebus moris erat viris principibus, populum publicorum ſpectaculorum & ludorum oblectatione adficere, id quod partim ad honorandum illos dies, partim ad paſcendum populi oculos & animum ſpectabat. Prætor *Romanus* ex officio hoc facere debebat, vti ex diuerſis ARCADII [c] legibus in codice *Theodoſiano* apparet. Et iudicibus ſemel per iſtos dies ante meridiem ludis & ſpectaculis operam dare permittebatur [d], vbi nummos alii quidem argenteos, alii aureos pro ſua quiſque conditione diſtribuebant populo. Hiſce quoque diebus ſtatuæ vel imagines imperatorum in publicum producebantur [e], vt populus ciuilem ſuam illis reuerentiam exhiberet atque venerationem; cultura & religioſa adoratione, quæ hominum dignitatem excedit, ſupremo numini reſeruata, vti lex eleganter loquitur. Si quis autem horum dierum forte incideret in diem ſolis, tum per legem THE-

(c) Cod. Theod. lib. VI. tit. IV. de prætoribus leg. XXIX. Prætores, Romanus & Laureatus, natalibus noſtri numinis ſcenicas populo præbeant voluptates. Vid. leg. XXX. ibid. Ex quinque prætoribus, qui aquæductui Theodoſiano fuerant deputati, vnum, qui centum librarum argenti munificentiam ſuam definita erogatione præcludit, æterni principis ac fratris mei Honorii natalium feſtiuitatibus præcipue deputari.

(d) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de ſpectaculis leg. II. Nullus omnino iudicum aut theatralibus ludis, aut circenſium certaminibus, aut ferarum curſibus vacet, niſi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi, vel imperii ſumus ſceptra ſortiti: hiſque, vt ante meridiem tantum ſollemnitati pateant, poſt epulas vero ad ſpectaculum redire deſiſtant (in quo tamen omnes ſiue iudices, ſiue priuati, nihil penitus auri præmio dandum eſſe cognoſcent: quod ſolis licet conſulibus, quibus erogandi moderationem vitæ meritis permiſimus).

(e) Ibid. tit. IV. de imaginibus leg. I. Si quando noſtræ ſtatuæ vel imagines erigentur, ſeu diebus (vt adſolet) feſtis, ſiue communibus, adſit iudex, ſine adorationis ambitioſo faſtigio, vt ornamentum diei, vel loco & noſtræ recordationi, ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Ludis quoque ſimulacra propoſita, tantum in animis concurrentum mentiſque ſecretis noſtrum numen & laudes vigere demonſtret: excedens cultura hominum dignitatem ſuperno numini reſeruetur.

ODO-

ODOSII [f] publica ſpectacula ceſſabant, nec in iſtius diei ſollemnitatem admittebantur. THEODOSIVS iunior alios etiam maioris ſollemnitatis dies feſtos excepit, lege facta in hanc ſententiam [g]: *Dominico, qui ſeptimanæ totius primus dies eſt, & natali atque epiphaniorum CHRISTI, paſchæ etiam & quinquageſimæ diebus omni theatrorum atque circenſium voluptate per vniuerſas vrbes earumdem populis denegata, totæ chriſtianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupantur.* Quoniam autem hoc maieſtati imperiali derogare videri poterat, ſi non ex more exhiberentur ſpectacula in natalibus imperatorum, in iſtiuſmodi diem feſtum incidentibus, peculiarem huic legi cautionem addit: *Ne quis exiſtimet, in honorem numinis noſtri, veluti maiore quadam imperialis officii neceſſitate compelli, & niſi diuina religione contemta ſpectaculis operam præſtat, ſubeundam forſitan ſibi noſtræ ſerenitatis offenſam, ſi minus circa nos deuotionis oſtenderit, quam ſolebat; nemo ambigat, quod tunc maxime manſuetudini noſtræ ab humano genere defertur, quum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuerſi obſequium orbis impenditur.* Atque in hoc potiſſimum conſiſtebat differentia inter diem feſtum eccleſiaſticum & ciuilem, quod alter eſſet dies meræ delectationis & lætitiæ, alter autem ſollemne tempus deuotionis ac religioſæ adorationis, cui prior ille locum dare debebat, ſi in idem tempus ſimul inciderent.

§. V.

De natalibus vrbium, Romæ *ac* Conſtantinopolis.

VLTIMVM genus ciuilium feriarum erant dies natales duarum vrbium maximarum, *Romæ* & *Conſtantinopolis*, quotannis celebrari ſoliti. Prior ille natalis apud veteres *Romanos* ſumma feſtiuitate tranſigebatur, incidebatque in diem XI kalendas *Maias*, ſub nomine *paliliorum*, de quo lector in quolibet *Romanarum* antiquitatum ſcriptore plura [h] reperire poteſt. Hoc loco illud tantum notandum eſt, quod ſub chriſtianis

(f) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de ſpectaculis leg. II. Nullus ſolis die populo ſpectacula præbeat, nec diuinam venerationem confecta ſollemnitate confundat.
(g) Ibid. leg. V.
(h) Vid. Demſter. paralipom. ad Roſin. antiquit. Roman. lib. I. c. I. p. 8. Condita fuit (Roma) XI kal. Maii, diuerſitas tamen opinionum notanda eſt. nam quidam, inter quos Marianus Scotus, IX kal. Maias, alii X kalend. Maias, quam ſententiam probat Plutarchus, & Eutropius lib. I. & ex eo

quo-

quoque imperatoribus hic dies festus fuerit. Id quod non tantum ex antememorata THEODOSII lege, sed ex SOZOMENO [*i*] etiam discimus, qui dicit, quod apud *Romanos* kalendis & diebus natalitiis tum imperatorum, tum vrbium regiarum dona militibus distribui solita sint. Et CASSIODORVS [*k*] de spectaculis & ludis circensibus, tamquam vsitata delectationum, populo hisce diebus exhibitarum, parte loquitur. *Constantinopolis* natalis & encænia quotannis celebrabantur ad diem V idus *Maias*, vti e MARCELLINO COMITE, CASSIODORO, CEDRENO, *chronico Alexandrino* & ZONARA obseruat GOTHOFREDVS. Et quemadmodum antiquæ leges & canones [*l*] *Constantinopoli* in rebus omnibus eadem regia ac honorifica priuilegia concedunt, quæ veteri *Romæ* data erant: Ita in hoc istæ

Paul. Diacon. histor. miscellæ lib. I. sed, tamen certior auctorum consensus in XI kal. Maias fundamenta vrbis iacta reiicit, id est, in *parilia* siue *palilia*, pastorum deæ sollemnitatem, cetera.

(*i*) Sozom. lib. V. c. XVII. ἐπεὶ καιρὸς παρῆν, βασιλέα δωρεῖσθαι στρατιώταις, γίνεται δὲ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ἐν ταῖς Ρωμαίων ἱερομηνίαις, καὶ βασιλέων, καὶ βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραις, *Vbi tempus aduenit, vt imperator dona militibus elargiretur, quod quidem kalendis apud Romanos & diebus natalitiis tum imperatorum, tum regiarum vrbium fieri solet.*

(*k*) Cassiodor. chronic. in Philipp. imperat. (Inter historiæ Roman. scriptores tom. I. p. 617. Francof. MDLXXXVIII.) His coss. millesimus annus vrbis [Romæ] expletus est: ob quam sollemnitatem innumerabiles Philippus cum [Philippo] filio suo bestias in circo magno interfecit, ludosque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilante celebrauit: quadraginta etiam missus natali Romanæ vrbis cucurrerunt & agon mille annorum actus.

(*l*) Vid. Concil. Constantinop. I. c III. Τὸν μέν τοι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ρώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ρώμην. *Constantinopolitanus episcopus habeat prioris honoris partes post Romanum episcopum, eo quod sit ipsa noua Roma.*

Concil. Chalcedon. c. XXVIII. Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ρν. θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν, καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ρώμης· καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ρώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ρώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην, μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. κ. τ. λ. *Sanctorum patrum*

vrbes

vrbes æquales erant, vt anniuerſarii dies dedicationis earum iiſdem ritibus ac cærimoniis inter ferias ciuiles & dies vacationis ac lætitiæ in imperio *Romano* celebrarentur. Cuius rei ratio, cur ſcilicet vtriuſque vrbis natales feriati & non iuridici fuerint, in toties nobis memorata THEODOSII [*m*] lege hæc aſſignatur; *ideo iura his deferre* (vel differri) *debere, quia & ab ipſis quoque nata ſint*, hoc eſt, leges originem ſuam traxerint. Hæc eſt breuis recenſio feriarum ciuilium, quod ad earum obſervationem ſub imperatoribus chriſtianis attinet. Nunc ad alterum genus feriarum progredimur, quæ ſacræ ſiue eccleſiaſticæ fuerunt obſeruationis.

LIBRI VICESIMI
CAPVT SECVNDVM
DE ORIGINE ET OBSERVATIONE DIEI DOMINICAE INTER CHRISTIANOS.

§. I.

Dies dominica in eccleſia inde ab apoſtolorum temporibus ſub diei ſolis, diei dominicæ, primi diei hebdomadis, diei panis, aliisque nominibus obſeruata.

INTER ferias ſacras & eccleſiaſticas maxime ſemper eminuit dies dominica, quæ cum magna veneratione in veteri

decreta vbique ſequentes, & canonem, qui nuper lectus eſt, centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum epiſcoporum agnoſcentes, eadem quoque & nos decernimus ac ſtatuimus de priuilegiis ſanctiſſimæ eccleſiæ Conſtantinopolis, nouæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod vrbs illa imperaret, iure patres priuilegia tribuerunt. Et eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi epiſcopi ſanctiſſimo nouæ Romæ throno æqualia priuilegia tribuerunt, recte iudicantes, vrbem, quæ & imperio & ſenatu honorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſima regina Roma priuilegiis fructus, etiam in rebus eccleſiaſticis, non ſecus ac illam, extolli ac magnificari, ſecundam poſt illam exſiſtentem &c.
Cod. Theodoſ. lib. XVI. de epiſcopis tit. II. leg. XLV. Si quid dubietatis emerſerit, id oporteat non abſque ſcientia viri reuerendiſſimi ſacroſanctæ legis antiſtitis vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogatiua lætatur, conuentui ſacerdotali ſanctoque iudicio reſeruari. It. Cod. Theod. lib. XIV. tit. XIII. de iure Italico vrbis Conſtantinopol.

(*m*) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. vid. §. II. ſub litt. (a) pag. 2.

ecclesia, inde ab ipsis apostolorum temporibus, celebrari consueuit. Ipsi apostoli saepe dicuntur inter se conuenisse hoc die ad facienda sacra, quippe qui dies erat resurrectionis dominicae, *Act. XX, 7. Primo die hebdomadis congregatis discipulis ad frangendum panem, Paulus disserebat cum eis, abiturus postridie, produxitque sermonem vsque in mediam noctem.* Sic iterum *1 Corinth. XVI, 2. Primo quoque die hebdomadis vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens vt thesaurum, quod pro Dei benignitate licuerit, ne, quum venero, tunc collectae fiant.* Et S. *Ioannes* diserte eum vocat diem dominicum *Apoc. I, 10. Fui in spiritu raptus die dominico* „Non sane „sabbato iudaeorum, quod procul dubio nominasset, non ali„quo tantum die septimanae, quia sic ambiguus esset titulus ad „implicandum potius, quam explicandum comparatus, sed die „illo, quo *CHRISTVS* resurrexerat, quo conuenire solebant a„postoli ad sacra peragenda, & quo *Paulus* ordinauerat colle„ctas habendas, prout moris erat in primitiua ecclesia. Quum „ergo de illa die tamquam nota & in ecclesia visitata loquatur, „dubium non est, quin ex recepto ecclesiae vsu hoc nomine „insignita sit. Quis enim alias christianorum intellexisset, „quid *Ioannes* hac appellatione significasset, si quam aliam di„em designare voluisset?„ quomodo in huius quaestionis solutione scite argumentatur FRANCISCVS TVRRETINVS [a].

RES sic fundata in praxi apostolorum, porro illustrari atque confirmari potest ex generali ecclesiae consuetudine in sequentibus saeculis. PLINIVS, praeses gentilis sub *Traiano*, non multo post *Ioannis* apostoli & euangelistae mortem de conuentibus christianorum ex ore quorumdam religionis christianae desertorum cognouit, quos sibi adfirmasse dicit, „quod essent „soliti stato die [b] ante lucem conuenire carmenque Christo, „quasi Deo, dicere secum inuicem, seque sacramento non in „scelus aliquod obstringere, sed ne furtum, ne latrocinium, ne „adulterium committerent, ne fidem fallerent, ne depositum „appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi „fuisse, rursusque coëundi ad capiendum cibum, promiscuum

(a) Turretin. institut. theol. elencticae part. II. loc. XI. de lege Dei quaest. XIV. p. 103.

(b) Plin. lib. X. epist. XCVII.

„tamen

„tamen & innoxium.„ Quæ plana deſcriptio eſt ſacrorum, die dominica peractorum, cumprimis vero agapes ſiue conuiuii illius publici, quod in eccleſia primitiua poſt ſumtam euchariſtiam ſingulis diebus dominicis fieri ſolebat ad mutuam caritatem fouendam & pauperes refocillandos. IGNATIVS, qui circa eamdem vixit ætatem, manifeſto ad obſeruationem diei dominicæ reſpicit, quando *Magneſianos* [c] iubet non amplius ſabbatum iudæorum colere, ſed ſecundum dominicam diem viuere, in qua vita noſtra exorta ſit per *CHRISTVM*, dominum noſtrum, & mortem ipſius. CLEMENS ALEXANDRINVS [d], obſeruante IO. BAPTISTA COTELERIO, hunc locum *Ignatianum* præclare illuſtrat & explanat, oſtendens, quid ſit *viuere ſecundum dominicam*, quando ait: *Exſequens praeceptum euangelii facit illum diem dominicum, quo malam abiecerit animi ſententiam, & acceperit eam, quæ eſt ex cognitione, eam, quæ eſt in ipſo domino glorificans reſurrectionem.*

Ex quibus diſcimus, *τὸ, κυριακὴ* commune nomen fuiſſe diei dominicæ, & *τὸ, κυριακὴν ζῆν*, eſſe vitam agere, diei dominicæ conuenientem, in memoriam reſurrectionis dominicæ. Veteres tamen nonnumquam, quando gentilibus ſcribunt, non dubitant eum vocare *diem ſolis*, vt nomine illis maxime cognito eum ſignificent. Ita IVSTINVS MARTYR in apologia ſua pro chriſtianis ad gentes [e] ait: *Solis die communiter omnes conuentum agimus: quandoquidem is primus dies eſt, quo Deus tenebris & materia, quæ prius creauerat, verſa, mundum effecit; & IESVS CHRISTVS ſeruator noſter eo ipſo die a mortuis reſurrexit.* Similem in modum TERTVLLIANVS [f] reſpondens ethnicis,

(c) Ignat. epiſt. ad Magneſ. n. IX. *μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δι᾽ αὐτῦ, καὶ τῦ θανάτυ αὐτῦ.*

(d) Clem. Alex. ſtrom. VII. p. 877. edit. Oxon. *ἐντολὴν τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διαπραξάμενος, κυριακὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ποιεῖ, ὅτ᾽ ἂν ἀποβάλλῃ φαῦλον νόημα καὶ γνωστικὸν προσλάβῃ, τὴν ἐν αὐτῷ τῦ κυρίυ ἀνάστασιν δοξάζων.*

(e) Iuſtin. apol. II. p. 99. *τὴν δὲ τῦ ἡλίυ ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιύμεθα· ἐπειδὰν πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε· καὶ Ιησῦς χριστὸς, ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη.*

(f) Tertull. apol. c XVI. Aeque ſi *diem ſolis* lætitiæ indulgemus, alia longe ratione quam religione ſolis &c. Item lib. I. ad nation. c. XIII. Alii ſo-

chri-

christianos solem adorare dictitantibus, ipsos quidem solis diem lætitiæ indulgere, ait, sed alia longe ratione, quam religione solis. Aliis temporibus, quando solis christianis scribit, plerumque appellationem *diei dominici* [g] adhibet, maxime vero, quando eum a sabbato iudæorum [h] vult distinguere. Idem in legibus primorum christianorum imperatorum potest obseruari. *Constantinus* [i] vtitur nomine *diei solis*, vbi omnes actiones forenses hoc die prohibet. *Valentinianus* [k] idem nomen eadem occasione vsurpat. Idem quoque faciunt *Valentinianus* iunior, *Theodosius* [l] senior & *Theodosius* iunior, quando obseruationem huius diei præcipiunt. Indiscriminatim autem id nominis adhibent, nonnumquam vocantes eum *diem dominicum*, quod magis vsitatum inter christianos erat, vti speciatim in lege quadam *Valentiniani* iunioris notatur, cuius hoc est initium: *Solis die, quem dominicum* [m] *rite dixere maiores* &c. Quod ille de maiorum consuetudine solis diem appellandi diem dominicum monet, non tantum ex iis, quæ ex IGNATIO, CLEMENTE ALEXANDRINO, & TERTVLLIANO notauimus, confirmatur, sed ex vsu etiam vocabuli κυριακὴ in epistola DIONYSII episcopi *Corinthiorum* ad *Soterem* antistitem *Romanum*,

lem christianorum Deum æstimant, quod innotuerit, ad orientis partem facere nos precationem, vel *die solis* lætitiam curare.

(g) Tertull. de coron. mil. c. III. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare.

(h) Tertull. de ieiun. c. XV. Exceptis scilicet sabbatis & dominicis.

(i) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. I. Sicut indignissimum videbatur, *diem solis* venerationis suæ celebrem altercantibus iurgiis & noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum est, eo die, quæ sunt maxime votiua, compleri.

(k) Ibid. leg. II. Kalendarum Ianuariarum consuetos dies otio sancimus. - Nec non & *dies solis* &c.

(l) Cod. Theod. lib. VIII. tit. VIII. de executoribus leg. I. *Die solis* neminem christianum ab exactoribus volumus conueniri, cetera. Leg. III. *Solis die*, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conuentionum quiescat intentio, cetera. Lib. XI. tit. VII. de exactionibus leg. X. *Die solis* -- qui dudum faustus (al. festus) habetur, cet. Leg. XIII. *Solis die*, quem dominicum rite dixere maiores, cet. Lib. XV. tit. V. de spectaculis leg. II. Nullus *solis die* populo spectacula præbeat, cet.

(m) Cod. Theod. lib. XI. tit. V. de exactionibus leg. XIII.

EVSE-

EVSEBIO [n] memorata, vbi ait: *Hodie sacrum diem dominicum* (τὴν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν) *transegimus.* Nec non ex iis, quæ EVSEBIVS [o] de MELITONE episcopo *Sardicensi* narrat, quod librum scripserit περὶ κυριακῆς, *de die dominico.* Similiter IRENAEVS in epistola [p] ad *Victorem* episcopum *Romanum*, solo die dominico (τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ) resurrectionis domini mysterium celebrandum esse dicit. Et ORIGENES [q] ad distinguendum diem dominicam a sabbato, ait: *Quod si ex diuinis scripturis hoc constat, quod die dominica Deus pluit manna de cælo, & in sabbato non pluit, intelligant iudæi, iam tunc prælatam esse dominicam nostram iudaico sabbato*, cetera. Hoc non tantum antiquitatem nominis istius demonstrat, sed ostendit etiam, istius diei celebrationem in resurrectionis dominicæ memoriam vniuersaliter in ecclesia ab apostolorum inde tempore obtinuisse. Et a sollemni quodam actu frangendi panem in constanti celebratione eucharistiæ hoc die vsitata, supra [*] obseruauimus ex CHRYSOSTOMO, vocatum fuisse *diem panis*, quod generalis primitiuæ ecclesiæ mos esset, singulis diebus dominicis per integrum annum ad frangendum panem & recipiendam sacram eucharistiam conuenire. Neque opus est hoc loco plura de hac consuetudine, vel vllis aliis publici cultus Dei partibus, (cuiusmodi erat psalmodia, lectio scripturarum, verbi diuini

(n) Euseb. lib. IV. c. XXIII. τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν.

(o) Euseb. lib. IV. c. XXVI. Μελίτωνος τὰ περὶ τοῦ πάσχα δύο -- καὶ ὁ περὶ κυριακῆς λόγος, *Melitonis quidem de pascha libri duo -- alius de* die dominico.

(p) Ap. Euseb. lib. V. c. XXIV. Ο' Ειρηναῖος --- παρίσαται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον.

(q) Origen. hom. VII. in Exod. XV. tom. I. p. 82. (p. 49. f. edit. Paris. MDCIV.) Vid. Hippolytus ep. can. paschal. cit. a Gothofredo in cod. Th. lib. VIII. tit. VIII. leg. III.

ΕΤΕΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΤΩ. Α. ΑΡΧΗ
ΑΙ ΚΥΡΙΑΚΑΙ ΤΟΥ ΠΑΣΧΑ ΚΑΤΑ
ΕΤΟΣ.

Item:

ΑΠΟΜΝΗΣΤΗΣΕΣΘΑΙ ΔΕ ΔΕΙ
ΟΤΑΝ ΕΜΠΕΣΗ ΚΥΡΙΑΚΗ.

(*) Lib. XV. cap. IX. §. II. vol. VI. p. 574.

prædicatio, oratio & diſciplinæ in pœnitentes adminiſtratio, eorumque abſolutio) differere, quia de his in diuerſis antecedentibus libris ſatis fuſe egimus, ſed nunc tantum quaſdam ſpeciales leges & conſuetudines enarrabimus, quæ ad ſingularem reuerentiam, honorem & venerationem præcellentiſſimæ huius diei dignitati exhibendam, fuerunt obſeruatæ.

§. II.

Omnes actiones forenſes prohibitæ & dilatæ hoc die, exceptis iis, quæ abſolutæ eſſent neceſſitatis vel magnæ caritatis: cuiusmodi erat manumiſſio ſeruorum, ceteræ.

HISCE adnumerare primo loco poſſumus iſtas leges imperiales, quæ omnes lites & actiones forenſes hoc die prohibent, ſcilicet ſenatusconſulta, cauſſarum dictiones, exactiones, decreta iudicum & exſecutiones; exceptis ſolum iis, quæ abſolutæ eſſent neceſſitatis vel magnæ caritatis, vti ſeruorum manumiſſio, quæ non erat prohibita, quia mirificæ caritatis & inſignis miſericordiæ actus erat. Hæc eadem reuerentia erat, quam vetuſtæ leges *Romanæ* feriis ſuis, ſiue diebus feriaticis tempore idololatriæ & ſuperſtitionis deferri iuſſerant. Vt autem tunc temporis dies dominicus in nullo numero erat inter gentiles, ita nulla dabatur in eius gratiam immunitas, ſed ille non minus erat iuridicus, quam reliqui omnes, vſque dum CONSTANTINVS primam legem ad eximendum eum ſciſceret. Iam vero chriſtianæ quoque leges, de diei dominici obſeruatione præcipientes, eumque diebus iuridicis eximentes, quaſdam adhuc exceptiones admittebant, ſicuti leges ethnicæ ratione feriarum ſuarum ante illas fecerant. Exceptiones, per leges ethnicas factas, ſigillatim recenſet VLPIANVS [r] ex edictis *Traiani* & *Marci Antonini*. *Diuus Marcus*, inquit, *effecit de aliis ſpeciebus prætorem adiri, etiam diebus feriaticis: Vt puta, vt tutores aut curatores dentur, vt officiis admoueantur ceſſantes, excuſationes adlegentur, alimenta conſtituantur, ætates probentur, ventris nomine in poſſeſſionem mittatur, vel rei ſeruandæ cauſſa, vel legatorum fidei, vel commiſſorum vel damni infecti: Item de teſtamentis exhibendis, vt curator detur bonorum eius, qui an hæres exſtiturus ſit, incertum eſt: aut de alen-*

(r) Digeſt. lib. II. tit. XII. de feriis leg. II. III. IX.

dis

dis liberis, parentibus, patronis, aut de adeunda suspecta hereditate: aut vt aspectu atrox iniuria aestimetur; vel fidei commissaria libertas praestanda. Solet etiam messis vindemiarumque tempore ius dici de rebus, quae tempore vel morte peritura sunt: morte, veluti furti, damni, iniuriae, iniuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata rapuisse dicantur, & si quae similes sunt; item si res tempore peritura sunt, aut actionis dies exiturus est. Et interiectis quibusdam: *Diuus Traianus Minucio Natali rescripsit, ferias a forensibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quae ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda.* Iam vti vetustae leges *Romanae* dies feriaticos gentilium ab omnibus iuridicis negotiis immunes esse pronuntiabant; omnesque actiones & caussas forenses, exceptis modo memoratis, differri iubebant: Ita CONSTANTINVS eumdem honorem ac reuerentiam decernebat diei dominico, iubens eum esse diem perfectae vacationis ab omnibus litibus, caussarum dictionibus & negotiis forensibus, nisi magna quaedam necessitas vel caritas congressum iuridicum & publicam transactionem postularet. Hoc enim semper cum scopo quiescendi in sabbato & die dominico consistere posse credebatur, quemadmodum ipse seruator noster legem sabbati in variis beneficentiae casibus doctrina pariter & exemplo suo interpretatus est. Hinc CONSTANTINVS [r] omnibus suis iudicibus simpliciter & absolute interdicebat hoc die vllas caussas siue criminales siue ciuiles audire, iis tantum exceptis, quae saluis caritatis christianae regulis differri haud poterant, quales actiones & negotia in lege *votiua* vocantur; cuiusmodi aliqua erat emancipatio, vel manumissio seruorum, quam hoc die legitimo modo faciendi omnibus dabat potestatem, & super his rebus actus non prohiberi volebat.

(r) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. I. Sicut indignissimum videbatur, diem solis, veneratione sui celebrem, altercantibus iurgiis & noxiis partium contentionibus occupari, ita gratum ac iucundum est, eo die, quae sunt maxime votiua, compleri; Atque ideo emancipandi & manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, & super his rebus actus non prohibeantur.
Vid. cod. Iustin. lib. III. tit. XII. leg. II. Vt in die dominico emancipare ac manumittere liceat, reliquae caussae vel lites quiescant, cetera.

lebat. HONORIVS similiter inquisitionem contra nauicularios [t], publicum frumentum ex *Africa Romam* transuehentes, cœptam excipiebat. Si qua fraudis suspicio aduersus eos esset, quæstionibus examinandi sine vlla mora erant quibuscumque diebus feriatis & deuotionum. Quia publici frumenti conseruatio multum intererat ad publicam salutem vrbis *Romæ*: adeoque in istiusmodi fraudes omnibus diebus, nullo excepto, inquiri expediebat. Eamdem ob rationem HONORIVS & THEODOSIVS iunior aliam legem [u] promulgabant in hanc sententiam: *Prouinciarum iudices moneantur, vt in Isaurorum latronum quæstionibus nullum quadragesimæ nec venerabilem pascharum diem existiment excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quærenda est; quum facillime in hoc summi criminis speratur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur.* Vt adeo, si misericordia & caritas vel publicæ vtilitatis & salutis ratio id posceret, omnes dies essent iuridici, & actiones forenses locum haberent die dominico non minus, quam quouis alio. Verum si ab hisce specialibus casibus discesseris, actiones caussarum forensium hoc die vniuersaliter interdictæ erant. VALENTINIANVS senior [x] omnem debiti tam publici quam priuati exactionem hoc die fieri vetabat. *Die solis*, inquiens, *qui dudum faustus habetur, neminem christianum ab exactoribus volumus conueniri; contra eos, qui id facere ausi sint, hoc nostri statuti interdicto periculum sancientes.* VALENTINIANVS iunior [y] paullo expressius loquitur: *Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium, negotiorum, conuentionum quiescat intentio. Debitum publicum priuatumue nullus efflagitet: Ne apud ipsos quidem arbitros, vel in iudiciis flagitatos, vel sponte delectos, vlla sit agitatio iurgiorum. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctæ religionis instituto rituue deflexerit.* Idem

(t) Cod. Theod. lib. XIII. tit. V. de nauiculariis, leg. XXXVIII. Huiusmodi inquisitio etiam diebus feriatis & deuotionum absque vlla obseruatione peragenda est.

(u) Cod. Th. lib. IX. tit. XXXV. de quæstionibus. leg. VII.

(x) Cod. Theod. lib. VIII. tit. VIII. de exsecutoribus leg. I. Et hæc lex repetitur cod. Theod. lib. XI. tit. VII. de exactionibus leg. X.

(y) Cod. Theod. lib. VIII. tit. VIII. exsecutor leg. III. Hæc lex repetitur cod. Th. lib. XI. tit. VII. de exactionibus leg. XIII.

VA-

VALENTINIANVS vna cum THEODOSIO magno aliam habet legem [z], qua omnes dies ſolis per vniuerſum annum dies vacationis ab negotiis forenſibus quibuscumque, ad aliorum dierum feriatorum ſimilitudinem, eſſe iubet.

§. III.

Omnia negotia ſæcularia vetita, exceptis iis, ad quæ curanda neceſſitas vel caritas homines compelleret, cuiuſmodi erat collectio fructuum tempore meſſis, per easdem leges.

NEQVE vero negotia ſolum forenſia, ſed omnes etiam ſæculares & ſeruiles operæ atque labores hoc die interdicti erant, iis ſolis exceptis, quibus homines vacare vel neceſſitate vel magna quadam caritate compellerentur; cuiuſmodi erat frugum collectio meſſis tempore, quæ initio permiſſa erat hoc die, vt ne opportunitate ſua exciderent agricolæ; item viſitatio detentorum in carceribus reorum, ab epiſcopis & iudicibus inſtitui ſolita, quæ tantum abeſt vt ſacrum otium hoc die violaret, vt neceſſarium potius miſericordiæ & caritatis eſſet officium, quod leges eis iniungebant. EVSEBIVS in vita *Conſtantini* imperatoris [a] duarum legum facit mentionem, quas militibus ſuis tulerit, vt ab omni militari exercitio hoc die ceſſarent. Et quum eorum alii fidem chriſtianam amplexi eſſent, alii gentilibus erroribus adhuc inhærerent, prima lege eam exercitus ſui partem, qui chriſtiani eſſent, cum omni diligentia ad eccleſiam Dei ſe conferre iuſſiſſe eum dicit. Et vt maiorem haberent libertatem atque otium orationibus heic vacandi, a reliquis occupationibus hoc die eos feciſſe immunes. Reliquis, qui diuinæ fidei doctrinam nondum ſuſcepiſſent, altera lege præcepiſſe, vt dominicis diebus in aper-

(z) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. Nec non & dies ſolis, qui repetito in ſe calculo reuoluuntur, in eadem obſeruatione numeramus. Vid. in rem eamdem legem Leonis & Anthemii in cod. Iuſtin. lib. III. c. XII. de feriis leg. XI. Dominicum itaque diem ita ſemper honorabilem decernimus & venerandum, vt a cunctis exſequutionibus excuſetur: nulla quemquam vrgeat admonitio: nulla fideiuſſionis flagitetur exactio: taceat apparitio: aduocatio delitescat: ſit ille dies a cognitionibus alienus: præconis horrida vox ſileſcat: reſpirent a controuerſiis litigantes & habeant fœderis interuallum, cetera.

(a) Euſeb. vit. Conſtantin. lib. IV. cap. XVIII. XIX. XX. tot.

tum campum procederent, & armis ſuis ſepoſitis precationem, quam ab ipſo dictatam antea didiciſſent, ſimul omnes ſigno dato ad Deum funderent. Neque enim haſtis & armatura nec corporis viribus confidere eos oportere, ſed ſummum omnium Deum, auctorem bonorum omnium & ipſius adeo victoriæ agnoſcendum, eique ſollemnes preces perſoluendas eſſe, manibus quidem in cælum ſublatis, mentis autem oculis altius ad ipſum vſque cæli regem erectis. SOZOMENVS [b] eiuſdem rei meminit, quando *Conſtantinum* die dominico (quem *Hebræi* quidem primum ſabbati appellent, gentiles vero ſoli conſecrarint) & eo, qui ſabbatum antecedat, cunctos a iudiciis aliiſque negotiis feriari, precibuſque ac ſupplicationibus Deum colere præcepiſſe narrat. Ac dominicum quidem diem ideo ſic honoraſſe dicit, quod *CHRISTVS* eo die a mortuis reſurrexiſſet: diem vero ſabbatum antecedentem eo, quod *CHRISTVS* cruci affixus tum fuiſſet. HENRICVS quidem VALESIVS [c] SOZOMENVM errare exiſtimat, quando *Conſtantinum* præcepiſſe dicit; vt die *Veneris* cuncti a iudiciis abſtineant, & potius ad conſuetudinem ſui temporis loqui, vbi id obſeruari viderit: De die autem dominico nulla eſt controuerſia. Nam non EVSEBIVS tantum, ſed ipſa lex, adhuc in codice *Theodoſiano* obuia, iſtum diem ab omnibus actionibus iuridicis immunem pronuntiat. Exſtat & alia lex CONSTANTINI in codice *Iuſtinianeo*, qua non tantum actiones forenſes ſed reliqua etiam negotia ſæcularia [d] omnia & cun-

(*b*) Sozomen. lib. I. c. VIII. *τὴν δὲ κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν, ἣν ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν· ἐτίμα δὲ τὴν κυριακὴν, ὡς ἐν ταύτῃ τοῦ χριστοῦ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν· τὴν δὲ ἑτέραν, ὡς ἐν αὐτῇ σταυρωθέντος.*

(*c*) Valeſ. in Euſeb. de vit. Conſtant. lib. IV. c. XVIII. In Sozomeni verbis nonnihil difficultatis occurrit, quod quidem ſpectat ad diem Veneris. Vix enim mihi perſuadere poſſum, Conſtantinum præcepiſſe, vt eo die a iudiciis abſtinerent. Certe Euſebius id non dicit de Veneris die, ſed tantum de die dominico. Exſtat Conſtantini lex in codice Theodoſiano, titulo de feriis, in qua dies tantum dominicus excipitur. Itaque id de ſuo admenſus eſt Sozomenus. Qui, quum ſua ætate id obſeruari videret Conſtantinopoli, Conſtantinum eius rei auctorem fuiſſe, credidit.

(*d*) Cod. Iuſtin. lib. III. tit. XII. de feriis leg. III. Omnes iudices, vrbanæque plebes & cunctarum artium officia venerabili die ſolis quieſcant. Ruri ta-

ctarum

ctarum artium officia hoc die prohibet; solis ruricolis agrorum culturæ vacandi permittens libertatem, quia frequenter eueniat, vt non aptius alio die frumenta sulcis aut vineæ scrobibus mandentur; nec æquum sit, vt commodum tempus, quod diuina prouidentia eis concedat, perire sinant. Per legem quamdam HONORII [e] iudicibus non permittitur solum, sed etiam iniungitur, vt singulis diebus dominicis reos videant eosque e custodia eductos interrogent, num custodes carcerum aliquod humanitatis officium, per leges eis indultum, denegent. Necessarius quoque victus non habentibus iubetur ministrari, libellis duabus aut tribus quotidie ad procurandam pauperibus alimoniam decretis. Iubentur itidem incarcerati ad balneum sub fida custodia hoc ipso die deduci, ad eluendas sordes, in carcere contractas. Quod si qui iudices vel eorum officiales hasce regulas contemserint, certa pecuniæ summa multandi dicuntur. Denique episcopus loci iudices idemtidem monere iubetur, vt hac in parte officio suo deesse ne velint. Similem regulam in *Gallia* a concilio quinto *Aurelianensi* [f] sub rege *Childeberto* anno DXLIX factam legimus, vbi hunc in modum decernitur: *Qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono seu a præposito ecclesiæ diebus dominicis requirantur, vt necessitas vinctorum secundum præceptum diuinum*

men positi agrorum culturæ libere licenterque inseruiant: Quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta sulcis aut vineæ scrobibus mandentur: Ne occasione momenti pereat commoditas cælesti prouisione concessa.

(e) Cod. Theod. lib. IX. tit. III. de custodia reorum, leg. VII. Iudices omnibus dominicis diebus productos reos e custodia carcerali videant, interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes denegetur; victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duobus (legend. duabus) aut tribus diurnis, vel quod (id est quodcumque) æstimaverint, commentariensi decretis, quorum (leg. quarum) sumtibus proficiunt alimoniæ pauperum, quos ad lauacrum sub fida custodia dari oportet: Multa iudicibus viginti librarum auri & officiis eorum eiusdem ponderis constituta; ordinibus quoque trium librarum auri multa proposita, si saluberrime statuta contemserint. Nec deerit antistitum christianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obseruationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem.

(f) Concil. Aurelian. V. c. XX.

miseri-

misericorditer subleuetur: Atque a pontifice, instituta fideli & diligenti persona, qui necessaria prouideat, competens victus de dono ecclesiæ tribuatur. Hic magnæ misericordiæ actus erat, adeoque recte excipiebatur a communibus operibus & negotiis, quæ die dominico vetita erant. Tametsi in codice *Iustinianeo* [g] hoc negotium ex die dominico ad diem *Mercurii* & diem *Veneris* transfertur, qui itidem dies conuentus ecclesiastici erant, non autem tam exacte obseruabantur, quam quidem dies dominicus. Et per alias leges [h] licentia illa, quam ruricolis indulsit *Constantinus*, vt die dominico agrorum culturæ operam dare possent, non mediocriter imminuta est. Priuati scriptores & canones ecclesiæ itidem istam licentiam impugnant. IRENAEVS exponens legem sabbati, opinionem suam de ea in hunc modum declarat [i]: *Esurientes accipere sabbatis escas ex his, quæ adiacebant, non vetabat lex: metere autem & colligere in horreum vetabat.* Similem in modum TERTVLLIANVS ad *Marcionem* [k]: *Contrarietates præceptorum ei exprobras, vt mobili & instabili; prohibentis sabbatis operari & iubentis arcam circumferri per dies octo, id est: etiam sabbato in expugnatione ciuitatis Hiericho. Nec sabbati enim inspicis legem, opera humana non diuina prohibentem. Siquidem sex, inquit, diebus operare, & facies omnia opera tua. Septima autem die sabbata domino Deo tuo; non facies in eo omne opus; quod? vtique tuum. Consequens enim est, vt ea opera sabbato auferret, quæ sex diebus supra indixerat, tua scilicet, id est: humana & quotidiana. Arcam autem circumferre neque quotidianum opus videri potest, neque humanum, sed & rarum & sacrosanctum, & ex ipso tunc Dei præcepto vtique diuinum.* AVGVSTINVS, vel quisquis auctor sermonum de tempore est, ait [l]: *Ideo sancti doctores ecclesiæ decreuerunt, omnem gloriam iudaici sabbatismi in diem dominicam transferre, vt, quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate. -- Obseruemus ergo diem domini-*

(g) Cod. Iustin. lib. IX. tit. IV. de custodia reorum, leg. VI. Oportet autem episcopum per quartam feriam aut parasceuen inquirere eos, qui sunt in custodia, cetera.

(h) Leo nouell. LIV. Neque agricolæ, neque quiquam alii in illo die illicitum opus adgrediantur.

(i) Iren. lib. IV. c. XX.

(k) Tertull. contr. Marcionem lib. II. c. XXI.

(l) Augustin. homil. CCLI. de tempore, tom. X. p. 307. (p. 1152. ed. Bas. MDLXIX.)

cam

cam & ſanctificemus illam, ſicut antiquis præceptum eſt de ſabbato, docente legislatore: A veſpere vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Videamus, ne otium noſtrum vanum ſit, ſed a veſpera diei ſabbati, vſque ad veſperam diei dominici ſequeſtrati a rurali opere & ab omni negotio, ſoli diuino cultui vacemus. Sunt, qui hanc homiliam *Cæſario Arelatenſi* epiſcopo *Gallicano* adſignant, idque non ſine ratione videntur facere. Nam concilia *Gallicana* circa hoc tempus opera ruralia ſeuere prohibent. Concilium *Aurelianenſe* tertium canonem habet in hanc ſententiam [m]: *Quia perſuaſum eſt populis, die dominico cum caballis & bobus & vehiculis itinerare non debere, neque vllam rem ad victum præparare, vel ad nitorem domus vel hominis pertinentem nullatenus exercere; Quæ res quia ad iudæam magis quam ad obſeruantiam chriſtianam pertinere probatur; id ſtatuimus, die dominico, quod ante fieri licuit, licere. De opere tandem rurali, id eſt, agricultura, vel vinea, vel ſectione, vel meſſione, vel excuſſione, vel exſecta ſepe cenſuimus abſtinendum, quo facilius ad eccleſiam venientes, orationis gratia vacent.* Ita ſimiliter concilium *Antiſſiodorenſe* [n]: *Non licet die dominico boues iungere, vel alia opera exercere.* Et concilium ſecundum *Matiſconenſe* [o]: *Nullus veſtrum litium fomitibus vacet: Nullus cauſſarum actiones exerceat: Nemo ſibi talem neceſſitatem exhibeat, quæ iugum ceruicibus iuuencorum imponere cogat. Eſtote omnes in hymnis & laudibus Dei animo corporeque intenti. -- Si quis veſtrum hanc ſalubrem exhortationem parui penderit, aut contemtui tradiderit, ſciat, ſe pro qualitatis merito principaliter a Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſſidicus fuerit, irreparabiliter cauſſam amittet: Si ruſticus aut ſeruus, grauioribus fuſtium ictibus verberabitur: Si clericus aut monachus, menſibus ſex a conſortio ſuſpendatur fratrum.* Sunt [p] multa alia *Gallicana* & *Hiſpanica* concilia, tempore *Caroli magni* habita, quæ canones habent rem eamdem prohibentes. Quod oſtendit, licentiam agricolationi ſtudendi die dominico, a *Conſtantino* indultam,

(*m*) Concil. Aurel III. c. XXVII.

(*n*) Concil. Antiſſiodor. c. XVI.

(*o*) Concil. Matiſcon. II. c. I.

(*p*) Vid. præceptionem Guntramni regis ad epiſc. & iudices regni ſui ad calcem concilii Matiſcon. II. (tom. V. concil. p. 991. ſeq. in primis p 992. b.) Idcirco huius decreti ac definitionis generalis vigore decernimus, vt in o-

numquam ab ecclesia fuisse approbatam. Neque vero res facilis erat, homines ab vsu istius libertatis cohibere, quam lex illis dederat, adeoque indulgentia illa frui pergebant, quæ tam speciosum habebat titulum. In multis locis malum increscebat; nam iudicia agebant, perorabant caussas, nundinas celebrabant & negotiabantur hoc die non minus, quam quolibet alio; vti ex diuersis querelis, contra hasce res tempore *Caroli magni* factis, apparet, qui inter res alias hosce abusus in reformatione sua corrigere adlaborauit.

Ecclesia autem non iis solum, qui diem dominicum profanabant, sese opponebat, sed omnibus etiam illis, qui ab altera parte ex superstitione pharisaica obseruationem eius ad ineptam asperitatem in abstinendo se ab omni opere manuum extendere conabantur. *Dositheani* inter iudæos ab ORIGENE [q] notantur, tamquam ridiculum sensum dantes legi *Mosis*, quæ ait: *Sedebitis vnusquisque in domibus vestris, nullus mouebitur de loco suo in die sabbatorum.* Hoc illi ad verbum ita stricte interpretabantur, quasi vnusquisque, quo habitu, quo loco, qua

mnibus diebus dominicis, in quibus sanctæ resurrectionis mysterium veneramur, vel in quibuscumque reliquis sollemnitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula vniuersæ plebis coniunctio deuotionis congregatur studio, præter victum, quem præparari conuenit, ab omni corporali opere suspendantur, nec vlla caussarum præcipue iurgia moueantur.

Concil. Arelat. VI. can. XVI. Ne in diebus dominicis publica mercata, neque caussationes disceptationesque exerceantur, & penitus a rurali & seruili opere cessetur: his solummodo peractis, quæ ad Dei cultum & seruitium pertinere noscuntur.

Concil. Mogunt. sub Carolo M. can. XXXVII. Omnes dies dominicos cum omni veneratione decreuimus obseruari & a seruili opere abstinere: & vt mercatus in eis minime sit, nec placitum, vbi aliquis ad mortem vel pœnam iudicetur.

Conc. Turon. III. sub eodem can. XL. Interdicatur, ne mercata & placita vsquam fiant die dominica, qua oportet omnes christianos a seruili opere in laude Dei & gratiarum actione vsque ad vesperam perseuerare.

Concil. Remens. c. XXXV. Vt diebus dominicis secundum domini præceptum nulla opera seruilia quilibet perficiat, nec ad placita conueniat, nec etiam donationes in publico facere præsumat, neque mercata exerceat.

(q) Origen. περὶ ἀρχῶν lib. IV. cap. II. p. 743. (pag. 470. m. edit. Par. MDCIV.) Alii, ex quibus Dositheus Samaritanus -- ridiculosius aliquid statuunt, quia vnusquisque, quo habitu, quo loco, qua positione in die sabbati fuerit inuentus, ita vsque ad vesperam debeat permanere &c. Repetitur hoc in

posi-

poſitione in die ſabbati fuerit inuentus, ita vſque ad veſperam debeat permanere: id eſt, vel ſi ſedens, vt ſedeat tota die: vel ſi iacens, vt tota die iaceat. Iudæorum magiſtri in confutandis hiſce *Doſithei* ſomniis æque ridiculi erant. Ex inanibus enim & friuolis traditionibus dictitabant, vnicuique locum ſuum reputari intra duo millia vlnarum: adeoque qui non vlterius progrederetur, eum non exiſtimandum eſſe extra locum [r] ſuum ſe mouere. Non minus ridiculi erant in interpretandis aliis legibus, quæ operari & onus ferre in ſabbato prohibent. Dicebant [ſ], Non reportari onus, ſi calceamenta quis habeat ſine clauis, onus vero eſſe ſi caligulas quis cum clauis haberet. Et ſi quidem ſupra vnum humerum aliquid portaret, onus eſſe, ſi vero ſupra vtrumque, non eſſe onus. Nonnulli eorum adeo ſuperſtitioſi erant, vt, ſi corum vita ageretur, digitum ad ſe iuvandum mouere nollent, veriti, ne operando ſabbatum violarent. Cuius rei notabile exemplum SYNESIVS [t] dat in iudæo quodam gubernatore, qui in violenta tempeſtate nauem

philocalia Origenis cap. I. p. 14. οἱ ἐκ περιτομῆς -- φλυαροῦσιν εὑρεσιλογοῦντες, ψυχρὰς παραδόσεις φέροντες, ὥσπερ καὶ περὶ τοῦ σαββάτου, φάσκοντες τόπον ἑκάστῳ εἶναι δισχιλίους πήχεις· ἄλλοι δὲ, ὧν ἐστι Δοσίθεος ὁ Σαμαρεὺς, καταγινώσκοντες τῆς τοιαύτης διηγήσεως, οἴονται ἐπὶ τοῦ σχήματος, οὗ ἂν καταληφθῇ τις ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, μένειν μέχρις ἑσπέρας· ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ αἴρειν βάσταγμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, ἀμήχανον· διόπερ εἰς ἀπεραντολογίαν οἱ τῶν ἰουδαίων διδάσκαλοι ἐληλύθασι λέγοντες, βάσταγμα μὲν εἶναι τὸ τοιόνδε ὑπόδημα, οὐ μὴν καὶ τὸ τοιόνδε, καὶ τὸ ἥλους ἔχον σανδάλιον, οὐ μὴν καὶ τὸ ἀνήλωτον· καὶ τὸ ὡσὶ ἐπὶ τοῦ ὤμου φορούμενον, οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τῶν δύο ὤμων. *Qui de circumciſione ſunt in aliquibus meras nugas & alienarum commentationum frigidiſſimas argutias adferunt, quemadmodum de ſabbato; locum vnicuique bis mille cubitis definitum eſſe dicentes. Alii, quos inter eſt Doſitheus Samaræus, tali damnata expoſitione arbitrantur, quo in ſtatu ſituque corporis aliquis a die ſabbati fuerit interceptus, in eo ad veſperam manendum. Sed neque fieri poteſt, vt onus aliquod non tollatur in ſabbato, hinc ad infinitas fabulas iudæorum doctores deflexerunt, onus eſſe talem calceum, ſed non illum; puta ſuffixas clauis ſoleas onus eſſe, non eſſe ſine clauis; ſic quod vno humero geſtatur, non quod vtroque, pro onere habendum.*

(r) Orig. ibid. Fabulas autem inanes & friuolas commentantur, ex neſcio quibus traditionibus proferentes de ſabbato, dicentes, Vnicuique locum ſuum reputari intra duo millia vlnarum.

(ſ) Orig. ibid. Ad fabulas deuoluti iudæorum doctores dicentes, Non reputari onus &c.

(t) Syneſ. epiſt. IV. ad Euoptium. ἡμέρα μὲν οὖν ἦν, ἥν τινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι πα-

moderatus ſit. Vehementer eum de ſeruanda naue laboraſſe dicit, donec ſabbatum caperet initium, tunc autem clauo e manibus abiecto nauem ventis ac fluctibus maris permiſiſſe; & licet miles quidam, educto gladio, caput homi i ſeſe amputaturum minaretur, niſi nauem gubernaret, recuſaſſe tamen & velut germanum *Maccabæum* paratum fuiſſe, vitam pro ſuperſtitione ſua profundere; Media tamen nocte ſuapte ſponte ad gubernacula reuerſum, dixiſſe: *Nunc lex facere iſtud permittit, quoniam plane de vita periclitamur.* SYNESIVS eleganter eum vocat *Maccabæum*, ob conſilium ipſius prius: Quia mille circiter *Maccabæi*, armis ſabbato petiti ab hoſtibus, interfici maluerunt, quam dimicare, aut quidquam ad ſe defendendum facere ſabbato. Vnde factum, vt *Mattathias* & eius amici ſtatuerent,

ρασκευήν· τὴν δὲ νύκτα τῇ μετ᾽ αὐτὴν ἡμέρᾳ λογίζονται, καθ᾽ ἣν οὐδενὶ θέμις ἐστὶν ἐνεργὸν ἔχειν τὴν χεῖρα, ἀλλὰ τιμῶντες διαφερόντως αὐτὴν, ἄγουσιν ἀπραξίαν· μεθῆκεν οὖν ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον, ἐπειδὰν τὸν ἥλιον εἴκασεν ἀπολελοιπέναι τὴν γῆν· καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν

Πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων.

ἡμεῖς δὲ τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν οὐκ εὐθὺς ἐπὶ νοῦν ἐβαλλόμεθα· ἀπόγνωσιν δὲ τὸ πρᾶγμα οἰόμενοι, προσῄειμεν, ἐλιπαροῦμεν μὴ καταπροέσθαι μηδέπω τὰς ἐσχάτας ἐλπίδας· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπεῖχον αἱ τρικυμίαι, τοῦ πελάγους καὶ πρὸς ἑαυτὸ στασιάσαντος. --- ἐπεὶ δ᾽ οὖν συνήκαμεν τὸν νοῦν τῆς ἀπολείψεως τῶν πηδαλίων· -- πειθοῦς ἀπογνόντες, ἀνάγκην ἤδη προσήγομεν, καί τις στρατιώτης γεννάδας - τὸ ξίφος σπασάμενος, ἠπείλησε τ᾽ ἀνθρώπῳ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψειν, εἰ μὴ ἀντιλήψοιτο τοῦ σκάφους· ὁ δὲ αὐτόχρημα Μακκαβαῖος οἷος ἦν ἐγκαρτερῆσαι τῷ δόγματι· μεσούσης δὲ ἤδη τῆς νυκτὸς, ἀναπείθεται, παρ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τῇ καθέδρᾳ γενέσθαι· νῦν γὰρ, φησιν, ὁ νόμος ἐφίησιν, ἐπειδὰν νῦν σαφῶς τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς θέομεν. *Erat tum dies, quam Iudæi paraſceuen vocant, cuius noctem cum ſequente die computant, qua die nulli manum licet operi admouere, ſed eam ſanctiſſime venerantes ab omni labore feriantur. Clauum itaque gubernator e manibus abiecit, ſtatim atque ſolem occidiſſe coniectatus eſt; ac proſtratus*

Cuiuis ſe nautarum calcandum præbebat.

Nos vero rei cauſſam non ſtatim intelligentes, ſed deſperationem hoc ipſum eſſe rati, ad eum accurrere, obteſtari, ne vltimam ſpem proderet. Nam & decumani fluctus inſtabant, tumultuante ſecum ipſo mari. -- Poſtquam igitur quid ſibi claui abiectio vellet, intelleximus -- perſuaderi poſſe deſperantes, adhibere vim cœpimus. Ac generoſus quidam miles -- educto gladio caput homini ſeſe amputaturum minatus eſt, niſi nauem gubernaret. At ille germanus Maccabæus in dogmate ſuo nihilo minus perſtiturus videbatur. Media tandem nocte ſuapte ſponte ad gubernacula ſedere cœpit. Nunc enim, ait, lex facere iſtud permittit, quoniam plane de vita periclitamur.

quis-

quisquis eis prælium vel die ſabbati intuliſſet, repugnare, ne morerentur omnes, quemadmodum ipſorum fratres in luſtris eſſent mortui *(1 Macc. I, 41.)* Cuius exempli gubernator ille iudæus tempeſtiue recordatus, nauem tandem ſeruaſſe dicitur operando die ſabbati. IOSEPHVS [u] hoc decretum *Mattathiæ* a iudæis ex parte obſeruatum eſſe auctor eſt. In præſenti enim vitæ periculo conſtitutos pugnare non dubitaſſe die ſabbati: Si vero hoſtis ad impetum poſtridie faciendum ſeſe præpararet tantum, nihil ad hoſtem impediendum hoc die facere voluiſſe. Et hoc primum *Pompeio* & poſtea *Tito* dediſſe occaſionem eos opprimendi. *Eſſeni* tamen adhuc ſeueriores erant. Neque enim ignem accendere, nec vas loco ſuo mouere volebant die ſabbati. Et *Doſitheani* ceteros omnes, vti audiuimus, ſuperſtitioſa rabie ſuperabant. Chriſtiani igitur, vt hiſce furiis ſeſe opponerent, ſollicite ſtudebant medium tenere in diei dominicæ obſeruatione, cauentes, ne libertatem ipſi ſibi ſumerent operibus minus neceſſariis vacandi hoc die, nec penitus ab labore abſtinerent, ſi qua magna neceſſitas eum requireret. Concilium *Laodicenum* [w] rem in hunc modum definit: *Non oportet chriſtianos iudaizare & in ſabbato otiari, ſed ipſos eo die operari:* (quoad ſcilicet per diuinum cultum id fieri poſſit) *diem autem dominicum præferentes otiari, ſi modo poſſint, vt chriſtianos. Quod ſi inuenti fuerint iudaizantes, ſint anathema apud Chriſtum.* BALZAMON [x]

(u) Ioſeph. antiquit. lib. XIV. c. VIII. *εἰ μὴ πάτριον ἦν ἡμῖν ἀργεῖν τὰς ἑβδομάδας ἡμέρας, ἐκ ἂν ἠνύσθη τὸ χῶμα, κωλυόντων ἐκείνων· ἄρχοντας γὰρ μάχης καὶ τύπτοντας ἀμύνασθαι δίδωσιν ὁ νόμος, ἄλλο δέ τι δρῶντας τὲς πολεμίες ἐκ ἐᾷ, κ. τ. λ. Niſi patrius nobis mos eſſet, per otium ſeptimum quemque diem exigere, non potuiſſent abſoluere aggerem, vetantibus aduerſariis: prohibere enim vim inferentes lex permittit, ſed opus facientem hoſtem impedire nos non ſinit.*

(w) Conc. Laodic. can. XXIX. *Ὅτι ἐ δεῖ χριστιανὲς ἰεδαΐζειν, καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτὲς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς χριστιανοί. Εἰ δὲ εὑρεθεῖεν ἰεδαϊσαί, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ χριστῷ.*

(x) Balſam. in loc. *προσέθεντο,* **εἴγε δύναιντο** *οἱ πιστοί· εἰ γὰρ ἐξ ἀπορίας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀνάγκης, καὶ κατὰ τὴν κυριώνυμον ἐργάσεταί τις, ἐ προκριματισθήσεται. Adiecerunt,* Si poſſint *fideles. Si enim propter inopiam, vel aliquam aliam neceſſitatem, etiam die dominico fuerit aliquis operatus, præiudicium ei non adferetur.*

et ZONARAS [†] in hunc canonem recte obseruant, quod verba, *εἴγε δύναιντο*, *si modo possint*, speciales quosdam casus excipiant, in quibus die dominica operari liceat; exempli gratia, in necessitate extremæ inopiæ: cui reliqui necessitatis casus omnes addi possunt, cuiusmodi sunt dimicare pro conseruanda hominum vita aduersus hostes; remigationi operam nauare ad effugiendam vim tempestatis; iter facere ad ecclesiam diuini cultus gratia; cibum coquere ad sustentandam vitam; laborare ad liberandum hominem vel bestiam ex manifesto mortis periculo, & casus similes: qui omnes ita æqui sunt & rationi consentanei, vt infensissimi seruatoris nostri aduersarii, si quos istiusmodi necessitatis casus illis proponeret, non possent non æquitatem actionum eius agnoscere. Et ipsius ad exemplum ecclesia christiana in determinandis exceptionibus, quas ad legem de operando in die dominica, contra peruersam rationem obseruandi sabbatum iudaicum, fieri expediebat, sese gessit.

§. IV.

Nulla spectacula, vel oblectationes ludicræ hac die permissæ.

ALIA res, cuius leges christianæ ad conseruandum honorem & dignitatem diei dominicæ habebant rationem, erat, vt ne spectacula, ludi, vel oblectationes, quamtumuis licitæ aliis temporibus, hoc die frequentarentur. Exstant hanc in rem duæ notabiles leges THEODOSII senioris & nepotis eius THEODOSII iunioris in codice *Theodosiano*. Prior omnibus omnino, qui vel officii ratione vel alia quadam caussa inducti, populo publica spectacula exhibeant, interdicit, ne die dominico [y] in vlla eiusmodi re illis commodent, siue sint ludi

(†) Zonar. in loc. *ὁ μὲν κανών, εἰ δύναιντο, προσέθετο· ὁ δὲ τῆς πολιτείας νόμος ἀπαραίτητον τὴν ἀργίαν ἐν τῇ κυριακῇ ἀπαιτεῖ, ἄνευ τῶν γεωργῶν· ἐκείνοις γὰρ ἐν κυριακῇ ἐργάζεσθαι ἐφῆκεν, ὅτι ἴσως τῶν ἔργων κατεπειγόντων, οὐχ εὑρήσουσιν ἄλλην ἡμέραν ἐπιτηδείαν εἰς τὰ ἔργα αὐτῶν συμβαλλομένην. Canon quidem addidit;* Si possint: *lex vero ciuilis, a muneribus die dominico vacationem esse, si agricolarum opera excipias, omnino iubet. Illis namque, quia forte operibus primo quoque tempore obeundis alium diem pariter accommodatum nancisci non ita facile fuerit, dominico quoque die operam nauandi facultas concessa est.*

(y) Cod. Theod. lib. XV. de spectaculis tit. V. leg. II. Nullus omnino iudicum, gymni-

gymnici gladiatorum in theatris, siue scenici, siue circenses, siue venationes & pugnæ ferarum, ne diuinus cultus istiusmodi oblectationibus turbetur & confundatur. Et posterior [z] interdictionem istarum oblectationum ad natalem & epiphaniam *CHRISTI*, ad pascha & pentecosten non minus quam ad diem dominicum extendit: Et iudæis pariter & gentilibus iniungit; vt hosce dies in tantum reuereantur, vt aliud supplicationum, aliud voluptatum tempus esse sciant. Neque eum excusationem habiturum dicit, qui existimauerit, se istiusmodi res ludicras populo præbere in honorem natalis imperatoris, qui in istiusmodi diem festum forte incidisset. Sciendum enim esse, non posse maiorem maiestati imperiali honorem deferri ab hominibus, quam si omnipotentis Dei maiestati iustam venerationem & obsequium præstent. Simile edictum a *Leone* & *Anthemio* promulgatum est, vt ne eo die scena theatralis, aut ludi circenses, aut bestiarum spectacula fierent [a]. Et si dies natalitius imperatoris incidat in diem dominicum, celebratio eius in alium diem differri iubetur. Et qui-

aut theatralibus ludis, aut circensium certaminibus, aut ferarum cursibus vacet, nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi, vel imperii sumus sceptra sortiti. --- Nullus solis die populo spectandum præbeat, nec diuinam venerationem confecta sollemnitate confundat.

(z) Ibid. leg. V. Dominico, qui septimanæ totius primus est dies, & natale atque epiphaniarum Christi, paschæ etiam & quinquagesimæ diebus -- omni theatrorum atque circensium voluptate, per vniuersas vrbes earumdem populis denegata, totæ christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupantur. Si qui etiam nunc vel iudæi impietatis amentia, vel stolidæ paganitatis errore atque insania detinentur, aliud esse supplicationum nouerint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis existimet, in honorem numinis nostri, veluti maiore quadam imperialis officii necessitate compelli. --- Nemo ambigat, quod tunc maxime mansuetudini nostræ ab humano genere defertur, quum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis vniuersi obsequium orbis impenditur.

(a) Cod. Iustin. lib. III. tit. XII. de feriis leg. XI. Nihil eodem die vindicet sibi scena theatralis, aut circense certamen, aut ferarum lacrimosa spectacula. Et si in nostrum ortum aut natalem celebranda sollemnitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis vmquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscumque iudicis apparitor prætextu negotii publici, seu priuati, hæc, quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda.

cum-

cumque hanc legem temerare ausus fuerit, dum vel istos ludos exhibeat, vel tantum spectator eis adsit, si quidem de militia sit, officii amissione, si priuatus, patrimonii proscriptione multandus dicitur. Eadem pœna omnibus iudicibus, caussidicis, & apparitoribus denuntiatur, qui hoc die negotium aliquod forense curauerint. Ecclesia non minore cura in id incumbebat, vt huius diei venerationem ab omni vanarum & minus necessariarum oblectationum labe alienam seruaret. Iudæi, etsi sabbato suo operari nolebant, tempus tamen non dubitabant transigere otio, vel peioribus quocumque innocenti manuum opere exercitiis, saltationibus nimirum & compotationibus nocturnis aliisque illicitis oblectamentis. Quos contra antiqui sæpius acriter declamant, populumque suum ab imitatione tam mali exempli deterrere adlaborant. *Sabbatum*, inquit AVGVSTINVS [b], *in præsenti tempore otio quodam corporaliter languido & fluxo & luxurioso celebrant iudæi, vacant enim ad nugas: Et quum Deus præceperit obseruari sabbatum, illi in iis, quæ Deus prohibet, exercent sabbatum. Vacatio nostra a malis operibus, vacatio illorum a bonis operibus est. Melius est enim arare quam saltare. Illi a bono opere vacant, ab opere nugatorio non vacant.* Et alio loco [c]: *Dicitur tibi, vt spiritualiter obserues sabbatum, non quomodo iudæi obseruant carnali otio: vacare enim volunt ad nugas atque luxurias suas. Melius faceret iudæus in agro suo aliquid vtile, quam in theatro seditiosus exsisteret. Et melius feminæ eorum die sabbati lanam facerent, quam totam diem in neomeniis suis impudice saltarent.* PRVDENTIVS [d] eodem nomine reprehendit iudæos, quod sabbatum suum lasciuis saltationibus degant. Et RVFFINVS [e] in ista verba *Hoseæ* prophetæ, cap. II, 11. *Cessare faciam omne gaudium eius, sollemnitatem eius, nouilunium eius, sabbatum eius & omnia festa tempora eius*, ait: *Posuit nomina feriarum, in quibus plurimum lætabantur, quum tota regio*

(b) Augustin. in psalm. XCI. tom. VIII. p. 417. (p. 1020. edit. Basil. MDLXIX.)

(c) Aug. de decem chordis cap. III tom. IX. p. 259. (p. 920. ed. Basil.)

(d) Prudent. apotheos. vers. 3[illegible]. seq.

- - - - Stultum est sic credere sacrum:
Sanguine balantis summos contingere postes,
Lasciuire choris - - -

(e) Ruffin. in Hos. II, 11.

cho-

choreis, canticis, epulisque lasciuiret. CHRYSOSTOMVS [*f*] quoque eadem illis obiectat, *Iudæi*, inquiens, *corporalium rerum curis liberati non vacabant spiritualibus, sobrietati scilicet, modestiæ & audiendis diuinis sermonibus; sed contrarium potius faciebant, seruientes ventri, indulgentes ebrietati, distenti cibis, deliciantes.* Hæc erat eorum ratio obseruandi sabbata, quæ CHRYSOSTOMVS, septuaginta interpretes *Amos* VI, 3. sequens, vocat σάββατα ψευδῆ, *sabbata mendacia: Qui attingitis sabbata mendacia, qui dormitis in lectis eburneis, ac lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis hœdos e caulis, & vitulos e bubilibus lactentes. Qui canitis ad vocem psalterii, qui sicut Dauid excogitant sibi instrumenta musica. Qui bibitis vinum defæcatum, & optimis vnguentis vngimini, neque adficimini ægritudine propter confractionem Iosephi.* Quæ cum illis congruunt, quæ de ipsis alius vates (*Ies.* V, 12.) narrat: *Quorum in conuiuiis est cithara, ac nablium, tympanum tibiaque ac vinum: opus autem domini non intuentur, & factum manuum eius non considerant.* THEODORETVS [*g*] similiter talem abusum quietis & vacationis in sabbato in illis notat, *Iudæi*, inquiens, *nunc illo die non præ se ferunt tristitiam, sed rident, ludunt, ac ducunt choreas, ac verbis & rebus obscenis vtuntur, directo cum lege pugnantes.* Et iterum [*h*]: *Iudæi præcipue victus impensam curam gerunt, & finem iustitiæ putant profusum in sabbato luxum. Gloriam ista existimantes, propter quæ eos oporteret pudore adfici.* Hinc tum ille ipse [*i*], tum CYRILLVS ALEXANDRINVS [*k*] ante memorata *Amosi* verba ad illos referunt dicuntque,

(*f*) Chrysostom. homil. I. de Lazaro, tom. V. p. 32. (p. 29. ed. Frf. MDCXCVIII.) οἱ ἰουδαῖοι τῶν βιωτικῶν ἀπαλλαγέντες πραγμάτων, τοῖς πνευματικοῖς οὐ προσεῖχον, σωφροσύνῃ καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ ἀκροάσει θείων λογίων· ἀλλὰ τοὐναντίον ἐποίουν, γαστριζόμενοι, μεθύοντες, διαῤῥηγνύμενοι, τρυφῶντες.

(*g*) Theodor. quæst. XXXII. in Leuit. οἱ ἰουδαῖοι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν οὐ σκυθρωπάζουσιν, ἀλλὰ γελῶσι καὶ παίζουσι καὶ χορεύουσι καὶ ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ πράγμασι κέχρηνται, ἄντικρυς τῷ νόμῳ μαχόμενοι.

(*h*) Id. in Phil. III, 19. διαφερόντως οἱ ἰουδαῖοι πολλὴν ποιοῦνται τροφῆς ἐπιμέλειαν, καὶ δικαιοσύνης ὅρον νομίζουσι τὴν ἐν σαββάτῳ χλιδήν· δόξαν ταῦτα ὑπολαμβάνοντες, ἐφ᾽ οἷς ἔδει αἰσχύνεσθαι.

(*i*) Theod. in Amos VI, 3. οἱ ἐγγίζοντες καὶ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν] οἱ τῷ δοκεῖν τιμῶντες τὰ σάββατα, μυρία δὲ αὐτοῖς παράνομα δρῶντες. κ. τ. λ. Qui appropinquatis & tangitis sabbata falsa]. *Qui in speciem videmini venerari sabbata, & in eis mille flagitia committitis.*

(*k*) Cyrill. Alex. in Amos. VI, 3. ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν] ἐπετρίβουν τὰς ἐν

mendacia eos celebrare *ſabbata.* Luxuria eorum & epulatio hoc die adeo effuſa euaſerat & infamis, vt in prouerbium abiret. COTELERIVS [*l*] phraſin, *luxus ſabbatarius*, in SIDONIO APOLLINARI [*m*] eo reſpicere exiſtimat; Quamquam SAVARO [*] eam interpretetur tamquam de *Theodorico* eiusque *Gothis Arianis* vſurpatam, qui ſabbato opipare conuiuari ſoliti ſint, more eccleſiæ *Romanæ* contrario: cuius ciues eo die ieiunabant: vti proxime ſequenti capite pluribus oſtendetur. Gentiles quidem prorſus contrariam opinionem de iudæis habebant. Ipſos enim ſabbato ſuo ieiunare putabant. Qui vulgaris error in eis erat, ex male intellectis legibus & praxi iudæorum oriundus. Quum enim ignem non accenderent, nec cibum coquerent ſabbato, ideo eos hunc diem ieiunio tranſigere exiſtimabant falſo. Contra ea chriſtiani ſcriptores, praxin eorum intelligentes melius, vbique eos arguunt, quod genio ſuo indulgentes immoderate & intemperate hoc die viuant illicitaque oblectamenta, remiſſiones ac voluptates ſectentur. Vnde religionis ſuæ conſortes ſerio admonent, ne iudæos in tam peruerſa ac deteſtanda legis corruptione, qua diem ſpiritualis requiei in diem carnalis lætitiæ ac voluptatis conuertant, imitentur.

σαββάτοις ἀργίας, πλὴν οὐκ εἰσάπαν ἠκριβωμένως, ἀτημελῶς δὲ πάμπαν καὶ ῥαθύμως κομιδῆ. Attingentes ſabbati falſa]. *Agebant ſabbatis conſueta otia, verumtamen non penitus accurate; ſed negligenter omnino, atque deſidioſiſſime.*

(*l*) Coteler. in Pſeudo-Ignat. epiſt. ad Magneſ. §. IX. p. 59. not. 60. Certe in prouerbium abiit ſabbatarius luxus Apollinari Sidonio lib. I. epiſt. II.

(*m*) Sidon. lib. I. epiſt. II. De *luxu* autem illo *ſabbatario* narrationi meæ ſuperſedendum eſt.

(*) Sauaro in loc. p. 16. Quid ſit ſabbatarius luxus, liquido non liquet, ſi locus coniecturæ, ſabbatarius luxus eſt, ita dictus, quod Gothi Arriani ſabbato genio indulgerent & opipare conuiuarentur, quo die catholici & Romani ieiunabant, more Arrianorum Aëtianorumque, qui diebus, quibus chriſtiani abſtinebant, odio fidei catholicæ epulabantur. .... Atque ita quum in vniuerſo orbe Romano die ſabbati ieiunium celebraretur, & Arriani ſtudia in contrarium deſtinarent, hac die helluabantur, diemque Saturni otio & victui decernebant, more Sabbatariorum, idcirco dixit Sidonius *ſabbatarium luxum.* Die autem ſolis, quum lætitiæ chriſtiani indulgerent, & ieiunare nefas ducerent, illi abſtinebant.

PRAE-

PRAETER iudæorum autem exemplum, chriſtianis aliud periculum a gentilium praxi erat. Hinc concilium *Carthaginenſe* quartum [*n*] decretum ſanciebat iſtiuſmodi : *Qui die ſollemni, prætermiſſo ſollemni eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit, excommunicetur.* CHRYSOSTOMVS [*o*] eamdem pœnam auditoribus ſuis minatur, in publica ſpectacula, tamquam diabolica concilia, multis verbis declamans. Patres *Africani* in generali quadam ſynodo [*p*] decernebant, petendum ab HONORIO imperatore, vt ſpectacula theatrorum ceterorumque ludorum die dominica vel ceteris religionis chriſtianæ diebus amouerentur; maxime quia ſancto paſchæ octauarum die populi ad circum magis quam ad eccleſiam conuenirent; & debere transferri deuotionis imperatorum dies, ſi quando occurrerent, (in die dominico) nec oportere etiam quempiam chriſtianum cogi (a gentilibus) ad hæc ſpectacula. Nam per leges eccleſiaſticas huiusmodi oblectamenta chriſtianis generatim prohibita

(*n*) Concil. Carthag. IV. can. LXXXVIII.

(*o*) Chryſoſt. homil. VI. in geneſ. tom. II. p. 53. (p. 45. edit. Frf. MDCXCVIII.) ὅπως μὴ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπέσητε, μηδὲ, μετὰ τὴν τοσαύτην ἡμῶν παραίνεσιν, πάλιν ἐπὶ τὰ σατανικὰ συνέδρια ἐκεῖνα δράμητε, ἀναγκαῖον διαμαρτύρεσθαι· οὐδὲ γὰρ πάντοτε καλὸν προσηνῆ φάρμακα ἐπιτιθέναι, ἀλλ᾽ ὅταν ᾖ τὸ ἕλκος δυσείδοτον, δεῖ καὶ τὰ σύφηπτα καὶ τὰ δάκνειν δυνάμενα προσάγειν, ἵνα ταχεῖα γένηται ἡ διόρθωσις· μαθέτωσαν τοίνυν ἅπαντες, οἱ τοῖς ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνοι, ὅτι εἰ καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν παραίνεσιν πάλιν τῇ αὐτῇ ῥαθυμίᾳ ἐπιμένωσιν, οὐκ ἀνεξόμεθα, ἀλλὰ τοῖς νόμοις τῆς ἐκκλησίας χρησάμενοι μετὰ πολλῆς αὐτοὺς τῆς σφοδρότητος διδάξομεν, μὴ τοιαῦτα πλημμελεῖν κ. τ. λ. *Ne iterum in eadem recidatis, neque poſt tantam noſtram admonitionem iterum ad* diabolica *illa* concilia *&* *ſpectacula curratis, neceſſarium eſt, vos obteſtari. Neque enim ſemper expedit pharmaca lenia adhibere, ſed quando vlcus curationi reſiſtit, oportet ſtyptica & mordacia admouere, quo morbo occurratur citius. Sciant igitur omnes his criminibus obnoxii, ſi poſt hanc noſtram admonitionem in ea negligentia manſerint, non toleraturos nos, ſed legibus eccleſiaſticis vſuros & magna auſteritate docturos, ne talia poſthac negligant, cetera.*

(*p*) Cod. can. Afr. c LXI. Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι, ἵνα τὰ θεώρια τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως κωλύωνται· μάλιστα, ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον ἤπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται· ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας, ὅτε ἀπαντήσῃ, καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν χριστιανῶν πρὸς τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι.

erant [q], propter impia dicta & facta turpia, quæ in illis audiri solebant & committi. Quemadmodum HONORIVS rogantibus hisce patribus gratificari & abusibus, de quibus apud ipsum ita conquerebantur, mederi studuerit, id quidem ex nulla legum eius, quæ in vtroque codice habentur, apparet; sed potius, quod per supplicem eorum libellum ad ludos & spectacula aliis quoque diebus festis, præter diem dominicum, in quo iam antea prohibita erant, prohibenda flecti se non passus sit. Nam lege quadam [r] an. CCCXCIX. licentiam dabat populo agendi ac frequentandi ludos & festiuitates suas, publicæ lætitiæ diebus, prohibens solum sacrificia aliosque superstitiosos ritus gentilium. Sed enim non multo post THEODOSIVS iunior notam illam legem, a primo vocabulo dictam *Dominico* [s], promulgabat, qua non tantum populum a celebrandis ludis die dominico, sed reliquis etiam natalis *CHRISTI*, epiphaniorum, paschæ & pentecostes sollemnitatibus, cohibebat, omnibusque iudæis pariter & gentilibus præcipiebat, vt hasce dies reuererentur, facientes discrimen inter dies supplicationum & dies voluptatum. Atque hæc stata & firma lex imperii *Romani* euasit.

§. V.

Omne ieiunium hac die in ipsa etiam quadragesima interdictum.

NOTANDVM autem hoc loco est, eiusmodi recreationes & relaxationes animi, quæ solum ad conseruationem & commoditatem vitæ hominum conferebant, aut quodammodo ad cultum Dei decentius perfectiusque peragendum spectabant, nullo modo in oblectamentorum & deliciarum, die do-

(q) Concil. Carthag. III. c. XI. Vt filii episcoporum vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem a spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim christianis hoc interdictum est, vt, vbi blasphemi sunt, non accedant.

(r) Cod. Theod. lib. XVI. tit. X. de paganis. leg. XVII. Vt profanos ritus iam salubri lege submonuimus, ita festos conuentus ciuium & communem omnium lætitiam non patimur submoueri. Vnde absque vlla superstitione damnabili, exhibere populo voluptates, secundum veterem consuetudinem: Inire etiam festa conuiuia, si quando exigunt publica vota, decernimus.

(s) Cod. Theod. lib. XV. tit. XV. de spectaculis leg. V. cit. supr. ad litt. (z) p. 31.

mini-

minico prohibitarum, censu esse habendas. Hinc licet vetus ecclesia stata & sollemnia ieiunia sua studiose obseruaret, nullum tamen ieiunium die dominico agi permittebat, ne in ipso quidem quadragesimali ieiunio, a quo dies sabbati & dies dominicus generatim excipiebantur, diesque communis recreationis & gaudii erant. TERTVLLIANVS [t] in genere ait, quod christiani ieiunium die dominico nefas duxerint. Et in specie de *Montanistis* [u] obseruat, quod licet seuerius quam alii ieiunia sua obseruarint, sabbatis tamen & diebus dominicis per integrum annum ea omiserint. AMBROSIVS [x] nec in ipsa quadragesima sabbatis & dominicis diebus ieiunari adfirmat: Damnat autem *Manichaeos*, quod die dominico ieiunent, quia id sit in resurrectionem Christi non credere [y]; quod ab AVGVSTINO [z] etiam notatur. Et LEO episcopus *Romanus* [a] *Priscillianistas* ob eamdem consuetudinem damnat. Con-

(t) Tertul'. de coron. milit. cap. III. Die dominico ieiunium nefas ducimus.

(u) Id. de ieiun. c. XV. Quantula est enim apud nos interdictio c borum? duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet sabbatis & dominicis, offerimus Deo, abstinentes ab eis, quae non reiicimus, sed differimus.

(x) Ambros. de Elia & ieiun. c. X. Quadragesima totis praeter sabbatum & dominicam ieiunatur diebus.

(y) Id. epist. LXXXIII. (In edit. Paris. MDXLII. enarratio de pasch. celebr. rat. tom. IV. p. 305. e.) Die dominica ieiunare non possumus, quia Manichaeos etiam ob istius diei ieiunia damnamus. Hoc est enim in resurrectionem Christi non credere, cetera.

(z) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casulan. tot. inprimis sub fin. p. 391. edit. Basil. MDLXIX. Nunc vero postea quam haeretici, maxime impiissimi Manichaei, ieiunia diei dominici non aliqua necessitate occurrente peragere, sed quasi sacra sollemnitate statuta dogmatizare coeperunt, & innotuerunt populis christianis, profecto nec tali necessitate, qualem apostolus habuit (actor. XX.) existimo faciendum esse, quod fecit: ne maius malum incurratur in scandalo, quam bonum percipiatur ex verbo, cetera.

(a) Leo epist. XCIII. ad Turribium c. IV. Quarto capitulo continetur, quod natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est & habitauit in nobis, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, ieiunantes eodem die, sicut & die dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod vtique ideo faciunt, quia Christum dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt, quae vera non fuerint; sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Ma-

 cili-

cilium *Carthaginense* quartum [*b*] cum haud catholicum habendum esse decernit, qui hoc die studiose ieiunet. Concilium *Bracarense* [*c*] primum hoc nomine speciatim in *Cerdonianos*, *Marcionitas*, *Priscillianistas* & *Manichæos* anathema pronuntiat. Et sunt generaliora anathemata in canonibus *apostolicis* [*d*], in concilio *Gangrensi* [*e*], concilio *Cæsaraugustano* & *Agathensi* [*f*], & concilio *Trullano* [*g*] contra eos, qui sub quocumque obtentu di-

nichæis per omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque conuicti sunt, dominicum diem, quem nobis saluatoris nostri resurrectio consecrauit, exigunt in mœrore ieiunii; solis (vt proditum est) reuerentiæ hanc continentiam deuouentes, vt per omnia sint a nostræ fidei vnitate discordes, & dies, quæ a nobis in lætitia habetur, ab illis in adflictione ducatur. Vnde dignum est, vt inimici crucis Christi & resurrectionis talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam.

(*b*) Concil. Carthag. IV. c. LXIV. Qui dominico die studiose ieiunat, non credatur catholicus.

(*c*) Concil. Bracar. I. c. IV. Si quis natalem Christi secundum carnem non bene honorat, sed honorare se simulat, ieiunans eodem die, & in dominico; quia Christum in vera hominis natura natum esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priscillianus, anathema sit.

(*d*) Can. apostol. c. LXIV. Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, νηστεύων, καθαιρείσθω· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω. *Si quis clericus inuentus fuerit die dominica ieiunans, vel sabbato, præter vnum solum; deponatur, si vero laicus sit, segregetur.*

(*e*) Concil. Gangrens. c. XIIX. Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ κυριακῇ νηστεύοι, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis propter eam, quæ existimatur, exercitationem in dominico ieiunet, sit anathema.*

(*f*) Concil. Cæsaraugust. c. II. Ne quis ieiunet die dominico, caussa temporis, aut persuasionis, aut superstitionis.
Concil. Agath. can. XII. Placuit, vt omnes ecclesiæ filii, exceptis diebus dominicis in quadragesima, etiam die sabbato, sacerdotali ordinatione & districtionis comminatione ieiunent.

(*g*) Concil. Trullan. c. LV. Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ἐν ταῖς ἁγίαις τῆς τεσσαρακοστῆς νηστείαις τοῖς ταύτης σάββασι νηστεύειν, παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἀπαρασαλεύτως τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ νηστεύων ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. *Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis quadragesimæ ieiuniis, in eius sabbatis ieiunare, præter ecclesiasticam traditam obseruationem: sanctæ synodo visum est, vt in Romanorum quoque ecclesia inconcusse vires habeat canon, qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit in sancto die dominico vel sabbato ieiunare, præter vnum & solum, deponatur: sin autem laicus, segregetur.*

em

em dominicum diem ieiunii facere aufi fuerint; quod ne illis quidem licebat, qui vitam agebant afceticam, fi non in perverfæ cuiufdam & heterodoxæ opinionis venire vellent fufpicionem. Vnde EPIPHANIVS [*b*] obferuat, veri nominis afcetas in ecclefia nullis diebus dominicis adeoque nec ipfius quidem quadragefimæ, ieiunare folere, quia id fit confuetudini ecclefiæ catholicæ contrarium. Similem obferuationem CASSIANVS [*i*] habet de omnibus monachis *Orientis*, quod per totas anni feptimanas iugiter quinis diebus ieiunent, hebdomade autem & ogdoade, id eft, die feptimo & octauo (ita fabbatum & diem dominicum appellat) femper abftineant a ieiunio eofque feftos agant. Neque concilium *Gangrenfe Euftathianis* permittere volebat, vt die dominico tamquam afcetæ

(*b*) Epiphan. expofit. fidei §. XXII. *προαιρέσει ἀγαθῇ οἱ αὐτῆς ἀσκηταὶ διαπαντὸς, χωρὶς κυριακῆς καὶ πεντακοστῆς, νηστεύουσι, καὶ ἀγρυπνίας διαπαντὸς ἐπιτελοῦσι· τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας τρυφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ συνάξεις ἀφ' ἕωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει· ἀνακόλουθον γάρ ἐστιν ἐν κυριακῇ νηστεύειν· τὴν δὲ τεσσαρακοστὴν τὴν πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦ ἁγίου πάσχα ὡσαύτως φυλάττειν εἴωθεν ἡ αὐτὴ ἐκκλησία, ἐν νηστείαις διατελοῦσα· τὰς δὲ κυριακὰς οὐδ' ὅλως, οὔτε ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρακοστῇ. Qui pietati ftudent, egregia quadam ac laudabili voluntate perpetuo, folis dominicis ac pentecoftes diebus exceptis, ieiunia fibi ac vigilias imponunt. Nam dominicas omnes feftas hilarefque catholica effe fanxit ecclefia. Ac follemnes conuentus matutinis horis indicit, nec vlla ieiunia celebrat. Abfurdum enim eft ieiunare dominico die. Ceterum ante feptem pafchatis dies quadragefimam obferuare, atque in ieiuniis perfeuerare eadem confueuit ecclefia: dominicis vero nullis omnino, adeoque nec ipfius quidem quadragefimæ, ieiunare folet.* Vid. Hieron. epift. XXVIII. Nec hoc dico, quod dominicis diebus ieiunandum putem & contextas quinquaginta diebus ferias auferam, cetera.

(*i*) Caffian. inftitut. lib. III. c. IX. Ideoque & abfolutio ieiunii poft vigiliarum laborem, totidem apoftolicis viris in die fabbati ftatuta, non immerito præfumitur per vniuerfas Orientis ecclefias fecundum illam quoque ecclefiaftes fententiam, quamlibet habet & alium myfticum fenfum, tamen ab hoc quoque non abhorret: quo vtrique dici, id eft hebdomadi pariter & ogdoadi, eamdem partem follemnitatis impartire præcipimur, ita dicentis. Da partem, his feptem & quidem his octo. Non enim ad communionem feftiuitatis iudaicæ abfolutio illa ieiunii reputanda eft, his præfertim, qui ab omni iudaica fuperftitione alieni monftrantur, fed ad refectionem, quam diximus, laffi corporis pertinere, quod per *totas anni feptimanas iugiter quinis diebus* ieiunans, nifi duobus faltem interpofitis refocillatum fuerit, facile laffafcit ac deficit.

ieiunarent, pœnam anathematis denuntians id facere audentibus.

RATIONEM huius obſeruationis idem CASSIANVS [*k*] narrat fuiſſe reuerentiam reſurrectionis dominicæ, quam ſemper lætabundi commemorarint, neque adeo hoc die ieiunarint, neque per integros quinquaginta dies a paſchate ad pentecoſten, qui omnes in reſurrectionis ſeruatoris noſtri memoriam feſti agitati fuerint. Idem illud adfirmat auctor *conſtitutionum*, *Omni ſabbato*, inquiens [*l*], *præter vnum* (magnum ſcilicet ſabbatum ante paſcha) *atque in omni dominica lætos conuentus celebrate: Erit autem reus peccati, qui per dominicam, vtpote diem reſurrectionis, ieiunauerit, aut qui pentecoſten vel quemlibet feſtum diem triſtitia funeſtauerit, tunc enim lætari oportet, non autem lugere.* Sic iterum [*m*]: *Sabbatum & dominicum, feſtos dies habete: quia illud quidem creationis recordatio eſt, hic vero reſurrectionis.* Similiter PETRVS epiſcopus *Alexandrinus* [*n*]: *Diem dominicum lætitiæ diem agimus propter eum, qui in eo reſurrexit.* Et COTELERIVS [*o*] fragmentum aliquod adlegat THEOPHILI, epiſcopi *Alexandrini*, in eamdem ſententiam: *Et morum & officii ratio a nobis poſtulat, vt omnem diem dominicum honoremus eumque feſtum habeamus; quum in eo dominus noſter Ieſus Chriſtus reſurrectionem ex mortuis nobis procurauerit.* Verum tamen hæc regula non ita ſtricte obligabat, quin, ſi neceſſitas requireret, nec eſſet hæreticæ prauitatis ſuſpicio vel contemtus, hoc die quiſpiam ieiunare poſſet: quomodo HIERO-

(*k*) Caſſian. collat. XXI. c. XX. Per omnia eamdem in illis (L. diebus) ſollemnitatem, quam die dominica, cuſtodimus, in qua maiores noſtri nec ieiunium agendum, nec genu eſſe flectendum, ob reuerentiam reſurrectionis dominicæ tradiderunt.

(*l*) Conſtitut. lib. V. c. XX. *πᾶν μέν τοι σάββατον ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε· ἔνοχος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν, ἢ τὴν πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέρας ἑορτῆς κυρίου κατηφῶν· εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι.*

(*m*) Conſtit. lib. VII. c. XXIII. *τὸ σάββατον μέν τοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ ἀναστάσεως.*

(*n*) Petr. Alexandr. can. XV. *κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ.*

(*o*) Coteler. not. in conſtitut. lib. V. c. XX. p. 328. *Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπρυτάνευσεν.*

RONYMVS [p] *Paulum* apoſtolum aliquando feciſſe obſeruat, nec non celebrem illum monachum, qui per quadraginta annos numquam cibum ſumſerit, niſi poſt occaſum ſolis; & CELERINVS confeſſor apud CYPRIANVM, loquens de ſororis ſuæ lapſu in idololatriam, tempore perſecutionis, ait [q]: *Pro cuius factis ego in lætitia paſchæ flens die & nocte, in cilicio & cinere lacrimabundus dies exegi.* Sed tales exceptiones, quales hæ, non derogabant vniuerſali conſuetudini, quæ per omnem eccleſiam inualuerat exacteque obſeruabatur.

§. VI.

Et omnes preces a ſtantibus hoc die factæ in memoriam reſurrectionis domini ac ſeruatoris noſtri.

ALIA conſuetudo, tamquam vniuerſaliter recepta, erat, vt die dominico in reſurrectionis dominicæ memoriam ſemper ſtantes precarentur, numquam flectentes genua. Et vix vllam exceptionem hac in re inuenias, niſi in tractatione pœnitentium, ſub publica diſciplina conſtitutorum, quos canones [r] ipſis etiam diebus remiſſionis genua iubent flectere. Sed ſi ab his diſceſſeris, vniuerſalis mos fidelium ſiue communicantium erat, ſtando orare. Pro qua re concordans habemus teſtimonium IRENAEI, TERTVLLIANI, CLEMENTIS ALEXANDRINI, CYPRIANI, concilii *Nicæni*, HILARII, BASILII, EPIPHANII, HIERONYMI, AVGVSTINI, CASSIANI, auctoris *quæſtionum* ſub nomine IVSTINI MARTYRIS, MARTINI BRACARENSIS, concilii *Trullani* & concilii *Turonenſis*, tempore *Caroli magni* habiti. Quæ teſtimonia omnia recitandi occaſionem habuimus ſupra [*], adeoque eorum repetitionem hoc loco omittimus; obſeruantes tantum ex duobus poſterioribus eorum, hancce conſuetudinem non ſolum fuiſſe generalem, ſed diu etiam duraſſe in eccleſia; quando autem vel

(p) Hieron. epiſt. XXVIII. ad Lucinium Bæticum. Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, quod in actibus apoſtolorum, diebus pentecoſtes & die dominico apoſtolum Paulum & cum eo credentes feciſſe legimus.

(q) Celerin. epiſt. XXI. apud Cyprianum.

(r) Concil. Carthagin. IV. c. LXXXII. Pœnitentes etiam diebus remiſſionis genua flectant.

(*) Lib. XIII. c. VIII. §. III. vol. V. p. 253 - 257.

quomodo mutari vel aboleri cœpta ſit, non facile ad determinandum eſſe exiſtimo.

§. VII.

Magna cura & ſtudium a priſcis chriſtianis in religioſa diei dominicæ obſeruatione poſitum. Hoc demonſtratur 1. Ex eo, quod omnibus publici cultus ſollemnitatibus conſtanter & adſidue vacarunt.

QVOD vltimo loco in hac materia notari meretur, magna cura eſt & ſtudium, a priſcis chriſtianis in religioſa diei dominicæ obſeruatione poſitum. Cuius rei diuerſa nobis illi reliquerunt argumenta. Primum in eo, quod libenter & adſidue omnibus officiis & ſollemnitatibus publici cultus Dei vacarunt. Non tantum ab operibus manuum & negotiis ſæcularibus ſe abſtinebant, ſed diem quiſque talibus conſumebant occupationibus, quæ ad amplificandam gloriam domini, cuius honori dies ille dicatus erat, faciebant: Hoc eſt, celebratione religioſorum conuentuum ad peragendas diuerſas diuini cultus partes, nimirum pſalmodiam, ſcripturarum lectionem, verbi diuini prædicationem, preces & ſacræ euchariſtiæ perceptionem, quæ omnia in huius diei officio ſemper fiebant. Et tantus quidem religioſorum iſtorum hominum ardor erat, vt nihil niſi morbus, vel magna quædam neceſſitas, vel carcer, vel exilium ab hocce cultu abſtrahere eos poſſet; & tum quoque dabatur opera, vt præcipua eius pars, communio, ipſis adminiſtraretur per manus diaconorum, qui eam ad illos, qui ægrotarent, vel in carcere eſſent, deferebant, vt, quoad eius fieri poſſet, cum publica congregatione adhuc communicarent. Manifeſtum hoc eſt ex iis, quæ de ratione peragendi ſacra narrat IVSTINVS MARTYR [s]: *Solis*, inquiens, *qui dicitur, die omnium, qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eumdem locum conuentus ſit: & commentaria apoſtolorum, aut ſcripta prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente, præſidens orationem, qua populum inſtruit & ad imitationem tam pulchrarum rerum cohor-*

(s) Iuſtin. apol. II. p. 93. τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ· εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν

cohortatur, habet. Sub hac consurgimus communiter omnes, & precationes profundimus: & precibus peractis panis offertur & vinum & aqua: & praepositus itidem, quantum pro virili sua potest, preces & gratiarum actiones fundit, & populus fauste adclamat, dicens, Amen. Et distributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiae sunt actae, cuique praesenti: absentibus autem per diaconos mittitur. Ex hac narratione apparet, christianos omnes, quoad fieri potuerit, in publico Dei cultu die dominica sese coniunxisse, maxime in recipienda communione, a qua nec absentes exemti fuerint, si quam recipiendi eam haberent opportunitatem.

§. VIII.

2. Ex eorum zelo in frequentandis religiosis conuentibus, ipsis persecutionis temporibus.

NEQVE vlla periculi formido ipsis difficillimis persecutionis temporibus zelum eorum pro cultu publico in die dominica supprimere poterat. Quando enim interdiu ad colendum Deum sine vitae periculo coire non poterant, nocturnos vel antelucanos hanc in rem conuentus celebrabant. Quod ex PLINII [t] de illis narratione patet, quod soliti sint stato die conuenire ante lucem carmenque Christo dicere. Ita TERTVLLIANVS [u], quum nonnulli metuentes, ne a militibus detegerentur, ex eo quaerebant: *Quomodo colligemus, quomodo dominica sollemnia celebrabimus?* respondebat: *Vtique quomodo apostoli, fide non pecunia tuti. Quae fides si montem transferre potest, multo magis militem.* Et paucis interiectis, addit: *Si colligere interdiu non potes, habes noctem luce Christi luminosi aduersus eam.* Idem auctor [x] gentilibus, qui christianis infanticidium in conuentibus suis malitiose obiectabant, scribit: *Quotidie obsidemur, quotidie prodimur, in ipsis plurimum coetibus & congregationibus*

καλῶν τȣ́των μιμήσεως ποιεῖται· ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν. καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς ȣ̓ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται.

(*t*) Plin. lib. X. epist. XCVII. vid. c. II. §. I. sub litt. (b) pag. 14.

(*u*) Tertull. de fuga c. XIV.

(*x*) Tertull. apolog. c. VII.

nostris

noſtris opprimimur. Quis vmquam taliter vagienti infanti ſuperuenit? Quis cruenta, vt inuenerat, Cyclopum & Sirenum ora iudici reſerauit. Immo vero crudeliter nonnumquam interficiebantur in congregationibus ſuis, legibus conuentus eorum ſub appellatione *hetæriarum* prohibentibus, areaſque illis ſuas, ſiue loca adorationis, tamquam illicita & clandeſtina concilia, vbi non niſi ad proditionem & rebellionem aduerſus imperium conueniretur, negantibus. LACTANTIVS [y] & EVSEBIVS [z] narrant, præſidem quemdam gentilem in *Phrygia* vniuerſum populum cum ipſo pariter conuenticulo, ſiue templo, in quo ad colendum Deum congregati fuerint, concremaſſe. Leges autem [a], conuentus eorum prohibentes, PLINIO & chriſtianis ſcriptoribus memorantur. Vt adeo his difficilibus temporibus chriſtiani non potuerint coire ad colendum Deum, niſi cum vitæ periculo: Neque tamen inde iuſtam & idoneam excuſationem, quo minus coirent, ſe habere exiſtimabant, ſed continuo ad celebrandam diem dominicam, omni periculo & interdicto gentilium ſuſque deque habito, inter ſe conueniebant.

(y) Lactant. lib. V. c. XI. Aliqui ad occidendum præcipites extiterunt, ſicut vnus in Phrygia, qui vniuerſum populum cum ipſo pariter conuenticulo concremauit.

(z) Euſeb. lib. VIII. c. XI. Ἤδη γοῦν ὅλην χριστιανῶν πολίχνην αὔτανδρον ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν ἐν κύκλῳ περιβαλόντες ὁπλῖται, πυρὶ ὑφάψαντες, κατέφλεξαν αὐτοὺς ἅμα νηπίοις καὶ γυναιξὶ, τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν χριστὸν ἐπιβοωμένους. *Certe vrbem quamdam chriſtianorum in Phrygia milites armati obſidione cinxerunt; iniectoque igne totam vna cum viris & mulieribus ac paruulis Chriſtum omnium Deum inuocantibus concremarunt.*

(a) Plin. libr. X. epiſt. XCVII. - - quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſuſque coëundi ad capiendum cibum, promiſcuum, tamen & innoxium: quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum meam, quo ſecundum laudata tua *hetærias* eſſe vetueram.

Tertull. ad Scapul. c. III. Doleamus neceſſe eſt, quod nulla ciuitas impune latura ſit ſanguinis noſtri effuſionem. Sicut & ſub Hilario præſide, quum de areis ſepulturarum acclamaſſent: *Areæ non ſint;* areæ ipſorum non fuerunt; meſſes enim ſuas non egerunt, cetera.

Euſeb. lib. X. c. II. πρῶτον μὲν εἴργειν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως πειρᾶται. *Primum quidem noſtros a conuentibus, qui in cœmiteriis fieri ſolebant, neſcio quo prætextu, arcere adgreſſus eſt.*

§. IX.

§. IX.

3. Ex ſtudioſa vigiliarum ſiue congregationum nocturnarum, diem dominicum antecedentium, obſeruantia.

ALIVD zeli eorum exemplum oſtendebatur in ſtudioſa longarum vigiliarum, ſiue nocturnarum congregationum, diem dominicam antecedentium, obſeruantia. Quamquam enim hæ ipſæ perſecutionis demum temporibus agi cœptæ ſunt, eas tamen, tamquam vtile pietatis exercitium, continuabant, perſecutionibus iam finitis. Neque, qui ſummo loco nati erant, eas frequentare alioſque ſuo exemplo ad illas excitare recuſabant, quemadmodum SIDONIVS APOLLINARIS [b] nominatim de *Theodorico* rege *Gothorum* narrat, quod antelucanos ſacerdotum ſuorum (ſecta enim *Arianus* erat) cœtus minimo comitatu expetierit. Quod ille faciebat ad ornandam & amplificandam cauſſam *Arianorum*, qui communiter hiſce in ſacris zelo certabant cum catholicis. Vnde factum, vt catholici, tam clerici quam laici, principes æque ac populi maiorem curam ſtudiumque pro hac ſpecialiore magnum officium diei dominici introducendi ratione teſtarentur; quemadmodum libro quodam anteriore [*] pluribus oſtendimus. Quod hoc loco porro obſeruare habemus, eſt, quod licet hoc matutinum officium longius duraret (communiter enim in pſalmodia, hymnis & precibus, a media nocte ad lucem vſque, continuabatur) magna tamen cum alacritate & adſiduitate generatim ab omnium ordinum hominibus frequentatum fuerit, qui ſponte ſua, ſine vlla ipſis impoſita neceſſitate, eo ſe recipiebant. Et hoc ipſum aliud magni zeli eorum in religioſa diei dominici obſeruatione documentum erat.

§. X.

4. Ex eo, quod multis in locis bis hoc die publicos ſermones audierunt.

DIGNVM quoque notatu eſt, quod multis in locis, maxi-

(b) Sidon. lib. I. epiſt. II. Antelucanos ſacerdotum ſacrorum cœtus minimo comitatu expetit: grandi ſedulitate veneratur; quamquam (ſi ſermo ſecretus) poſſis animo aduertere, quod ſeruet iſtam pro conſuetudine potius, quam pro religione reuerentiam.

(*) Lib. XIII. cap. IX. §. IV. vol. V. p. 298 ſeqq. Et cap. X. §. XI. XII. p. 329 ſqq.

me in ciuitatibus & maioribus ecclesiis, duos hoc die sermones communiter habuerint, hominesque ad vespertinum æque ac matutinum sermonem confluxerint. CHRYSOSTOMVS [c] aliquoties populi *Antiocheni* studium hac in re laudat. Et sunt varia loca in AVGVSTINO, BASILIO, THEODORETO & GAVDENTIO, quæ manifesto ad eamdem consuetudinem respiciunt: de quibus hic nihil amplius dico, quod ea plenius exhibui, quando de antiqua ratione concionandi alio loco [d] verba feci.

§. XI.

5. Ex eo, quod precibus vespertinis, vbi nullus sermo recitabatur, sedulo interfuerunt.

IN illis ecclesiis, quæ non habebant sermonem vespertinum, commune tamen precum vespertinarum officium erat: hominesque generatim eis, tamquam necessariæ cultus publici parti in die dominico, interesse se debere putabant. Nonnulli quidem in priscis illis sæculis huic sese instituto opponebant, quorum CHRYSOSTOMVS [e] in homilia quadam sua mentionem facit eosque acriter reprehendit; *Cur*, (inquiebant illi), *ingredimur ecclesiam, si non audimus aliquem verba facientem?* Quibus respondens CHRYSOSTOMVS, *Hoc*, aiebat, *omnia perdidit & corrupit. Quid enim opus est aliquo, qui verba faciat, & sermonem habeat? Ex nostra socordia hoc vsu venit. Quid enim opus est sermone? Omnia sunt dilucida & recta, quæ sunt in diuinis scripturis; manifesta sunt, quæcumque sunt necessaria. Sed quoniam estis auditores delectationis, propterea hæc etiam quæritis. Nam dic, quæso, quo orationis fastu dicebat PAVLVS? Sed tamen conuertit orbem terræ. Quonam autem PETRVS, qui erat illiteratus? At nescio, inquit, quæ sita sunt in scripturis.*

(c) Chrysostom. homil. X. ad popul. Antiochen. p. 132. (p. 116. fin. edit. Francof.) Vid. lib. XIV. c. IV. §. VIII. vol. V. sub litt. (q p. 133.

(d) Lib. XIV. cap. IV. §. VIII. vol. V. p. 133 - 136.

(e) Chrysostom. homil. III. in 2 ad Thessal. p. 1502. (p. 381. edit. Francof.) Τί εἰσέρχομαι, φησιν, εἰ μὴ ἀκούω τινὸς ὁμιλοῦντος; τοῦτο πάντα ἀπόλωλε καὶ διέφθειρε· τί γὰρ χρεία ὁμιλίας; ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας αὕτη ἡ χρεία γέγονε· διὰ τί γὰρ ὁμιλίας χρεία; πάντα σαφῆ καὶ εὐθέα τὰ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς· πάντα τὰ ἀναγκαῖα δῆλα· ἀλλ' ἐπειδὴ τέρψεώς ἐστε ἀκροαταί, διὰ τοῦτο καὶ ταῦτα ζητεῖτε· εἰπὲ γάρ μοι, ποίῳ κόμπῳ λόγου Παῦλος ἔλεγεν; ἀλλ' ὅμως τὴν οἰκουμένην ἐπέστρεψε· ποίῳ δὲ Πέτρος ὁ ἀγράμματος; ἀλλ' οὐκ οἶδα, φησι, τὰ ἐν

pturis. Quare? Num enim Hebraica, num Romana, num alia lingua dicta sunt? Annon Græce dicuntur? Sed obſcure, inquit. Quænam ea obſcuritas, dic quæſo. Annon ſunt hiſtoriæ? Noſtine, quæ ſunt clara & dilucida, vt de iis, quæ ſunt obſcura, perconteris? Hiſtoriæ innumerabiles ſunt in ſcripturis. Dic mihi vnam ex illis; ſed non dicis. Prætextus hæc ſunt & verba: Licet, inquit, eadem audire quotidie. Quid vero, dic quæſo, in theatris non eadem audis? In ſtadiis & equorum curriculis non eadem vides? Res autem omnes nonne ſunt eædem? Non idem ſol ſemper oritur? Non iiſdem vtimur alimentis? Vnde tandem concludit: *Sunt hæc verba ſocordiæ & prætextus ſceptici.* Sic iterum, quando nonnulli excuſati ab hiſce precibus eccleſiæ haberi volebant, hanc friuolam prætexentes cauſſam, quod orare vel domi poſſent, ſed ſermonem audire non niſi in eccleſia poſſent, adeoque ad audiendum ſermonem, non ad faciendas preces, in eccleſiam venire ſe velle dictitabant: In hunc modum eleganter eis reſpondet [f]: *Te homo decipis & magno in errore verſaris. Nam etſi domi quoque datur orandi facultas, tamen fieri non poteſt, vt domi tam bene ores, quam in eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor felici ſocietate excitus ad Deum immortalem refertur. Non pariter exoras, quum ſolus dominum obſecras, atque tuis cum fratribus. Etenim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, conſpiratio, copula amoris & caritatis, ſacerdotum preces. Præſunt enim ob eam rem ſa-*

ταῖς θείαις γραφαῖς κείμενα· διὰ τί οὐκ οἶδας; μὴ γὰρ ἑβραϊστί; μὴ γὰρ ῥωμαϊστί; μὴ γὰρ ἑτερογλώσσως εἴρηται; οὐχὶ ἑλληνιστὶ λέγεται; ἀλλ᾽ ἀσαφῶς, φησι· ποῖον ἀσαφὲς, εἰπέ μοι; οὐχὶ ἱστορίαι εἰσι; τὰ γὰρ σαφῆ οἶδας, ἵνα περὶ τῶν ἀσαφῶν ἐρωτήσῃς· μυρίαι ἱστορίαι εἰσὶν ἐν ταῖς γραφαῖς· εἰπέ μοι μίαν ἐξ ἐκείνων ἀλλ᾽ οὐκ ἐρεῖς· πρόφασις ταῦτα καὶ λόγοι· καθ᾽ ἡμέραν, φησι, τὰ αὐτὰ ἐστιν ἀκούειν· τί δὲ, εἰπέ μοι, ἐν τοῖς θεάτροις οὐ τὰ αὐτὰ ἀκούεις; ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις οὐ τὰ αὐτὰ ὁρᾷς; τὰ δὲ πράγματα πάντα οὐ τὰ αὐτά ἐστιν; ὁ δὲ ἥλιος οὐχ ὁ αὐτὸς ἀεὶ ἀνατέλλει; τροφαῖς δὲ οὐ ταῖς αὐταῖς χρώμεθα; --- πάντοθεν ῥᾳθυμίας καὶ σκήψεως τὰ ῥήματα.

(f) Chryſoſt. homil. III. de incomprehenſibili Dei natura tom. I. p. 363. (p. 321. edit. Francof.) εὔξασθαί φησι καὶ ἐπὶ τῆς οἰκίας δύναμαι, ὁμιλίας δὲ ἀκοῦσαι καὶ διδασκαλίας οὐ δυνατὸν ἐπὶ τῆς οἰκίας· ἀπατᾷς σαυτὸν, ἄνθρωπε· εὔξασθαι μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκίας δυνατὸν, οὕτω δὲ εὔξασθαι, ὡς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἀδύνατον, ὅπου πατέρων πλῆθος τοσοῦτον, ὅπου βοὴ πρὸς τὸν θεὸν ὁμοθυμαδὸν ἀναπέμπεται· οὐχ οὕτως ἀκούῃ, καθ᾽ ἑαυτὸν τὸν δεσπότην παρακαλῶν, ὡς μετὰ τῶν ἀδελφῶν τῶν σῶν· ἐνταῦθα γάρ ἐστί τι πλέον, οἷον ἡ ὁμόνοια καὶ συμφωνία, καὶ τῆς ἀγάπης ὁ σύνδεσμος, καὶ αἱ τῶν ἱερέων εὐχαί· διὰ γὰρ τοῦτο οἱ ἱερεῖς προεστήκασιν, ἵνα καὶ

cerdo-

cerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cælum euehantur. Alio loco, reſpondens eidem vulgari hominum excuſationi, quod domi orare poſſent, ait [g]: *Potes quidem orare domi, ſed tantam virtutem non habet oratio, quam vbi cum propriis membris fit, quam quum totum corpus eccleſiæ vnanimiter & vna voce preces fundit, ſacerdotibus præſentibus ac verba communis cœtus offerentibus.* Hæc opinio erat, quam vir ille ſanctus de publicis precibus in die dominico fouebat, etiamſi nullus ibi haberetur ſermo; & hæc methodus, qua vtebatur ad commonſtrandum hominibus officium ſuum eccleſiam propter publicas preces frequentandi, quas ſi homines frequentandi haberent opportunitatem, ſemper præferendas eſſe deuotioni priuatæ, oſtendebat. Vtraſque ſimul conſiſtere poſſe, & vtraſque fieri tamquam accommodata diei dominicæ exercitia. Alteras autem alteras non debere extrudere, vel allegari tamquam idoneam fugæ publici cultus Dei excuſationem. Qui hanc materiam fuſius tractatam videre geſtit, is reſpiciat ad librum quemdam antecedentem, vbi de vnitate eccleſiaſtica [*] loquuti ſumus, hominumque officium conſeruandi vnitatem cultus Dei, in coniungendo ſe cum precibus eccleſiæ & adminiſtratione verbi ac ſacramentorum, conſiderauimus pluribus.

§. XII.

6. *Ex pœnis inflictis illis, qui leges de religioſa diei dominicæ obſeruatione violaſſent.*

VNVM tantummodo exemplum magni ſtudii ac zeli eorum pro religioſa diei dominicæ obſeruatione adhuc adferam, quod eſt cura eccleſiæ in faciendis pluribus bonis legibus diſciplinæ ad puniendum eos, qui notabili quodam modo obſer-

αἱ τοῦ πλήθους εὐχαὶ ἀσθενέστεραι οὖσαι, τῶν δυνατωτέρων τούτων ἐπιλαβόμεναι, ὁμοῦ συναπέλθωσιν αὐταῖς εἰς τὸν οὐρανόν.

(g) Chryſoſt. hom. II. de obſcurit. prophet. tom. III. p. 946. (p. 821. ed. Francof.) δύνατον μὲν εὔξασθαι [ἐν οἰκίᾳ] οὐ ταύτην δὲ δύναμιν ἔχει ἡ εὐχὴ, ὡς ὅταν μετὰ τῶν μελῶν τῶν οἰκείων γίνηται, ὡς ὅταν ὁλόκληρον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας ὁμοθυμαδὸν ἀναπέμπῃ τὴν δέησιν μιᾷ φωνῇ, ἱερέων παρόντων καὶ τὰς εὐχὰς τοῦ κοινοῦ πλήθους ἀναφερόντων.

(*) Lib. XVI. cap. I. §. V. vol. VII. p. 18. ſeqq.

vati-

vationem eius violaſſent. Si quis per tres dominicas a publica eccleſiæ congregatione abfuiſſet, nulla iuſta cauſſa vel neceſſitate compulſus, delictum hoc erat dignum excommunicatione, quemadmodum in canonibus concilii *Illiberritani* [h], *Sardicenſis* & *Trullani* videre eſt. Si quis ad publica ſpectacula theatri vel circi hoc die vaderet, excommunicationi, ob vnam ſolam offenſam, quam ſpreta prima admonitione admiſerat, obnoxius erat, quemadmodum ex conciliis *Carthaginenſibus* [i] & CHRYSOSTOMO apparet. Si quis, ſacerdote verba faciente, de eccleſia egrederetur, ſecundum regulam concilii *Carthaginenſis* quarti [k] eidem cenſuræ & condemnationi ſubiacebat. Si quis ad eccleſiam veniret ad audiendam ſcripturarum lectionem & ſermonem, precibus autem ſeſe iungere vel euchariſtiam (quæ hiſce temporibus per ſingulas dies dominicas in vniuerſum omnibus adminiſtrabatur) recipere recuſaret, propter iſtam offenſam excommunicandus & ad ſtatum pœnitentium reducendus erat, velut inducens confuſionem in eccleſiam. Hoc ex *apoſtolicis canonibus* [*] & conciliis *Antiocheno*, *Illiberritano* & *Toletano* diſcimus. Si quis ſeparatum conuentum ageret, vel frequentaret commendaretue, inſtar hæretici vel ſchiſmatici tractandus erat, propter contemtum cultus publici in die dominica. Canones *apoſtolici* [l] iſtiuſmodi omnes excommunicant, & concilium *Gangrenſe* [m] grauiſſimam anathe-

(*h*) Concil. Illiberrit. c. XXI. Si quis in ciuitate poſitus tres dominicas ad eccleſiam non acceſſerit, pauco (al. tanto) tempore abſtineat, vt correptus eſſe videatur.
Concil. Sardic. can. XI. *μέμνηθε κ. τ. λ.* vid. lib. XVI. c. I. §. V. vol. VII. p. 21. ſub litt. (l).
Concil. Trull. can. LXXX. Vid. ibid. ſub litt. (m).

(*i*) Concil. IV. Carthag. can. LXXXVIII. Qui die ſollemni, prætermiſſo ſollemni eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula vadit excommunicetur.
Chryſoſtom. homil. VI. in Geneſ. tom. II. p. 53. (p. 45 edit. Francof.) cit. ſupr. §. IV. ſub litt. (o) pag. 35.

(*k*) Concil. Carth. IV. can. XXIV. Sacerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur.

(*) Can. apoſtol. c. VII. vid. lib. XVI. c. I. §. V. vol. VII. p. 20. ſub litt. (h). Concil. Antioch. can. II. ibid. ſub litt. (i). Concil. Illiberrit. can. XXVII. ib. ſub litt. (k). Concil. Tolet. I. c. XIII. ibid.

(*l*) Can. apoſtol. c. XXXII. ibid. ſub litt. (y) p. 19.

(*m*) Concil. Gangr. can. V. *Εἴ τις διδάσκοι, τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ εὐκαταφρόνητον εἶναι,*

 matis

matis pœnam illis infligit. Si quis diem dominicum peruerſe faceret diem eſurialem; quum hoc eſſet generali regulæ ac conſuetudini eccleſiæ contrarium, ſuſpicionemque hæreſis, *CHRISTI* reſurrectionem negantis, præberet; canones *apoſtolici* [n], concilium *Gangrenſe* [o], concilium *Carthaginenſe* quartum [p] & *Bracarenſe* primum [q] ei ſimpliciter denuntiant excommunicationem & anathema, nec pro catholico habendum eum eſſe decernunt, vt qui conſpiret cum impiis *Manichæis*, *Marcionitis*, *Priſcillianiſtis* & aliis iſtius furfuris hæreticis, qui die dominico dedita opera ieiunent, vt doctrinam de humana ſeruatoris noſtri natura & reſurrectione in ludibrium vertant. Fuſius de his rebus edifferuimus, quando de vnitate & diſciplina eccleſiæ libro quodam antecedente [*] loquuti ſumus, adeoque eas hoc loco tantum attingimus, vt oſtendamus, quantum ſtudium & operam veteres chriſtiani poſuerint in ſtabilienda obſeruatione diei dominicæ, quam reginam & maximam omnium dierum vocabant, in qua & vita noſtra exorta ſit, & in *CHRISTO* mors ſit deuicta, quemadmodum perſonatus [r] IGNATIVS in epiſtola ad *Magneſianos* id reddit, qui in hoc linguam loquitur veterum, qui hanc diem frequenter nominant

καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis docet, domum Dei eſſe contemnendam & quæ fiunt in ea congregationes, ſit anathema.* Can. VI. Εἴ τις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι, καὶ, καταφρονῶν τῆς ἐκκλησίας, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐθέλοι πράττειν, μὴ συνόντος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis præter eccleſiam vult eccleſiam habere, & contemnens eccleſiam, vult ea, quæ ſunt eccleſiæ, agere, non conuenIente presbytero de epiſcopi ſententia, ſit anathema.*

(*n*) Can. apoſtol. can. LXIV. vid. §. V. ſub litt. (d) pag. 38.

(*o*) Concil. Gangr. can. XVIII. ibid. (e).

(*p*) Concil. Carth. IV. c. LXIV. ibid. ſub litt. (b).

(*q*) Concil. Bracar. I. c. IV. ibid. ſub litt. (c).

(*) Lib. XVI. cap. I. §. V. vol. VII. p. 18. ſeqq. Et cap. VIII. §. III. ibid. pag. 373. 374.

(*r*) Pſeudo-Ignat. epiſt. ad Magneſ. §. IX. μετὰ τὸ σαββατίσαι, ἑορταζέτω πᾶς φιλόχριστος τὴν κυριακήν, τὴν ἀναστάσιμον, τὴν βασιλίδα, τὴν ὕπατον πασῶν τῶν ἡμερῶν· -- ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλε, καὶ τοῦ θανάτου γέγονε νίκη ἐν χριστῷ. *Poſt ſabbatum omnis Chriſti amator dominicum celebret diem, reſurrectioni conſecratum dominicæ, reginam & maximam omnium dierum; -- in qua & vita noſtra exorta eſt, & in Chriſto mors eſt deuicta.*

regi-

reginam dierum [s], quomodo & ſabbatum ſuum Rabbinos מלכה ſiue *reginam* nominauiſſe docet IOANNES BVXTORFIVS [t], a quibus chriſtiani id nominis mutuati ad diem dominicam, proprium chriſtianorum ſabbatum, tranſtulerunt.

LIBRI VICESIMI
CAPVT TERTIVM
DE OBSERVATIONE SABBATI, SIVE FERIAE SEPTIMAE, TAMQVAM HEBDOMADALI SOLLEMNITATE.

§. I.

Feria ſeptima hebdomadis ſiue dies ſabbati, in eccleſia Orientali *ſemper feſta habita.*

POST diem dominicam veteres chriſtiani ſtudioſe obſeruabant diem ſabbati, ſiue feriam ſeptimam hebdomadis, quæ erat vetus ſabbatum iudaicum. Alii eo die ieiunabant, gaudebant alii; omnes autem in obſeruando eo, tamquam ſollemniore religioſi cultus & adorationis die, amice conſpirabant. In eccleſia *Orientali* ille dies ſemper feſtus habebatur, vno ſolo ſabbato excepto, quod vocabatur ſabbatum magnum, inter paraſceuen & paſcha, quando ſeruator noſter mortuus iacuit in ſepulchro, quam ob cauſſam per vniuerſam eccleſiam ieiunio deputatum fuit. Verum ſi ab hoc vno ſabbato diſceſſeris, reliqua omnia feſta agitari conſueuerunt in eccleſia *Orientali*. AVGVSTINVS, licet in regione degeret, in qua ieiunio transmittebatur ſabbatum, pro contraria tamen eccleſiæ *Orientalis* conſuetudine [a] dicit teſtimonium. Scribens enim ad HIERONYMVM, *Vellem*, inquit, *me doceret benigna ſinceritas tua,*

(s) Naz. orat. XLIII. in nouam dominicam p. 703. *ἡ βασίλισσα τῶν ὡρῶν τῇ βασιλίδι τῶν ἡμερῶν πομπεύει, Regina temporum reginæ dierum pompam peragit.*

(t) Buxtorf. Synagog. iudaic. c. X. p. 246. Rabbini Sabbatum מלכה, Malchah ſiue reginam nominarunt. Iam ſi quis veſtrum regales, ante reginam illam compariturus, non indueret; quales alias cauſſa regum honorandorum quilibet induere ſoleret: per id regina talis dedecore magno adficeretur.

(a) Auguſtin. epiſt. XIX. ad Hieron. p. 29. (p. 75. edit. Baſil. MDLXIX.)

vtrum ſimulate quiſpiam ſanctus Orientalis, quum Romam venerit, ieiunet ſabbato, excepto illo die paſchatis vigiliæ? Quod ſi malum eſſe dixerimus, (ſabbato ieiunare) *non ſolum Romanam eccleſiam, ſed etiam multa ei vicina & aliquanto remotiora condemnabimus, vbi mos idem tenetur & manet. Si autem non ieiunare ſabbato malum putauerimus, tot eccleſias Orientis, multo maiorem orbis chriſtiani partem, qua temeritate criminabimur? Placetne tibi, vt medium quiddam eſſe dicamus, quod tamen acceptabile ſit ei, qui hoc non ſimulate ſed congruenti ſocietate atque obſeruantia fecerit?* Ex quibus planum perſpectumque eſt, omnes eccleſias *Orientales* & maximam orbis partem ſabbatum feſtum egiſſe. Et ſcriptores *Græci* concordes in teſtimonio ſuo ſunt. Auctor *conſtitutionum*, qui conſuetudines enarrat præcipue eccleſiæ *Orientalis*, ſæpiſſime hac de re loquitur. *Die ſabbati*, inquit [b], *& die, qua dominus reſurrexit, hoc eſt, dominica ſtudioſius ad eccleſiam occurrite, vt laudibus proſequamini Deum, qui condidit omnia per Ieſum, eumque ad nos amandauit, pati permiſit, atque ex mortuis ſuſcitauit. Qua enim expurgatione apud Deum vtetur, qui ad audiendum ſalutarem de reſurrectione ſermonem non conuenit in die dominico? in quo & tres precationes ſtando peragimus ad memoriam illius, qui in triduo reſurrexit, & in quo habentur lectio prophetarum, euangelii prædicatio, ſacrificii oblatio, & ſacri cibi donum.* Alio loco [c] ait: *CHRISTVS præcepit nobis per ipſum ſabbatum* (pridie paſchatis) *ieiunare, non quod ieiunandum ſit ſabbato, die quo a creatione eſt ceſſatum, ſed quod illo ſolo ieiunari oporteat, in quo ſcilicet creator adhuc ſub terra erat.* Et ruſus [d]: *In omni ſabbato, præter vnum, atque in omni dominica lætos conuentus celebrate.* Rur-

(b) Conſtitut. lib. II. c. LIX. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῦ σαββάτυ καὶ ἐν τῇ τῦ κυρίυ ἀναστασίμῳ, τῇ κυριακῇ, σπυδαιτέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ θεῷ, τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησῦ, καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς ἐξαποστείλαντι καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι· ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ θεῷ, ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκῦειν τῦ σωτηρίυ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγυ; ἐν ᾗ καὶ τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελῦμεν, μνήμης χάριν τῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίυ κηρυκία, καὶ θυσίας ἀναφορὰ, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά.

(c) Id. lib. V. c. XV. Παρήγγειλεν ἡμῖν αὐτὸς - - αὐτὸ νηστεῦσαι τὸ σάββατον, ὐχ ὅτι δεῖ σάββατον νηστεύειν, καταπαυσιν δημιυργίας ὑπάρχον, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τῦ δημιυργῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος.

(d) Id. lib. V. c. XX. p. 32?. πᾶν μέν τοι σάββατον, ἄνευ τῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν ἐπιτελῦντες συνόδυς, εὐφραίνεσθε.

fus

ſus alibi [*e*]: *Sabbatum & dominicum feſtos dies habete; quia illud quidem creationis recordatio eſt; hæc vero reſurrectionis. Vnum vero duntaxat ſabbatum vobis obſeruandum eſt in toto anno, illud, quo dominus ſepultus fuit; quo ieiunare decet, non autem feſtum agere. Quamdiu enim creator ſub terra degit, plus valet luctus de eo ſuſceptus, quam lætitia de creatione: quoniam creator creaturis ſuis natura ac dignitate præſtat.* Denique ſub nomine *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ita præcipit [*f*]: *Serui operentur quinque diebus: Sabbato autem & dominica vacent in eccleſia propter doctrinam pietatis. Dicimus enim ſabbatum quidem rationem habere creationis; dominicum vero reſurrectionis.* Similiter ATHANASIVS [*g*]: *In die ſabbati congregati ſumus, non quod iudaiſmi morbo laboremus: Numquam enim falſa ſabbata vel attigerimus; ſed ad ſabbatum acceſſimus, dominum ſabbati Ieſum adoraturi.* Idem dicit EPIPHANIVS [*h*]: *Quibuſdam in locis* (videlicet in eccleſiis *Orientalibus*) *ſacri conuentus & ſynaxes etiam ſabbatus indicuntur.*

§. II.

Iiſdem, quibus dies dominica, religioſis ſollemnitatibus celebrata.

ALII auctores religioſam huius diei obſeruationem deſcribunt curatius: Et, quod ad cultum publicum attinet, in rebus omnibus eam conformem faciunt diei dominicæ, quod nouum argumentum eſt, in diebus feſtis eam fuiſſe habitam.

(*e*) Lib. VII. c. XXIII. *τὸ σάββατον μέν τοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν, δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ, ἀναστάσεως· ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑορτάζειν· ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος, τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς· ὅτι ὁ δημιουργὸς τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος.*

(*f*) Lib. VIII. c. XXXIII. *Ἐγὼ Παῦλος, καὶ ἐγὼ Πέτρος διατασσόμεθα· ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν, δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως.*

(*g*) Athanaſ. homil. de ſemente. Tom. I. p. 1060. (tom. II. pag. 60. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου συνήχθημεν, οὐ νοσοῦντες ἰουδαϊσμόν· οὐ γὰρ ἐφαπτόμεθα σαββάτων ψευδῶν· παραγεγόναμεν δὲ ἐν σαββάτῳ, τὸν κύριον τοῦ σαββάτου Ἰησοῦν προσκυνήσοντες.*

(*h*) Epiphan. expoſit. fid. §. XXIV. tom. I. p. 1107. *ἔν τισι δὲ τόποις καὶ ἐν τοῖς σάββασι συνάξεις ἐπιτελοῦσιν.*

Narrant nonſolum ſcripturas, perinde ac die dominica, legi & ſermonem haberi, ſed communionem etiam adminiſtrari. Id quod diſerte adfirmatur a SOCRATE [i], CASSIANO [k], BASILIO [l], TIMOTHEO ALEXANDRINO [m], AVGVSTINO [n] & concilio *Laodiceno* [o]; quod concilium ſpeciatim interdicit, ne in quadrageſima panis euchariſticus offeratur, nec martyrum natales peragantur, niſi in ſabbato & ſolis diebus dominicis; quia reliqui dies vniuerſi dies erant ieiunio ſacri, hi vero in ipſa quadrageſima feſti & læti agebantur. Iam ſemel occaſionem habuimus [p] teſtimonia horum ſcriptorum producendi in medium, vnde ſatis eſt, hoc loco ea breuiter indicaſſe, ad oſtendendam antiquam rationem celebrandi ſabbatum in eccleſia *Orientali*.

§. III.

Certis autem reſpectibus dies dominica in veneratione ei præpoſita.

ENIMVERO obſeruandum eſt, quod, licet ſumma ſacro-

(i) Socrat. lib. V. c. XXII. lib. VI. c. VIII.

(k) Caſſian. inſtitut. lib. III. c. II.

(l) Baſil. epiſt. CCLXXXIX.

(m) Timoth. can. XIII.

(n) Auguſtin. epiſt. CXVIII.

(o) Concil. Laodic. c. XLIX. & CI.
Vid. Caſſian. inſtitut. lib. V. c. XXVI. Vidimus alium in ſolitudine commorantem, qui numquam ſe ſibi ſoli induſiſſe cibum teſtatus eſt, ſed, quum per totos quinque dies ad eius cellulam nullus e fratribus aduenisſet, refectionem iugiter diſtuliſſe, donec ſabbatorum vel dominico die deuotæ congregationis obtentu procedens ad eccleſiam, peregrinorum quempiam reperiſſet, quem exinde reducens ad cellulam conſorte eo refectionem corporis -- adſumeret.
Aſter. Amaſen. hom. V. ap. Combefiſ. auctar. tom. I. p. 78. *Καλὴ συνωρὶς τῶν δύο τούτων ἡμερῶν χριστιανοῖς καὶ φιλοπόνοις τυγχάνει, τοῦ σαββάτου, καὶ τῆς κυριακῆς λέγω, ἣν καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα ὁ χρόνος ἀνακυκλῶν περιφέρει· ὡς γὰρ μητέρες ἢ τροφοὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸν λαὸν ἀθροίζουσι, καὶ τοὺς ἱερέας παιδευτὰς προκαθέζουσι· δημαγωγοῦσι δὲ καὶ τοὺς μαθητὰς καὶ τοὺς διδασκάλους εἰς τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν.* *Præclara chriſtianis ac ſtudioſis duarum harum dierum copula ac concurſus; ſabbati, inquam ac dominicæ, quas tempus in orbe recurrens hebdomadis ſingulis reducit. Nam quaſi matres ac nutrices eccleſiæ cum populum congregant, tum ſacerdotes ad docendum conſidere faciunt; atque adeo diſcipulos pariter ac doctores ad animorum pellicunt curam ac blande impellunt.*

(p) Lib. XIII. cap. IX. §. III. vol. V. p. 283 -- 287.

rum

rum in ſabbato & die dominica eſſet eadem, in ritibus tamen & cærimoniis nonnihil diſcriminis interceſſerit, & in quibuſdam aliis reſpectibus dies dominica prælata fuerit ſabbato. *Primum* enim nullas inuenias leges, quæ homines in die ſabbati ſtando orare iubeant. Hæc enim cærimonia erat diei dominicæ peculiaris, in memoriam reſurrectionis ſeruatoris noſtri *IESV CHRISTI*. Nec *ſecundo*, vllæ leges exſtant imperiales, quæ cauſſarum actionem & dictionem hoc die prohibeant. Nec *tertio*, vllæ leges, quæ publica ſpectacula & ludos hoc die fieri vetent, vti die dominico. Nec *quarto*, vllæ leges, quæ homines a manuum opere penitus arceant. Contra ea concilium *Laodicenum* [q] canonem habet, qui chriſtianis interdicit iudaizare, ſiue otiari in ſabbato, niſi quoad ob publicum cultum neceſſe ſit: diem autem dominicam honorare in eaque otiari eos iubet tamquam chriſtianos. Quod ſi qui inuenti fuerint iudaizantes, anathema pronuntiatur contra illos. Simile præceptum auctor epiſtolæ ad *Magneſianos* [r] ſecundum hanc regulam tradit. *Non amplius ſabbatizemus*, inquit, *iudaico more, ac feriis gaudentes. Qui enim non operatur, non manducet. In ſudore enim vultus tui edes panem tuum, aiunt eloquia. Sed vnusquiſque veſtrum ſabbatizet ſpiritualiter, meditatione legis gaudens, non corporis remiſſione, opificium Dei admirans, non pridiana comedens, ac tepida bibens, & ad præſcripta ſpatia* (id eſt, limites itineris ſabbatici) *obambulans, & ſaltationibus plauſibuſque inſanis oblectans ſe.* Diuerſæ heic ſuperſtitiones & vanitates in iudaica ſabbati obſeruatione ab hoc auctore notantur: ego vero diſcrimen tantum animaduerto, quod ille facit inter chriſtianam & iudaicam rationem obſeruandi ſabbatum, quod ad opera manuum attinet. Iudæi omnino ab opere manuum abſtinebant in ſabbato; chriſtiani autem eatenus tantum, quatenus neceſſe erat ad vacandum diuino cultui in eccleſia. Et hoc ſenſu, reor,

(q) Concil. Laodic. c. XXIX. vid. cap. II. §. III. ſub litt. (x) pag. 29.

(r) Pſeudo-Ignat. ad Magneſ. n. IX. *μηκέτι οὖν σαββατίζωμεν ἰουδαϊκῶς, καὶ ἀργίαις χαίροντες· ὁ μὴ ἐργαζόμενος γὰρ, μὴ ἐσθιέτω· ἐν ἱδρῶτι γὰρ τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, φασὶ τὰ λόγια· ἀλλ᾽ ἕκαστος ὑμῶν σαββατιζέτω πνευματικῶς, μελέτῃ νόμου χαίρων, οὐ σώματος ἀνέσει, δημιουργίαν θεοῦ θαυμάζων, οὐκ ἕωλα ἐσθίων, καὶ χλιαρὰ πίνων, καὶ μεμετρημένα βαδίζων, καὶ ὀρχήσει καὶ κρότοις νοῦν οὐκ ἔχουσι χαίρων.*

in-

intelligendus est auctor *constitutionum* [s] quando ait: *Serui operentur quinque diebus: sabbato autem & dominica vacent in ecclesia propter doctrinam pietatis.* Si quis vero cum COTELERIO existimet, hunc auctorem vacationem sabbati heic æque longe extendere ac vacationem diei dominici, quia vtrumque coniungat: non repugnabo, sed dico tantum, tum eum contradicere patribus *Laodicenis*, qui in sabbato prorsus otiari vetant, vt hac in re diem dominicam anteponant, cui maior reuerentia habebatur in ecclesia christiana.

§. IV.

Cur ecclesia antiqua obseruationem iudaici sabbati continuarit.

SI quæras, cur ecclesia antiqua obseruationem sabbati iudaici continuarit, quum tamen eam temporariam tantum institutionem, solis iudæis datam, crediderit, perinde ac circumcisionem aliosque ritus typicos legis: (quod expressis verbis multi veterum, nominatim IVSTINVS MARTYR [t], IRENAEVS [u], TERTVLLIANVS [x], & EVSEBIVS [y] dicunt, vt plures taceamus.) Respondetur a viris doctis [z], quod id factum sit, vt iis, qui ex iudæis Christo nomen dedissent, sese accommodaret, vti in multis aliis indifferentibus rebus fecerit, quoad nulla necessitas doctrinalis ipsi impingeretur. „Quum enim

(s) Constitut. lib. VIII. c. XXXIII. vid. supra §. I. sub litt. (f) pag. 53.

(t) Iustin. dial. cum Tryph. p. 241. 246. tot. & passim.

(u) Iren. lib. IV. c. XXX. Quia non per hæc iustificabatur homo, sed in signo data sunt populo, ostendit, quod ipse Abraham circumcisione & sine obseruatione sabbatorum credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam & amicus Dei vocatus est.

(x) Tertull. contr. Iud. c. IV. Sequitur, vt, quatenus circumcisionis carnalis & legis veteris abolitio expuncta suis temporibus demonstratur, ita sabbati quoque obseruatio temporalis fuisse demonstretur. cetera.

(y) Euseb. lib. I. c. IV. ὔτε σώματος αὐτοῖς περιτομῆς ἔμελεν, ὅτι μὴ δὲ ἡμῖν· ὐ σαββάτων ἐπιτηρήσεως, ὅτι μὴ δὲ ἡμῖν· ἀλλ' ὐδὲ τῶν τοιῶνδε τροφῶν παραφυλακῆς, ὐδὲ τῶν ἄλλων διαστολῆς, ὅσα τοῖς μετέπειτα πρῶτος ἁπάντων μωυσῆς ἀρξάμενος ἐν συμβόλοις τελεῖσθαι παρέδωκεν, ὅτι μὴ δὲ νῦν χριστιανῶν τὰ τοιαῦτα. *Nec circumcisionem, nec sabbatum obseruare curæ illis fuit, sicut nec nobis: neque a certis cibis abstinere, & alia quædam sollicite obseruare, quæ primus omnium Moses typice agenda & custodienda posteris tradidit: sicvt neque nunc apud christianos quidquam horum geritur.*

(z) Cave, *prim. christ.* lib. I. cap. 7. p. 174. *The* Jews *being generally the first*

„iudæi

„iudæi generatim primi eſſent, qui ad fidem chriſtianam con-„vertebantur, ſingularem adhuc reuerentiam retinebant ad-„verſus inſtitutiones *Moſaicas*, maxime vero aduerſus ſabba-„tum, vtpote ab ipſo Deo in memoriam ceſſationis ab opere „creationis præſcriptum, a *Moſe* magno ipſorum magiſtro „ſtabilitum, & a maioribus eorum per tot ſæcula, tamquam „ſollemnem publici cultus Dei diem celebratum: adeoque i-„pſum omnino antiquari & abrogari ægre laturi erant. Quam „ob cauſſam prudentiæ horum temporum videbatur expedi-„re (ſicut in aliis ritibus iudaicis, ita & in hoc) ad indolem „huius populi ſeſe accommodare, ſabbatumque vt diem religi-„oſorum officiorum, publicarum videlicet precum, lectionis „ſcripturarum, prædicationis verbi diuini, celebrationis ſa-„cramentorum & ſimilium functionum, obſeruare„. Si quis autem obſeruationem eius longius protendere conaretur, dum vel doctrinalem introduceret neceſſitatem, vel obſeruationem illius vrgeret more iudaico, tum maſcule ei ſeſe oponebat, tamquam iudaiſmum inducenti in religionem chriſtianam. Vnde *Ebionæi* hæretici damnati, quod ſabbatum [*a*] ſecundum legem iudaicam obſeruarent, & ſimul dominicam chriſtianorum more ſanctificarent. Contra tales concilium *Laodicenum* [*b*] anathema pronuntiat, hoc eſt, eos, qui neceſſitatem docebant omnino otiandi cum iudæis in die ſabbati. Et hoc ſenſu capiendum eſt illud GREGORII MAGNI [*c*], quando antichriſtum

Converts to the Chriſtian Faith, they ſtill retained a mighty Reverence for the Moſaick *Inſtitutions, and eſpecially for the* Sabbath, *as that, which had been appointed by God himſelf, as the Memorial of his Reſt from the Work of Creation, ſettled by their great Maſter* Moſes, *and celebrated by their Anceſtors for ſo many Ages, as the ſolemn Day of their publick Worship, and were therefore very loth it ſchould be wholly antiquated and laid aſide. For this Reaſon it ſeemed good to the Prudenee of thoſe Times [as in other of the* Jewiſh *Rites, ſo in this] to indulge the Humour of that People, and to keep the* Sabbath *as a Day for Religious offices, viz. publick Prayers, Reading of the Scriptures, Preaching, Celebration of the Sacraments & ſuch like Duties.* Vid. edit. German. Lipſ. MDCCXXIII. 8uo p. 142. 143.

(*a*) Theodor. de fabul. hæret. lib. II. c. I. Τὸ *μὲν σάββατον κατὰ τὸν ἰȣδαίων τιμῶσι νόμον, τὴν δὲ κυριακὴν καθιερȣ̃σι παραπλησίως ἡμῶν.*

(*b*) Concil. Laodicen. c. XXIX. Vid. c. II. §. III. ſub litt. (x) pag. 29.

(*c*) Gregor. lib. XI. epiſt. III.

ſabbati obſeruantiam renouaturum eſſe dicit. Obſeruationem eius intelligat, oportet, ad conſuetudinem iudaicam; quoniam modo chriſtiano tam in *Latina* quam *Græca* eccleſia tum obſervabatur; hoc tantum cum diſcrimine, vt *Latini* in eo ieiunarent, *Græci* autem ipſum feſtum agerent.

§. V.

Cur id feſta celebritate tranſegerint in eccleſia Orientali.

Si quæras, quæ fuerit huius diſcriminis occaſio, cur eccleſia *Græca* ſabbatum feſtum egerit, *Latina* autem in eo ieiunarit? Reſpondeo, *Græci* illud receperunt, ſicut ſibi traditum inuenerunt a iudæis, quos inter ſemper feſtum erat. Præter hanc autem alia adhuc erat ratio, quæ ad hoc faciendum eos inducebat. *Marcion* enim hæreticus partem hæreſeos ſuæ faciebat, ſabbato in odium Dei iudæorum ieiunare, docens, alium eſſe Deum adorandum præter creatorem mundi, qui ſit Deus iudæorum, & propterea in ſabbato ieiunium celebrari iubebat, vt ne ſe conformare videretur ad ritus Dei iudæorum, qui in ſabbato ſiue die ſeptimo ab omni opere ſuo quieuerit, quod feciſſet. Expreſſis verbis hoc adfirmat EPIPHANIVS [d]: *Marcion ſabbato ob eam cauſſam ieiunium ſanxit. Quum enim, ait, iudæorum Dei, qui hunc mundum fabricauit, illa ſit requies, quum die ſeptimo requieuerit, eadem nos ieiunare inſtituimus, ne Dei iudæorum ritibus vti videamur.* Iam vero hæc res faciebat, vt catholici maiori ſtudio ſabbatum celebrarent, ne nefariæ *Marcionis* impietati fauere, vel vllo modo iniurii in Deum veteris teſtamenti viderentur, quem illi fatebantur & honorabant tamquam patrem & dominum *IESV CHRISTI*, quod *Marcion* facere recuſabat. Quando ille in veri Dei contemtum ieiunabat ſabbato, illi id ipſum feſtum & lætum agendum ducebant, quemadmodum a prima eius inſtitutione ſemper moris fuerat. Cuius contra hæreſin, ſimulac ſpargi cœpiſſet, canon ſanciebatur in eccleſia, qui hodie inter ſic dictos *canones apoſtolicos* [e] reperitur

(d) Epiph. hæreſ. XLII. §. III. *τὸ δὲ σάββατον νηστεύει, διὰ τοιαύτην αἰτίαν· ἐπειδὴ, φησὶ, τοῦ θεοῦ τῶν ἰουδαίων ἐστὶν ἡ ἀνάπαυσις, τοῦ πεποιηκότος τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀναπαυσαμένου, ἡμεῖς νηστεύσωμεν ταύτην, ἵνα μὴ τὸ καθῆκον τοῦ θεοῦ τῶν ἰουδαίων ἐργαζώμεθα.*

(e) Can. apoſtol. LXIV. al. LXVI. Vid. ſupra cap. II. §. V. ſub litt. (d) pag. 38.

ritur in hanc ſententiam: *Si quis clericus inuentus fuerit die dominica ieiunans, vel ſabbato, præter vnum ſolum, deponatur, ſi vero laicus ſit, ſegregetur.* Poſt *Marcionem* multæ aliæ ſectæ ſubortæ ſunt, quæ hanc ipſius peculiarem conſuetudinem ieiunandi in ſabbato ſunt imitatæ; quamuis non omnes iiſdem ſic agendi rationibus ducerentur. *Euſtathiani* id faciebant ex vitæ aſceticæ amore; & *Maſſaliani* ſiue *Euchitæ* eamdem huius rei cauſſam prætexebant. Eccleſia tamen praxin eam approbare nolebat. *Marcianiſtæ* (qui ſecta erant a *Marcionitis* diſtincta: vocabantur enim ita a *Marciano* trapezita, qui vixit tempore *Iuſtiniani*) itidem ſabbato ieiunabant. Idem quoque faciebant *Sabbatiani*, *Lampetiani*, *Choreutæ* & *Adelphiani*, qui damnantur a MAXIMO [*f*], ANASTASIO [*g*], TIMOTHEO presbytero *Conſtantinopolitano* [*h*] & NICEPHORO patriarcha [*i*], quorum teſtimonia collecta & correcta ex manuſcriptis lector curioſus apud COTELERIVM [*k*] & COMBEFISIVM [*l*] reperire poteſt. Ego tantum animaduerto, quod concilium *Trullanum*, an. DCXCII habitum, ipſam *Romanam* eccleſiam reprehendat, eo quod hunc diem eſurialem faciat, iubeatque eam conſuetudinem ſuam emendare. Verba canonis [*m*] digna ſunt, quæ huc transcribantur: *Quoniam intelleximus, in Romanorum ciuitate in ſanctis qua-*

(*f*) Maxim. in Dionyſ. de eccleſ. hierarchia c. VI. *σημείωσαι κατὰ Λαμπετιανῶν, ἤτοι Μεσσαλιανῶν ἢ Ἀδελφιανῶν, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν Μαρκιανιστῶν κ. τ. λ.* Nota *contra Lampetianos ſiue Meſſalianos aut Adelphianos, vel quod idem valet, Marcianiſtas, cetera.*

(*g*) Anaſtaſ. quæſt. LXIV. *ὡς καί τινες πάλιν νηστεύουσι τεσσαρακοστὴν ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ· κατὰ τὸ δόγμα τῶν λεγομένων Ευσταθιανῶν, καὶ Μαρκιανιστῶν, καὶ Λαμπετιανῶν, καὶ Μασσαλιανῶν, τῶν ἐν Παφλαγονίᾳ ποτὲ ἀναφανέντων.*

(*h*) Timoth. de iis qui ad fidem catholicam accedunt. Μαρκιανισταί, οἱ ἀπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ τραπεζίτου, καὶ Μεσσαλιανοί, καὶ Εὐτυχῖται [potius Εὐχῖται] καὶ Ἐνθουσιασταί, καὶ Χορευταί, καὶ Λαμπετιανοί, καὶ Ἀδελφιανοί, καὶ Εὐσταθιανοί. Ita in apparatu Poſſeuini. Exemplari autem regio 2336 aliter. vid. Cotel. ad conſtitut. lib. V. c. XV. p. 319.

(*i*) Niceph. antirrhetic. *ἐκ τῆς συγγραφῆς Τιμοθέου πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Μαρκιανιστῶν ἤτοι Ἀκεφάλων· καθ᾽ ὧν ἠγωνίσατο Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Φλαβιανὸς, καὶ Θεόδοτος Ἀντιοχείας κ. τ. λ.*

(*k*) Coteler. in conſtitut. lib. V. c. XV.

(*l*) Combefiſ. hiſtor. Monothelit. p. 461.

(*m*) Concil. Trullan. c. LV. al. LVI. Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν, ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ἐν

dra-

dragesimæ ieiuniis, in eius sabbatis ieiunare, præter ecclesiasticam traditam obseruationem: sanctæ synodo visum est, vt in Romanorum quoque ecclesia inconcusse vires habeat canon, qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit in sancto die dominico vel sabbato ieiunare, præter vnum & solum, deponatur, sin autem laicus sit, segregetur. Vnde obseruare possumus, consuetudinem diem sabbati festum & lætum agengi in ecclesia *Græca* constanter, sine vlla variatione, fuisse custoditam.

§. VI.

Cur in eo ieiunium celebratum sit in Romana *& aliis quibusdam ecclesiis* Latinis.

SVNT etiam inter ipsos *Romanenses* viri quidam docti, qui initio in ecclesia *Romana* ita quoque obtinuisse existimant. ALBASPINAEVS [n] adeo manifesto in hac opinione versatur, vt ipsam ecclesiam *Romanam* initio sabbatum festa celebritate coluisse existimet. Ex TERTVLLIANO etiam id liquido constat, qui aduersus orthodoxos in gratiam *Montanistarum* scribens, istos sabbatis, excepto sancto, non ieiunare adfirmat. *Et ieiuniis*, inquit [o], *parasceuem quamquam vos etiam sabbatum, si quando continuatis, numquam nisi in pascha ieiunandum, secundum rationem alibi redditam. Montanistas* quoque, qui bis per annum duas hebdomadas ieiunabant, non nisi cibis siccioribus vescentes, numquam tamen vel in sabbato vel die dominica ieiunasse, idem auctor adfirmat: *Duas*, inquiens [p], *in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet sabbatis & dominicis, offerimus Deo.* Vt adeo fieri vix potuerit, vt dies sabbati

ταῖς ἁγίαις τεσσαρακοστῆς νηστείαις τοῖς ταύτης σάββασι νηστεύειν, παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἀπαρασαλεύτως τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ νηστεύων ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

(n) Albaspin. obseruat. lib. I. c. XIII. Quod ad sabbata attinet, Græci & Orientales eamdem pene rationem sequuti sunt. Nam vt ex antiquioribus auctoribus constat, festa celebritate colebatur, ieiuniumque interdicebatur. Latinorum autem varius in ea re vsus fuit. *Ea enim alias perinde ac Græci celebrarunt*, sed sensim inductus est mos, vt ieiunaretur, tristitiæ dies haberentur.

(o) Tertull. de ieiun. c. XIV.

(p) Tertull. ibid. cap. XV.

esu-

esurialis esset hoc tempore in ecclesia *Romana*, nec tamen id a tam acuto homine, cuiusmodi erat TERTVLLIANVS, notaretur, quum tantopere caussæ suæ faueret in hac disputatione, facere eius rei mentionem. Quomodocumque autem res se habet, certum est, non multo post in *Romana* & aliis quibusdam ecclesiis *Latinis* mutationem esse factam. Ipsa autem ratio mutationis nouitatem rei satis abunde demonstrat. Patres concilii *Illiberritani* [q], qui legem de ieiunio sabbati primum induxerunt in *Hispaniam*, manifesto hoc ipso declarant, non fuisse antea heic obseruatum ieiunium, donec ipsi illud inueherent; idque probabiliter ad exemplum ecclesiæ *Romanæ*, in qua paullo ante institutum erat. AVGVSTINVS [r] longo post tempore obseruat, *Romanam* tantum & nonnullas, non omnes, *Occidentis* ecclesias in sabbato ieiunare: Et maxime in *Africa* varium esse vsum & diuersum notat [s]. Nam in vna ecclesia vel in vnius regionis ecclesiis, alios prandere dicit in sabbato, alios ieiunare. *Mediolani* autem, quod propius ab vrbe *Roma* aberat, antiquus mos agendi sabbatum festum adhuc obtinebat. Adeo vt in ipsa quadragesima, vt auctor est AMBROSIVS [t], non tantum diem dominicum, sed singulos etiam dies sabbati, solo sabbato magno & sancto ante pascha excepto, festos & lætos agerent; Et hanc ob caussam, vti auctor vitæ eius narrat, sabbato non minus quam die dominico prandere

(q) Concil. Illiberritan. c. XXVI. Errorem placuit corrigi, vt omni sabbati die ieiuniorum superpositiones celebremus. Albaspin. in loc. *Superpositiones*, id est, imponere ieiunia, quæ solita non essent obseruari.
Vid. concil. Agath. c. XII. Placuit, vt omnes ecclesiæ filii, exceptis diebus dominicis, in quadragesima, etiam die sabbati, sacerdotali ordinatione, & districtionis comminatione ieiunent.

(r) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casulanum. (p. 392. edit. Basil. MDLXIX.) Hinc exorta est ista in regia illa veste varietas, vt alii, sicut maxime populi Orientis, propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium: alii propter humilitatem mortis domini ieiunare, sicut Romana & nonnullæ Occidentis ecclesiæ.

(s) Ibid. p. 149. (p. 393. edit. Basil.) Contingit maxime in Africa, vt vna ecclesia, vel vnius regionis ecclesiæ alios habeant sabbato prandentes, alios ieiunantes.

(t) Ambros. de Elia & ieiunio c. X. Quadragesima totis præter sabbatum & dominicam ieiunatur diebus.

consuescebat. Quod sæpius etiam AVGVSTINVS notat [u], respondens *Monicæ* matri ad scrupulum, qui ipsam & alios nonnullos perplexos tenebat de obseruatione huius diei, dum diversas diuersarum ecclesiarum consuetudines inter se conciliare non poterant, quando alii eum esurialem alii festum agebant. Ad eximendum ei hunc scrupulum monebat, in omnibus huiusmodi rebus, in quibus sacra scriptura nihil determinasset, consuetudinem populi Dei & regulas maiorum pro lege esse habendas: Et de talibus rebus disputare velle, & condemnare consuetudinem vnius ecclesiæ ex contraria consuetudine alterius, nihil aliud esse, quam infinitas disputationes excitare & caritatem in feruore contentionis perdere. Addit, se aliquando matris suæ caussa *Ambrosium* hac de re consuluisse; qui respondetit, se nihil ipsum docere posse, nisi quod ipse faceret. Quumque putasset, *Ambrosium*, nulla reddita ratione, auctoritate sola sua se voluisse admonere, ne sabbato ieiunarent, subsequutum dixisse: *Quando hic sum, non ieiuno sabbato, quando Romæ sum, ieiuno sabbato: Et ad quamcumque ecclesiam veneritis, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis aut facere.* Hoc responsum retulisse se ad matrem, ait, eique suffecisse: se vero de hac sententia etiam atque etiam cogitantem, ita semper habuisse, tamquam eam de cælesti oraculo suscepisset. Nihil igitur potest esse clarius, quam quod ieiunium sabbati non fuerit in omnibus *Occidentis* ecclesiis admissum, siquidem ipsa ecclesia *Mediolanensis* hunc diem festum agere perrexit. Et hæ ipsæ ecclesiæ, quæ sabbatum in feriis esurialibus habere cœperant, de ratione & origine huius instituti inter se non consentiebant. Alii a *Petro* eam deriuabant, quem perhibebant *Romæ* cum *Simone mago* die dominico certaturum [x], propter ipsum magnæ tentationis peri-

(u) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casulan. (p. 393. a. b. edit. Basil. MDLXIX.) Epist. CXVIII. ad Ianuar. (p. 557. a. b. edit. citat.)

(x) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casul. p. 146. (p. 386. edit. Basil. cit.) Est quidem & hæc opinio plurimorum, quamuis eam esse falsam perhibeant plerique Romani, quod apostolus Petrus, cum Simone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiusdem vrbis ecclesia ieiunauerit, & consequuto tam prospero gloriosoque successu, eundem morem tenuerit, eumque imitatæ sunt nonnullæ Occidentis ecclesiæ.

peri-

periculum pridie cum eiusdem vrbis ecclesia ieiunasse, & potitum tam prospero gloriosoque successu, eumdem morem tenuisse, eumque imitatas esse nonnullas *Occidentis* ecclesias. Sed plerique *Romani* hanc opinionem vt falsam, ipsa AVGVSTINI ætate, reiiciebant, aliis licet fidem ei habere pergentibus, quemadmodum ex iis apparet, quæ in CASSIANO [*y*] aliisque recentioribus scriptoribus de hoc ecclesiæ *Romanæ* ieiunio dicuntur. INNOCENTIVS [z] pontifex *Romanus* aliam huius rei reddit ratonem, quia scilicet hoc die dominus noster in sepul-

(*y*) Cassian. institut. lib. III. c. X. Cuius moderaminis caussam nonnulli in quibusdam Occidentalibus ciuitatibus ignorantes, & maxime in vrbe, idcirco putant absolutionem sabbati minime debere præsumi, quod apostolum Petrum in eodem die contra Simonem conflictaturum adserunt ieiunasse. cetera.

Anonymus de Francis & reliquis Latinis ap. Combefis. histor. Monothelitar. p. 429. *Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῶν νηστεύουσι τὰ σάββατα, οἵτινες Σαββατιανοὶ ὀνομάζονται· καὶ ἐρωτώμενοι, διὰ τί ταύτην νηστεύουσι· προσφασίζονται, ὅτι ἐν σαββάτου ἡμέρᾳ ἔῤῥιψε [ὁ Σίμων Πέτρος] τὸν Σίμωνα μάγον, ὃς καὶ συντριβεὶς διεῤῥάγη· καὶ τούτου χάριν νηστεύουσι τὰ σάββατα· ψεύδονται δέ· ἀπὸ γάρ τινος Σαββατίου, τοῖς λόγοις καὶ τῇ ἀκέσει τοῦ Μάνεντος ὑπαχθεὶς, ἐξέμεσε καὶ αὐτὸς βλασφημίας ῥήματα, καὶ πολλὰς ἐκ τῶν προγραφεισῶν αἱρέσεων ἐκήρυξεν ὁ ἄθλιος· ὅστις ἐπαινέθη παρὰ τῶν Αλεμάνων, καὶ Αφρικιανῶν· Καὶ τῶν Ἰσπανίαν οἰκούντων, καὶ πολλῶν διατώντων ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ· τελευτῶντος δὲ αὐτοῦ, διετάξατο τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, νηστεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ τὰ σάββατα, διότι Σαββάτιος κέκληται· καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης νηστείας μνείαν αὐτοῦ ποιοῦντες, μέμνηνται καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ.* *Multi autem ex illis ieiunant sabbata, qui Sabbatiani appellantur. Quumque quæritur, quamobrem eum diem ieiunent, prætexunt atque excusant, Simonem Petrum die Sabbati deiecisse Simonem magum, quo is casu allisus confractusque sit; ac idcirco sabbata ieiunare. Mentiuntur vero: a quodam enim Sabbatio acceperunt ieiunium sabbati. Iste enim ter maledictus Sabbatius, Manetis sermonibus ac blanditiis deceptus, ipse quoque miser, blasphemiæ verba euomuit, ac plures præfatarum hæresium docuit. Laudemque habet apud Alemannos, ac Africanos, nec non Hispaniæ incolas, ac multos in ipsa vrbe Roma morantes. Is porro moriens constituit, vt discipuli eius sabbatis pro eo ieiunarent, eo quod ipse Sabbatius appellatus esset: ex quo eiusmodi ieiunio eius facientes memoriam, doctrinam quoque recolunt.*

(z) Innocent. epist. I. ad Decentium c. IV. Si sexta feria propter passionem domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiam temporis istius (paschatis) videtur inclusum. Nam vtique constat, apostolos biduo isto in mœrore fuisse & propter metum iudæorum se occuluisse.

chro-

chro mortuus iacuerit, & apoſtoli in graui mœrore fuerint, atque propter metum iudæorum ſe occuluerint. Quæ cauſſa eſt, quam communiter viri docti in hodierna eccleſia *Romana*, BARONIVS [*a*], BELLARMINVS, COMBEFISIVS [*b*] & alii adlegare ſolent. Verum hæc coniectura tantum eſt INNOCENTII, quæ quidem pro cauſſa adlegari poteſt, cur eccleſia *Romana* ſabbati diem ieiunio dicarit ante ipſius ætatem; primitiuorum autem temporum praxin fuiſſe, non probat. SOCRATES [*c*] *Romanam* eccleſiam hac in re plus vice ſimplice variaſſe auctor eſt. Sua enim ætate *Romæ* in ſabbato non ieiunatum eſſe dicit, ne in ipſa quidem quadrageſima, ſed per quinque tantum dies hebdomadis. Et VALESIVS [*d*] ac MENARDVS progrediuntur vlterius dicuntque, tempore *Leonis* tres tantum dies in quadrageſima *Romæ* conſecratos fuiſſe ieiunio. Pro quo adſerto ipſius LEONIS verba in ſermone quodam de quadrageſima adlegant: *Secunda* [*e*] *& quarta & ſexta feria ieiunemus: Sabbato autem apud B. Petrum apoſtolum vigilias celebremus.* Poſtquam vero

(*a*) Baron. ad an. LVII. n. CCVII. tot.
Bellarm. lib. II. de bonis oper. c. XIIX. (tom. IV. p. 469. edit. Colon. MDCXV.) Romana eccleſia & Occidens vniuerſus -- ieiunat ſabbato -- in memoriam humilitatis domini, qui die ſabbati iacuit mortuus & clauſus in ſepulchro.

(*b*) Combeſiſ. vbi ſupra p. 431. Probabilior videtur (ratio) quam Humbertus ex ſancto Siluestro refert, vt Latini in memoriam ſepulturæ dominicæ ac luctus diſcipulorum domini ſabbatis omnibus ieiunent.

(*c*) Socrat. lib. V. c. XXII. *οἱ μὲν ἐν Ῥώμῃ, τρεῖς πρὸ τοῦ πάσχα ἑβδομάδας, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς, συνημμένας νηστεύουσι. Qui Romæ ſunt, tres continuas hebdomadas ante paſcha, exceptis ſabbato & dominico die, ieiunant.*

(*d*) Valeſ. in loc. Immerito Baronius Socrati opponit teſtimonium Gregorii magni. Aliter enim Socratis ætate, aliter Gregorii magni temporibus Romani per quadrageſimam ieiunabant. Temporibus Leonis Papæ, quibus fere æqualis fuit Socrates, Romani tribus duntaxat diebus hebdomadis ieiunabant in quadrageſima, ſecunda ſcilicet, quarta & ſexta feria, vt patet ex ſermonibus eiuſdem papæ de quadrageſima.
Menard. in ſacramentar. Gregorii, apud Pagium p. 43. edit. Antuerp. MDCCV. Hugo Menardus ſacramentarium S. Gregorii commentans, iſtam explicationem merito reiicit, oſtenditque quatuor illos dies Gregorii ipſius ætate in vſu non fuiſſe, nedum Leonis temporibus. In eam autem it ipſe ſententiam, non plures reuera dies Romæ tunc temporis ieiunio fuiſſe conſecratos, quam qui in ſermone a B. Leone deſignantur.

(*e*) Leo ſermon. IV. de quadrageſima.

QVES-

QVESNELLVS [*f*] & PAGIVS [*g*] hæc verba ſermoni *Leonis* ſuperaddita fuiſſe, ex variis manuſcriptis codicibus, in quibus abſunt, demonſtrarunt, & quum fieri potuerit, vt SOCRATES, ſcriptor *Græcus*, in enarrandis eccleſiæ *Romanæ* conſuetudinibus erraret; nos *Romanenſibus* plures mutationes non tribuemus, quia concilium *Trullanum* [*h*] & omnes recentiores *Græci* potius eos accuſant, quod in ſabbato ieiunent, quum contra reliquæ eccleſiæ omnes id feſtum agant. Sufficit monſtraſſe, *Græcam* & *Latinam* eccleſias initio in eadem praxi conſenſiſſe, obſervantes ſabbatum vna cum dominico die tamquam dies feſtos hebdomadales, idque in ipſa quadrageſima, ſolo ſabbato magno, paſcha proxime antecedente, excepto.

(*f*) Queſnell. diſſertat. VI. de ieiunio ſabbati, &c.

(*g*) Pagi critic. in Baron. an. LVII. n. II. (n. VIII p. 43. edit. Antuerp. MDCCV.) Ait vir eruditiſſimus (Queſnellus) Leonis non eſſe verba illa, quæ obiiciuntur, ſed ſermoni eius eſſe ſuperaddita, occaſione ac ratione mox explicanda. Nam penes antiquiores & melioris notæ codices arbitrium eſt & ius & norma, de dubiis veterum ſcriptorum fœtibus, aut interpolationibus decernendi, & in quinque vetuſtiſſimis MSS. vno nempe regio, duobus Thuaneis, Nauarrico & San-Germanenſi, verba illa abſunt, totuſque ille pannus a nobis deſcriptus deſideratur. Eum itaque inſititium eſſe non dubitandum. Norunt omnes, in more fuiſſe apud monachos & clericos, homilias ſermoneſque SS. Patrum ſuis vſibus aptare, atque aliqua addere, quæ propriæ ſollemnitati conuenirent. Quare arbitratur Queſnellus, ſimile quid contigiſſe huic ſermoni IV. de quadrageſima; ab ea ſcilicet ad aliud ieiunium translatum eſſe: atque vt pro more Leonis, & pro loci etiam conſuetudine, feriarum, quæ iſtis ieiuniis deputatæ erant, ſollemnis inter officia fieret indictio, concinnata eſt præfixa formula, quam bona fide tranſcripſerunt ex libris lectionariis, qui de S. Leonis ſermonibus in vnum corpus colligendis & publice lucidandis primi cogitauerunt. Teſtis enim eſt Gregorius Turonenſis lib. X. c. XXXI. *Perpetuum* illius vrbis epiſcopum, qui *Leonis* æqualis erat, aut ſuppar, terna in ſeptimana ieiunia inſtituiſſe a Martini depoſitione vſque ad natale domini, quod poſtea in concilio Matiſconenſi primo his verbis confirmatum: *Vt a feria ſancti Martini vſque ad natale domini, ſecunda & ſexta ſabbati ieiunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari*, &c. Hinc ſumta illa verba, in quibus explicandis ante Queſnellum fruſtra ſudatum eſt.

(*h*) Concil. Trullan. c. LV. vid. §. V. ſub litt. (m) pag. 59. 60.

LIBRI VICESIMI
CAPVT QVARTVM
DE FESTA SOLLEMNITATE NATALIS ET EPIPHANIAE CHRISTI.

§. I.

Natalis Christi antiquis temporibus ab aliis Maio *mensi adsignatus.*

HACTENVS hebdomadales veteris ecclesiæ sollemnitates spectauimus, iam de illis verba facienda nobis sunt, quæ fuerunt anniuersariæ, siue quæ semel per annum celebrari consueuerunt; cuiusmodi erant natalis domini, epiphania, pascha, pentecoste & adscensio, & anniuersariæ commemorationes apostolorum & martyrum. Natalis domini antiquis temporibus non eidem diei ab omnibus ecclesiis adsignabatur, licet BARONIVS [a] & alii scriptores eum tam in *Græcorum* quam *Latinorum* ecclesiis semper vicesima quinta mensis *Decembris* obseruatum fuisse communiter adserant. Qua in re viri isti docti insigniter falluntur. Nam vt ne memoremus, quæ CLEMENS ALEXANDRINVS [b] de *Basilidianis* hæreticis commemorat, quod dicant ex iis aliqui, Christum natum esse XXIV vel XXV mensis illius, quem *Pharmuthum* appellent *Aegyptii*, hoc est, *Aprilis:* rem adhuc magis memorabilem narrat de aliis quibusdam, quod curiosius natali domini non solum annum, sed etiam diem addant, quem dicant [c] XXVIII anni *Augusti*, & XXV mensis *Pachon*. Quem licet IACOBVS PAMELIVS dolose [d] dicat *Decembrem*, vt vulgari hypothesi seruiat, faciat-

(a) Baron. apparat num. CXXI. Tam Latinorum quam Græcorum ecclesiæ pari consensione in eam conueniunt sententiam, vt redemtor noster sit natus vigesima quinta mensis Decembris.

(b) Clem. Stromat. I. p. 408. καὶ μὴν τινὲς αὐτῶν φασὶ Φαρμουθὶ γεγεννῆσθαι κδ΄, ἢ κε΄.

(c) Clem. Stromat. I. p. 407. Εἰσὶ δὲ οἱ περιεργότεροι τῇ γενέσει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οὐ μόνον τὸ ἔτος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προστιθέντες.

(d) Pamel. not. in Tertull. contr. Iudæos c. VIII. n. 78. Deinde addit (Clemens) aliorum sententiam, qui subtilius (inquit) natali domini non solum annum sed & diem addunt, quem dicunt XXIX anno Augusti (sic enim le-

que

que lectori ſuo fucum; nihil tamen certius & exploratius eſt, quam quod menſem *Maium* ſignificet, quemadmodum SAMVEL BASNAGIVS [e] fuſe demonſtrauit ex EPIPHANIO & THEOPHILO ALEXANDRINO, qui *Aegyptiorum* ephemerides communiter ſequuntur, in quibus *Pachon Maio* noſtro reſpondet; quomodo vnusquiſque nouit, qui diuerſas rationes, quas veteres ſcriptores in computationibus ſuis chronologicis ineunt, aliquo modo intelligit.

§. II.

Ab aliis diei epiphaniæ, ſiue ſexto Ianuarii.

QVOD autem hac in materia magis conſiderari meretur, eſt, Quod maxima pars eccleſiæ *Orientalis* per tria quatuorue priora ſæcula natalem *CHRISTI* celebrarit eo ipſo die, qui hodie dicitur dies *epiphaniæ*, hoc eſt, VI menſis *Ianuarii*, qui manifeſtationem *CHRISTI* denotat, qua mundo ſe patefecit quatuor diuerſis reſpectibus, qui initio vniuerſi hoc die commemorabantur. 1. Per natiuitatem ſiue incarnationem, quæ erat apparitio Dei, manifeſtati in carne. 2. Per apparitionem ſtellæ, quæ magos ad natum *CHRISTVM* ducebat, & erat epiphania ſiue manifeſtatio eius gentilibus facta. 3. Per glorio-

gendum pro eo, quod mendoſe iterum eſt XXVIII.) in XXV. menſis Pachon (*quem nos Decembrem dicimus*) natum.

(e) Baſnag. critic. in Baron. p. 216 -- 224. Eccleſiæ ſuæ diſciplina imbutus Pamelius, Aegyptium *Pachon* Decembri vindicat notis in Tertullianum: Decembrem *Pachon quem nos dicimus*. n. 78. aduerſ. Iudæos. Quo conceſſo admirabili conſenſu Latinorum ſententia cum Aegyptiorum opinione conſpiraret. Sed Pamelius maxime fallitur: conſtat enim ab edito Chriſto ſic menſes eſſe dirigendos.

Aegypt.	Tybi	*Lat.*	Ianuarius	*Syro-Graeco ex* EPIPH.	Αυδυναῖος
	Mechir		Februarius		Περίτιος
	Phamenot		Martius		Δύστρος
	Pharmuti		Aprilis		Ξάντικος
	Pachon		*Maius*		Αρτεμίσιος
	Paini		Iunius		Δαίσιος
	Epiphi		Iulius		Πάνεμος
	Meſori		Auguſtus		Λῶος
	Thoth		September		Γορπιαῖος
	Paophi		October		Υπερβερεταῖος
	Athir		Nouember		Δῖος
	Choiac		December		Ἀπελλαῖος. cet.

ſam

ſam apparitionem, factam in baptiſmo ipſius, quando cæli aperiebantur & ſpiritus Dei deſcendebat quaſi columba, & veniebat ſuper ipſum, & vox aderat e cælis, dicens, *Hic eſt filius ille meus, dilectus ille, in quo acquieſco.* 4. Per manifeſtationem diuinitatis ſuæ, quum miraculorum ſuorum faciens principium, aquam in vinum mutabat in nuptiis in *Cana*, oppido *Galilaea*. Hunc diem, vt redemtoris noſtri natalem, per aliquot ſæcula ab eccleſiis *Aegyptiis*, *Hieroſolymitana*, *Antiochena*, *Cypriis* aliiſque *Orientis* celebratum fuiſſe, adeo perſpectum & exploratum ex idoneis teſtimoniis eſt, vt nunc quidem inter viros doctos [*f*] extra omnem controuerſiam poſitum ſit. CASSIANVS [*g*] diſerte adfirmat, ætate ſua omnes prouincias *Aegypti* ſub generali nomine *epiphaniorum*, tam natalem *CHRISTI*, quam baptiſmum eius intellexiſſe: Et idcirco hæc duo myſteria non duobus ſeparatis diebus, vti *Occidentales*, ſed vno eodemque die ſimul celebraſſe. GENNADIVS [*h*] cuiuſdam TIMOTHEI epiſcopi meminit, qui compoſuerit librum de natiuitate domini, quam crediderit in epiphania factam. IOANNES BAPTISTA COTELERIVS [*i*] non ſine probabili ratione coniectat, fuiſſe hunc *Timotheum Alexandrinorum* epiſcopum, GVILIELMVS tamen CAVEVS [*k*] de eo tamquam recentiore quodam ſcriptore loquitur. Ante concilium autem *Epheſinum*, anno

(*f*) Vide Coteler. in conſtitut. apoſt. lib. V. c. XIII. p. 312. 313.

(*g*) Caſſian. collat. X. cap. II. Epiphaniorum diem prouinciæ illius ſacerdotes, vel dominici baptiſmi, vel ſecundum carnem natiuitatis eſſe definiunt; & id circo vtriuſque ſacramenti ſollemnitatem non bifarie, vt in Occiduis prouinciis, ſed ſub vna diei huius feſtiuitate concelebrant.

(*h*) Gennad. de ſcriptor. cap. LVIII. Timotheus epiſcopus compoſuit librum de natiuitate domini ſecundum carnem, quam credit in theophania factam.

(*i*) Coteler. not. in conſtit. lib. V. c. XIII. p. 313. Aegyptii, referente Caſſiano collat. X. c. II. diem epiphaniorum definiebant diem baptiſmi dominici & dominicæ natiuitatis. Vnde forſan Timotheus ille epiſcopus, qui a Gennadio dicitur compoſuiſſe librum de natiuitate domini, quam credebat in epiphania factam, eſt Timotheus Alexandrinus.

(*k*) Caue hiſtor. litter. tom. I. p. 304. (p. 216. edit. Geneu. MDCXCIII.) Timotheus, epiſcopus, cuiuſnam vrbis, non conſtat. Claruit circa annum CCCCXV. Scripſit *librum de natiuitate domini ſecundum carnem*, quam in die epiphaniæ contigiſſe arbitratus eſt.

CCCCXXXI

CCCCXXXI habitum, *Aegyptii* diem natalem *CHRISTI* mutaverunt fixeruntque in die vicesimo nono mensis sui *Choiac*, qui est vicesimus quintus *Decembris*: Quemadmodum ex homilia PAVLI episcopi *Emiseni* [*l*], præsente CYRILLO episcopo *Alexandrino* habita istiusque concilii actis interposita, apparet. Non multo ante hoc tempus ecclesiæ *Antiochena* & *Syræ* morem ecclesiarum *Occidentalium* in celebranda ad diem *XXV. Decembris* hac sollemnitate amplexæ sunt. Nam CHRYSOSTOMVS [*m*] in homilia quadam ad populum *Antiochenum*, nondum decimum annum esse dicit, ex quo dies natalis *CHRISTI* manifeste ipsis innotuerit, quem antea in epiphania celebrarint, vsque dum ex ecclesia *Occidentali* ad ipsos transmissus sit. Atque ex eo tempore natalis & epiphania distinctæ sollemnitates esse cœperunt, quemadmodum ex aliis homiliis [*n*] huius scriptoris liquet, vbi de illis distincte loquitur, tamquam duobus diebus; qui ante vnus idemque crediti fuerant. EPIPHANIVS, qui *Constantiæ* siue *Salaminis* in *Cypro* erat episcopus, sæ-

(*l*) Paul. Emisen. homil. in actis concil. Ephesin. part. III. c. XXXI. tom. III. concil. p. 1096. Ὁμιλία Παύλου ἐπισκόπου Ἐμίσης, λεχθεῖσα κθ´. Χοιὰκ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρείας, καθημένου τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, εἰς τὴν γέννησιν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. *Homilia Pauli episcopi Emiseni, habita vicesimo nono die mensis Choiac (est XXV dies Decembris) in magna Alexandriæ ecclesia, præsente beato Cyrillo, de natiuitate domini & saluatoris nostri Iesu Christi.*

(*m*) Chrysost. homil. XXXI. de natali Christi. tom. V. p. 466. (homil. XXXIII. p. 417. edit. Francof.) οὔπω δέκατόν ἐστιν ἔτος, ἐξ οὗ δήλη καὶ γνώριμος ἡμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα γεγένηται· -- παρὰ μὲν τοῖς τὴν ἑσπέραν οἰκοῦσιν ἄνωθεν γνωριζομένη, πρὸς ἡμᾶς δὲ κομισθεῖσα νῦν, καὶ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἀθρόον οὕτως ἀνέδραμε κ. τ. λ. *Nondum decimus annus est, ex quo hic ipse dies manifeste nobis innotuit. -- hic dies, quum ab exordio iis, qui in Occidente habitant, cognitus fuerit, nunc ad nos demum non ante multos annos transmissus, ita increuit, &c.*

(*n*) Chrysost. homil. XXIV. de baptism. Christi. tom. I. p. 311. (p. 376. edit. Frf.) ὅτι μὲν οὖν ἐπιφάνεια ἡ παροῦσα λέγεται ἑορτή, δῆλόν ἐστι πᾶσιν. *Epiphaniam quidem diei hanc celebritatem dici, omnibus liquet.* Et paullo post: ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡ ἡμέρα καθ᾽ ἣν ἐτέχθη, ἀλλ᾽ ἡ ἡμέρα, καθ᾽ ἣν ἐβαπτίσθη, ἐπιφάνεια λέγεται· αὕτη γάρ ἐστιν ἡμέρα, καθ᾽ ἣν ἐβαπτίσατο, καὶ τὴν τῶν ὑδάτων ἡγίασε φύσιν. *At enim qui fit, vt non ea dies, qua natus est, epiphania & apparitio appelletur, sed ea, qua baptizatus est? hæc enim dies est, qua baptizatus est, & aquarum naturam sanctificauit.*

pe de *CHRISTI* natiuitate loquitur ſemperque computationem ſequitur *Orientalium*, eidem cum epiphania diei menſis *Ianuarii* eam adſignans. Vno loco [*o*] ait: *Epiphaniorum die, quo dominus ſecundum carnem natus eſt, ieiunare non licet.* Alio loco [*p*] multam nauat operam, vt lectoribus ſuis demonſtret, menſe *Ianuario CHRISTVM* natum eſſe. *Quum Ianuario menſe*, inquit, *natus eſſet VIII idus Ianuarii, qui eſt apud Romanos dies V* [*]; *Aegyptiis porro Tybi XI; Syris ſiue Græcis Audynæi VI; Cypriis ſiue Salaminiis quinti menſis dies V; Paphiis Iulii XIV; apud Arabes vero Aleom XXI. Cappadocibus Atartæ XIII; Hebræis Tebeth; Athenienſibus Mæmacterionis, VI; omnes illos, quos ſupra recenſuimus, XXIX integros conſulatus percurrit.* cetera. Et ibidem paullo ante [†]: *Inprimis baptizatus eſt CHRISTVS, ſi Aegyptiorum menſium rationem habeas, Athyr XII. A. D. VI idus Nouembris, hoc eſt LX ante feſtum epiphaniarum die, qua is ſecundum carnem natus eſt.* Nihil poteſt in adſcribendo diem natalem diei epiphaniæ, vel in figendo diem epiphaniæ in ſexto die *Ianuarii*, eſſe exactius, quam hæc, per tot nationum inter ſe comparatas ephemerides deducta, computatio EPIPHANII. Quod ipſum ab HIERONYMO confirmatur, qui etſi ab EPIPHANIO diſſentit, quod ad diem natalem *CHRISTI* attinet, ſignificat tamen [*q*], fuiſſe tum quoſdam, qui putarent,

(*o*) Epiphan. expoſit. fid. XXII. *ὅτε ἐν ἡμέρᾳ τῶν ἐπιφανίων, ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ κύριος, ἔξεστι νηστεῦσαι.*

(*p*) Id. hæreſ. LI. Alogor. n. XXIV. *Γεννηθέντος γὰρ αὐτοῦ περὶ τὸν Ιανουάριον μῆνα, τουτέστι πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ιανουαρίων, ἥτις ἐστὶ κατὰ Ρωμαίους πέμπτη τοῦ Ιανουαρίου μηνός, κατὰ Αιγυπτίους Τυβὶ ἑνδεκάτη, κατὰ Σύρους, εἴτουν Ἕλληνας, Αυδυναίου ἕκτῃ, κατὰ Κυπρίους, εἴτουν Σαλαμινίους, πέμπτου πέμπτη, κατὰ Παφίους Ιούλου τεσσαρεσκαιδεκάτη, κατὰ Ἄραβες Αλεὼμ κά, κατὰ Καππαδόκας, Αταρτᾶ ιγ', κατὰ Εβραίους Τεβὴθ ιγ', κατὰ Αθηναίους Μαιμακτηριῶνος ϛ'. παρῆλθε τὰς προειρημένας ὑπατείας εἰκοσιεννέα πλήρεις κ. τ. λ.*

(*) *Sunt qui hoc putant ſcribi oportere VI* Ianuarii, *quia VIII* id. Ianuar. *ſit ſextus* Ianuarii *in kalendario* Romano: *At vero* Hieronymus *etiam* epiphaniam *in quinto* Ianuarii *adſignat*, comment. *in* Ezechiel. I. p. 459. *Et* Aſiani *idem faciunt. Vid.* Vſſer. de anno ſolari Macedonum & Aſianorum, lib. II.

(†) Epiphan. ibid. n. XVI. *πρῶτον μὲν βαπτισθέντος αὐτοῦ κατ' Αιγυπτίους Αθὺρ δωδεκάτῃ πρὸ ἓξ εἰδῶν Νοεμβρίων, τουτέστι πρὸ ἑξήκοντα ἡμερῶν [πλήρης] τῆς ἡμέρας τῶν ἐπιφανίων, ἥ ἐστιν ἡμέρα τῆς αὐτοῦ γεννήσεως κατὰ σάρκα.*

(*q*) Hieron. comment. in Ezech. I. p. 459. Apud Orientales October erat primus

CHRI-

CHRISTI natiuitatem contigisse in die epiphaniarum; quem *Ezechiel* quintum diem mensis quarti vocat, initio computandi facto ab *Octobri*, quum decimæ post messem & vindemiam e populorum *Orientalium* more in templum inferrentur. Auctor *homiliæ in diem epiphaniæ* inter opera ORIGENIS [r] idem ait, quod diuersa opinio hac de re feratur in mundo: aliis *CHRISTVM* eo die natum, aliis baptizatum esse statuentibus. PAGIVS [s] CLEMENTEM ALEXANDRINVM & EVSEBIVM eis accenset, qui *CHRISTVM* in die epiphaniarum siue sexto *Ianuarii* natum esse existimarunt. Quod si consideres, vbi & quando illi vixerint, probabile omnino est, sic eos sensisse, tametsi nullum ex illis testimonium adlegat. Nam non *Alexandrini* tantum, sed ecclesiæ etiam *Hierosolymitana* & *Palæstinæ*, vbi vixit EVSEBIVS, natalem *CHRISTI* eodem die cum epiphania per aliquot sæcula obseruarunt, testimonio ex epistola quadam *Iacobi* pro praxi sua allegato, donec *Iuuenalis* episcopus *Hierosolymorum* meliora edoctus, ad vicesimum quintum *Decembris* eum reduceret; quemadmodum ex BASILIO CILICE, IOANNE NICAENO & homilia quadam sub nomine CHRYSOSTOMI aliisque scriptoribus fuse demonstrat COTELERIVS [t].

§. III.

In ecclesia Latina *semper obseruatus die XXV* Decembris.

ITA res in ecclesia *Orientali* se habuit per plura sæcula; in *Occidentali* generatim obseruata est illius diei sollemnitas, vti hodie obseruatur, tamquam festiuitas ab epiphania distincta, vicesimo quinto *Decembris*. AVGVSTINVS enim ait [u]: *Natus*

mensis & Ianuarius quartus. Quintam autem diem mensis adiungit, vt significet baptisma, in quo aperti sunt Christo cæli, & epiphaniorum dies huc vsque venerabilis est; non, vt quidam putant, natalis in carne. Tunc enim absconditus est & non apparuit: Quod huic tempori congruit, quando dictum est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

(r) Orig. homil. VIII. de diuersis tom. II. p. 446. Siue hodie natus est dominus Iesus, siue hodie baptizatus, diuersa quippe opinio fertur in mundo.

(s) Pagi apparat. chronol. ad Baron. n. XCV. (num. CXLVI. p. 37. edit. Antuerp. MDCCV.) Not. de Eusebio quidem hic dicit Pagius, sed de Clemente Alexandrino prorsus alia.

(t) Coteler. not. in constitut. lib. V. c. XIII. p. 312. seqq.

(u) Augustin. de trinit. lib. IV. c. V.

tradituur (Christus) *octauo kalendas Ianuarias*, hoc est, vicesimo quinto *Decembris*. Et CASSIANVS [x] pariter atque HIERONYMVS [y] natalem & epiphaniam dicunt separatis diebus celebrari in omnibus *Occidentis* ecclesiis. Ambo isti dies indiscriminatim vocabantur *theophania* & *epiphania*, item *prima & secunda natiuitas*. Prima scilicet, in qua natus est in carne; & secunda, in qua baptizatus & stella indice manifestatus est gentilibus, quemadmodum lector apud COTELERIVM [z] & SVICERVM [a] ex GREGORIO NAZIANZENO, AMBROSIO, BASILIO, THEODORO STVDITA & pluribus scriptoribus aliis fusius demonstratum reperire potest.

§. IV.

Origo huius sollemnitatis aeuo apostolico a quibusdam antiquis scriptoribus adsignata.

(x) Cassian. collat. X. c. II. Vid. §. II. sub litt. (g) pag. 68.

(y) Hieron. in Ezech. I. Vid. sub litt. antec. (q) p. 70.
Constitut. lib. V. c. XIII. Τὰς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσητε, ἀδελφοί, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἥτις ὑμῖν ἐπιτελείσθω εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός· μεθ' ἣν ἡ ἐπιφάνιος ὑμῖν ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ κύριος ἀνάδειξιν ἡμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γενέσθω δὲ καὶ αὐτὴ ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. *Dies festos obseruate, fratres; ac primum quidem diem domini natalem; qui a vobis celebretur vicesima quinta noni mensis. Post hunc diem, dies epiphaniae sit vobis maxime honorabilis, in quo dominus nobis diuinitatem suam patefecit, is autem agatur sexta decimi mensis.*
Lib. VIII. c. XXXIII. τὴν τῶν γενεθλίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὴν ἀπροσδόκητον χάριν [al. χαρὰν] δεδόσθαι ἀνθρώποις, γεννηθῆναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου· τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος κ. τ. λ. *Festo natalis cessent ab opere, eo quod tunc hominibus tributum fuit inexspectatum beneficium (al. gaudium) vt, nempe Dei verbum Iesus Christus ex Maria virgine nasceretur ad mundi salutem. In epiphanio festo vacent; quia in eo demonstrata est Christi diuinitas, cetera.*
Opus imperfect. sub nomine Chrysostomi ad Matth. XXIV, 28. Ab aequinoctio vernali duodecimi mensis incipiunt paullatim tepescere aëres per singulos dies, vsque ad mensem tertium, & dies fieri noctibus longiores. Item ab aequinoctio autumnali mensis septimi incipiunt paullatim iterum frigescere aëres, per singulos dies, & noctes fieri longiores diebus, vsque ad mensem nonum, quando celebratur Christi natalis.

(z) Coteler. vbi supra p. 312.

(a) Suicer. thesaur. eccles. voce ἐπιφάνεια. tom. I. p. 1199.

ORIGO

ORIGO huius ſollemnitatis a quibuſdam antiquis ſcriptoribus ad ætatem vſque apoſtolorum refertur. GVILLIELMVS CAVEVS [b] prima eius veſtigia ſe reperiſſe dicit in ſæculo ſecundo; non dubitat autem, quin iam antea celebrata ſit. Auctoritate nititur THEOPHILI epiſcopi *Cæſarienſis*, qui circiter ætatem *Commodi* imperatoris an. CXCII. vixit. Non adlegat autem librum; vnde nobis locus relinquitur coniectandi, quod *paſchale* eius intelligat, EVSEBIO & HIERONYMO memoratum, ex quo HOSPINIANVS [c] ante iſtum hæc verba citauit, quæ *Gallos* natiuitatem *CHRISTI* viceſimo quinto *Decembris* celebraſſe innuunt. Ita enim, narrante HOSPINIANO, pro obſeruatione diei paſchalis argumentati ſunt: *Sicut domini natalem, quocumque die VIII kalend. Ianuarii* (id eſt, viceſimus quintus *Decembris*) *venerit, ita & VIII kalend. Aprilis* (hoc eſt viceſimo quinto *Martii*) *quando reſurrectio accidit CHRISTI, debemus paſcha celebrare.* Enim vero hæc verba in THEOPHILO reperire nequeo. Nam BEDA, qui epiſtolam refert, non niſi hæc verba habet in epiſtola ipſius ſynodica [d]: *Galli, quacumque die octaua kalendarum Aprilium fuiſſet, quando CHRISTI reſurrectio tradebatur, ſemper paſcha celebrabant.* Nulla autem mentio fit natiuitatis *CHRISTI* per integram epiſtolam, quæ ſpuria etiam & nullius fidei eſſe videtur. Id ſatis exploratum eſt, non eſſe eam, cuius EVSEBIVS & HIERONYMVS meminerunt. Neque adeo huic teſtimonio inhæreo, vtpote quod nec locuples eſt, nec iuſtæ auctoritatis & fidei. HOSPINIANVS & CAVEVS porro pro antiquitate huius feſtiuitatis triſtem illam hiſtoriam adle-

(b) Cave prim chriſtian. par. 1. chap. 7. p. 194. (p. 1 9. edit. Germ. Lipſ.) *Was deſſen (des geburts feſts Chriſti) alterthum anlanget, ſo finde ich ſchon in dem andern jahr-hundert einige fußſtapfen davon, ungeachtet ich nicht zweifle, daß es ſchon vorher iſt gefeyret, und von dem biſchoff zu Cäſarien, Theophilo, um die zeit des kayſers Commodi herum, erwehnet worden.*

(c) Hoſpin. de feſtis chriſtianor. p. 110. Not. In editione Geneu. MDCLXXIV. hæc verba non leguntur.

(d) De ordinatione feriarum paſchalium per Theophilum Cæſarienſem ac reliquorum epiſcoporum ſynodum. ap. Bedam de æquinoctio vernali, tom. III. p. 232. Habetur etiam ap. Bucherium com. in canon. paſchal. Victorii & ap. Labbeum concil. tom. I. p. 596.

gant, quæ a NICEPHORO [e] & BELLARMINO [f] ex antiquis martyrologiis refertur, Quod feruente perſecutione ſub *Diocletiano Nicomediæ*, inter alia crudelia facinora, ingentem omnis ætatis chriſtianorum multitudinem, quæ in templo natalem *CHRISTI* celebratura conueniſſet, ianuis clauſis igneque iniecto, vna cum templo in cineres redegerit. Satis probabile hoc eſt, quia ſimilia crudelitatis exempla habemus, aliis in locis die dominico commiſſa, quemadmodum ſupra ex LACTANTIO [g] & EVSEBIO percepimus. Magis autem in rem noſtram faciunt, quæ CHRYSOSTOMVS [h] dicit, quod hic dies antiquus admodum & vetuſtus, & iam inde a primordio ab ipſa *Thracia Gades* vſque incolentibus manifeſtus & celebris fuerit. Id certum eſt, *Gregorii Nazianzeni* & *Baſilii* memoria religioſe cultum eſſe. In vtroque enim homiliæ, in illam ſollemnitatem recitatæ, inueniuntur. Et AMMIANVS MARCELLINVS [i] narrat, quod *Iulianus*, tempore *Conſtantii* chriſtianum ſe ſimulans, quum reuera ſuperſtitioni ethnicorum addictus eſſet, vt hoc celaretur (quod paucis tantum e familiaribus notum fuerit) cum chriſtianis feriarum die, quem menſe *Ianuario* celebrarint, epiphania appellatum, in eccleſiam progreſſus, ſollemniter numen orauerit. ZONARAS eamdem narrans hiſtoriam, in natali *CHRISTI* id factum eſſe, dicit. Vnde nonnulli na-

(e) Niceph. lib. VII. c. VI. *ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν χριστοῦ γενεθλίων ἐνίστατο ἑορτὴ, καὶ σύμπαν τὸ χριστώνυμον πλῆθος ἐκ πάσης ἡλικίας ᾧ ἐκεῖσε νεῷ ἤθροιστο πανηγυρίζοντες τὰ γενέθλια, ἁρπάσας ἐκεῖνος ὡς ἕρμαιον τὸν καιρὸν, ὥστε τὴν ἑαυτοῦ μανίαν ἐκπλῆσαι, πέμψας συνέκλεισε καὶ περικύκλῳ πῦρ ἀνῆπτον εὐθύς. κ. τ. λ. Quum natalis Chriſti feſtus adeſſet dies, & multitudo ætatis omnis, quæ Chriſti nomine cenſentur, in templo natalem cum celebratura conueniſſet, tyrannus veluti opportunum tempus & lucroſam occaſionem nactus, per quam veſaniam & furorem ſuum adimpleret, miſit eos, qui templum clauderent & ignem circumcirca accenderent, &c.*

(f) Baron. ad an. CCCI. num. XLI --- XLVIII.

(g) Lactant. lib. V. c. XI. Euſeb. lib. VIII. c. XI. Vid. cap. II. §. VIII. ſub litt. (y) & (z) pag. 44.

(h) Chryſoſt. homil. XXXI. de baptiſmo Chriſti. tom. V. pag. 467. (p. 417. edit. Francof.) *τῶν δὲ ἀπολογουμένων, ὅτι παλαιὰ καὶ ἀρχαία ἐστὶ, καὶ ἄνωθεν τοῖς ἀπὸ Θρᾴκης μέχρι Γαδείρων οἰκοῦσι κατάδηλος καὶ ἐπίσημος γέγονε.*

(i) Ammian. lib. XXI. p. 195. Vt hæc interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes menſe Ianuario chriſtiani epiphania dictitant, progreſſus in eorum eccleſiam, ſollemniter numine orato, diſceſſit.

talem

talem & epiphaniam tunc temporis in *Gallia* vnam eamdemque sollemnitatem fuisse colligunt. Quod si autem considetes, *Galliam* fuisse e prouinciis *Occidentalibus*, in quibus hi dies festi semper separatim celebrati fuerunt, probabilius est, ZONARAM in hoc die hallucinasse. Vtcumque autem est, tuto nobis concludere licet, diem natalem & diem epiphaniæ hoc tempore festos haberi consueuisse in *Gallia*. Et hoc nobis quidem ad tuendam sollemnis obseruationis eorum antiquitatem sufficit.

§. V.

Hoc festum eadem religiosa veneratione, qua dies dominica, celebratum.

QVOD ad rationem celebrandi hoc festum attinet, maxima cum veneratione id eos fecisse, obseruare licet. Nam de eo magnifice semper loquuntur, tamquam præcipua christianorum sollemnitate, a qua reliqui festi dies omnes originem suam traxerint. Ita CHRYSOSTOMVS [*k*], *Appetit*, inquit, *festum omnium festorum maxime venerandum tremendumque: quod si quis appellet omnium festorum metropolin, haudquaquam aberret. Quid autem hoc est? Christi iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim festum epiphaniarum, ac sacrum pascha, adscensio & pentecoste originem ac fundamentum ducunt. Nisi enim secundum carnem natus esset CHRISTVS, nequaquam baptizatus esset, nam id festum theophaniorum; nequaquam fuisset crucifixus, nam hoc est festum paschæ; nequaquam misisset spiritum sanctum, quod est festum pentecostes. Itaque ab hoc, ceu fonte quopiam diuersi fluuii, nata sunt nobis hæc festa. Verum non ob hoc tantum par est hunc diem ceteris anteponi, sed etiam ob id, quod in hoc*

(*k*) Chrysost. homil. XXXI. de Philogonio. tom. I. p. 399. (p. 313. edit. Francof.) *καὶ γὰρ ἑορτὴ μέλλει προσελαύνειν, ἡ πασῶν ἑορτῶν σεμνοτάτη καὶ φρικωδεστάτη, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, μητρόπολιν πασῶν τῶν ἑορτῶν προσειπών· τίς δέ ἐστιν αὕτη; ἡ κατὰ σάρκα τοῦ χριστοῦ γέννησις· ἀπὸ γὰρ ταύτης τὰ θεοφάνια, καὶ τὸ πάσχα τὸ ἱερὸν, καὶ ἡ ἀνάληψις, καὶ ἡ πεντηκοστὴ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔλαβον· εἰ γὰρ μὴ ἐτέχθη κατὰ σάρκα ὁ χριστὸς, οὐκ ἂν ἐβαπτίσθη, ὅπερ ἐστὶ τὰ θεοφάνια· οὐκ ἂν ἐσταυρώθη, ὅπερ ἐστὶ τὸ πάσχα· οὐκ ἂν τὸ πνεῦμα κατέπεμψεν, ὅπερ ἐστὶν ἡ πεντηκοστή· ὥστε ἐντεῦθεν, ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς ποταμοὶ διάφοροι ῥυέντες, αὗται ἐτέχθησαν ἡμῖν αἱ ἑορταί· οὐ κατὰ τοῦτο δὲ μόνον δικαία ταύτης ἂν εἴη τῆς προσεδρίας ἀπολαύειν ἡ ἡμέρα, ἀλλ᾽ ὅτι*

natum est, ceteris omnibus est memorabilius. Nam quod Christus, homo factus, sit mortuus, consequentiæ cuiusdam fuit: licet enim nullum omnino peccatum perpetrasset, mortale tamen corpus adsumserat: & erat quidem hoc admirandum: ceterum quod, Deus quum esset, voluerit homo fieri, tantumque sese demittere sustinuerit, quantum ne cogitatione quidem complecti queas, hoc est omnium maxime venerandum stuporisque plenum; Quod quidem & Paulus admirans, dicebat: Sine controuersia magnum pietatis mysterium! Quod magnum? Deus manifestatus in carne. Ac rursus alibi: Non enim angelos apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus adsimilari. Propter hoc potissimum amplector diligoque diem hunc, & amorem eius in medium propono, vt vos huius amatorii pharmaci participes reddam: eoque rogo vos omnes obsecroque, summo studio summaque cum alacritate velitis adesse, sed prius suam quisque domum repurget, vt videamus dominum nostrum in cunis iacentem ac fasciis inuolutum, tremendum ac stupendum spectaculum. In hunc modum sanctus ille pater auditores suos ad celebrandam natiuitatem *CHRISTI* quinque ante diebus inuitabat. Et obseruandum est, hunc diem eadem veneratione & religiosa sollemnitate fuisse transactum, qua dies dominicus coli consueuerit. Nam hoc die semper sermones habebant, cuius rei multa exempla apud CHRYSOSTOMVM, NAZIANZENVM, BASILIVM, AMBROSIVM, AVGVSTINVM, LEONEM, CHRYSOLOGVM & alios reperiuntur. Neque hunc diem vmquam sine sollemni eucharistia transire patiebantur. Nam CHRYSOSTOMVS hoc ipso loco populum suum ad sacram mensam cohortatur, adfir-

καὶ τὸ ἐν αὐτῇ γενόμενον τῶν ἄλλων ἁπάντων πολὺ φρικωδέστερόν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἄνθρωπον γενόμενον τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν, τῆς ἀκολουθίας λοιπὸν ἦν· εἰ γὰρ καὶ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν· ἀλλὰ θνητὸν σῶμα ἀνέλαβεν· καὶ ἦν μὲν καὶ τοῦτο θαυμαστόν· τὸ δὲ Θεὸν ὄντα ἄνθρωπον θελῆσαι γενέσθαι καὶ ἀνασχέσθαι καταβῆναι τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ διάνοια δέξασθαι δύναται. τοῦτό ἐστι τὸ φρικωδέστατον, καὶ ἐκπλήξεως γέμον· ὃ δὴ καὶ Παῦλος θαυμάζων ἔλεγεν· καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· ποῖον μέγα; Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται ὁ Θεός, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὀφείλει κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι· διὰ τοῦτο μάλιστα ἀσπάζομαι τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ φιλῶ· καὶ τὸν ἔρωτα εἰς μέσον προτίθημι, ἵνα κοινωνοὺς ὑμᾶς ποιήσω τοῦ φίλτρου· διὰ τοῦτο δέομαι πάντων ὑμῶν καὶ ἀντιβολῶ, μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ προθυμίας παραγενέσθαι, τὴν οἰκίαν ἕκαστος κενώσαντο τὴν ἑαυτοῦ· ἵνα ἴδωμεν τὸν δεσπότην ἡμῶν ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον, ἐσπαργανωμένον, τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο καὶ παράδοξον θέαμα.

mans

mans eis [*], ſi cum fide acceſſerint, fore, vt *CHRISTVM* videant in præſepi iacentem. Hanc enim menſam vicem explere dicit præſepis. Nam & heic poni corpus dominicum, non quidem faſciis inuolutum, ſicuti tunc, ſed vndiquaque ſpiritu ſancto conueſtitum. Et vt hæc ſollemnitas in vniuerſum obſeruaretur, libertas hoc die dabatur ſeruis a conſuetis laboribus ceſſandi, perinde ac die ſabbati & dominica. Cuius rei ſpeciatim mentio fit ab auctore *conſtitutionum* ſic dictarum *apoſtolicarum* [*l*]: *Feſto natalis ceſſent* (ſerui) *ab opere, eo quod tunc hominibus tributum fuit inexſpectatum beneficium, vt nempe Dei verbum IESVS CHRISTVS ex Maria virgine naſceretur ad mundi ſalutem.* Omne quoque ieiunium ſeuere prohibitum erat hoc feſto, ſicuti die dominico: Nec quiſquam ſine impiæ alicuius hæreſis ſuſpicione hanc regulam violare poterat, vti ex eis apparet, quæ de *Priſcillianiſtis* dicit LEO pontifex *Romanus* [*m*]: *Natalem CHRISTI*, inquiens, *quem ſecundum ſuſceptionem veri hominis catholica eccleſia veneratur, quia verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, non vere iſti honorant, ſed honorare ſe ſimulant, ieiunantes eodem die ſicut & die dominico, qui eſt dies reſurrectionis CHRISTI. Quod vtique ideo faciunt, quia Chriſtum dominum in vera hominis natura natum eſſe non credunt, ſed per quamdam illuſionem oſtentata videri volunt, quæ vera non fuerint; ſequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis ſuis Manichæis per omnia concordantes.* Huic igitur & ſimilibus hæreſibus vt ſeſe opponeret eccleſia, magna ſemper ſeueritate vtebatur in eos, qui natalem *CHRISTI* ieiunio tranſigere auſi eſſent.

DENIQVE ad nullam non venerationem huic diei conciliandam, eccleſia ab omnibus ciuibus ſuis requirebat, vt religioſos conuentus in eccleſiis oppidanis frequentarent, nec ad vllam minorem eccleſiam in agris commearent, niſi neceſſita-

(*) Ibid. p. 356. edit. Francof. *καὶ γὰρ ἂν μετὰ πίστεως παραγενώμεθα, πάντως αὐτὸν ὀψόμεθα ἐπὶ τῆς φάτνης κείμενον· ἡ γὰρ τράπεζα αὕτη τάξιν τῆς φάτνης πληροῖ· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα κείσεται τὸ σῶμα τὸ δεσποτικόν· οὐχὶ ἐσπαργανωμένον, καθάπερ τότε, ἀλλὰ πανταχόθεν ἁγίῳ πνεύματι περιστελλόμενον.*

(*l*) Conſtitut. lib. VIII. c. XXXIII. Vid. ſupra §. III. ſub litt. (*y*) pag. 72.

(*m*) Leo epiſt. XCIII ad Turibium c. IV. (tom. III. concil. p. 1412. Conf. Conc. Bracar. I. c. IV. (tom. V. p. 873.) vbi eadem leguntur.

re aliqua vel infirmitate ita facere compellerentur [n]. Leges imperiales omnes publicos ludos & spectacula hoc die æque ac die dominico prohibebant. Quamquam enim principio prohibitio ad solum diem dominicum spectabat, THEODOSIVS tamen iunior [o] eam ad diem quoque epiphaniorum, pascha & quinquaginta dies pentecostales extendebat, quia hisce temporibus totæ mentes christianorum Dei cultibus occupatæ esse deberent. Sunt [p], qui ecclesiam festum natiuitatis *CHRISTI* & epiphaniorum hoc anni tempore ideo instituisse existimant, vt vanis oblectamentis & gaudiis contra iret, quibus gentiles in *Saturnalibus* suis & *kalendis Ianuariis* hoc ipso anni tempore indulgebant. NAZIANZENI adhortatio ad populum suum in natiuitate *CHRISTI* eo directe spectare videtur, quando auditores suos præmunire adlaborat, ne in easdem illecebras abripiantur [q]: *Non, vt in publicis festis fieri solet*, inquit, *sed diuine; non mundane, sed supramundane; non nostra, sed nostri, vel, vt rectius loquar, domini: non, quæ infirmitatis sunt, sed quæ curationis; non quæ creationis, sed quæ recreationis, celebremus. Id autem qua ratione consequemur? Nempe si nec domus vestibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum muliebriter deliniamus, nec gustui lenocinemur, nec tactui gratificemur, promtis inquam illis ad vitium viis & peccati ianuis, nec teneris & circumfluentibus vestibus emolliamur, quo-*

(n) Concil. Aurel. I. c. XXVII. Vt nulli ciuium paschæ, natalis vel quadragesimæ sollemnia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

(o) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de spectaculis, leg. V. Dominico & natali, atque epiphaniorum Christi, paschæ etiam & quinquagesimæ diebus --- omni theatrorum atque circensium voluptate per vniuersas vrbes earumdem populis denegata, totæ christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur, cetera.

(p) Hospinian. de festis christianor. p. 121. Not. In mea edit. nihil huius exstat.

(q) Nazianz. orat. XXXVIII. in theophaniam siue natalem Christi p. 614. 615. τοιγαροῦν ἑορτάζωμεν, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς· μὴ κοσμικῶς, ἀλλ' ὑπερκοσμίως· μὴ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ τοῦ ἡμετέρου, μᾶλλον δὲ τὰ τοῦ δεσπότου· μὴ τὰ τῆς ἀσθενείας, ἀλλὰ τὰ τῆς ἰατρείας· μὴ τὰ τῆς πλάσεως, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀναπλάσεως· ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; μὴ πρόθυρα στεφανώσωμεν, μὴ χοροὺς συστησώμεθα, μὴ κοσμήσωμεν ἀγυιάς, μὴ ὀφθαλμὸν ἑστιάσωμεν, μὴ ἀκοὴν καταυλήσωμεν, μὴ ὄσφρησιν ἐκθηλύνωμεν, μὴ γεῦσιν καταπορνεύσωμεν, μὴ ἁφῇ χαρισώμεθα ταῖς

rum

rum quod pulcherrimum est, nulli vsui est, nec gemmarum splendoribus nec auri fulgoribus, nec colorum artificiis, natiuam pulchritudinem ementientibus, atque aduersus diuinam imaginem excogitatis: nec commessationibus & ebrietatibus, quibus cubilia & impudicitias adiuncta esse scio; quandoquidem malorum magistrorum malæ doctrinæ sunt, vel potius malorum seminum malæ segetes. Nec toros altos figamus, ventri delicias sternentes. Nec fragrantia vina, coquorum lenocinia, ingentis sumtus vnguenta in pretio habeamus. Nec terra & mare pretiosum nobis stercus dono offerant (hoc enim honore delicias afficere soleo). Nec alius alium intemperantia superare contendamus. Mihi enim intemperantia est, quidquid superfluum est, vsusque necessarios excedit: idque esurientibus aliis, atque inopia laborantibus: iis inquam, qui ex eodem luto & temperamento constant. Verum hæc gentilibus, ac gentilitiis pompis, festisque relinquamus: qui etiam iis, quos sacrificiorum nidor oblectat, deorum nomen tribuunt apteque proinde diuinum numen ventre colunt, mali vtique malorum dæmonum & fictores & sacerdotes & cultores. At nos, a quibus verbum adoratum, si quid deliciis dandum est, in sermone deliciemur, atque in lege diuina & narrationibus, cum aliis, tum iis præsertim, quæ præsenti festo consentaneæ sunt.

§. VI.

De epiphania *tamquam distincta sollemnitate.*

QVOD ad *epiphaniam* attinet, qui eam obseruabant vt sol-

προχείροις εἰς κακίαν ὁδοῖς, καὶ εἰσόδοις τῆς ἁμαρτίας· μὴ ἐσθῆτι μαλακισθῶμεν, ἁπαλῇ τε καὶ περιῤῥεούσῃ, καὶ ἧς τὸ κάλλιστον ἀχρηστία· μὴ λίθων διαυγείαις, μὴ χρυσοῦ περιλάμψεσι, μὴ χρωμάτων σοφίσμασι, ψευδομένων τὸ φυσικὸν κάλλος, καὶ κατὰ τῆς εἰκόνος ἐξευρημένων· μὴ κώμοις καὶ μέθαις, οἷς κοίτας καὶ ἀσελγείας οἶδα συνεζευγμένας· ἐπειδὰν κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα· μᾶλλον δὲ πονηρῶν σπερμάτων πονηρὰ τὰ γεώργια· μὴ στιβάδας ὑψηλὰς πηξώμεθα σκηνοποιοῦντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς θρύψεως· μὴ τιμήσωμεν οἴνων τὰς ἀνθοσμίας, ὀψοποιῶν μαγγανείας, μύρων πολυτελείας· μὴ γῆ καὶ θάλασσα τὴν τιμίαν ἡμῖν κόπρον δωροφορείτωσαν· οὕτω γὰρ ἐγὼ τιμᾶν οἶδα τρυφήν· μὴ ἄλλος ἄλλον ἀκρασίᾳ νικᾶν σπουδάζωμεν· ἀκρασία γὰρ ἐμοὶ πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν· καὶ ταῦτα πεινώντων ἄλλων, καὶ δεομένων, τῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ τε καὶ κράματος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν Ἕλλησι παρῶμεν, καὶ ἑλληνικοῖς κόμποις καὶ πανηγύρεσιν· οἳ καὶ θεοὺς ὀνομάζουσι κνίσσαις χαίροντας, καὶ ἀκολούθως τὸ θεῖον τῇ γαστρὶ θεραπεύουσι· πονηροὶ πονηρῶν δαιμόνων καὶ πλάσται, καὶ μυσταγωγοί, καὶ μύσται τυγχάνοντες· ἡμεῖς δέ, οἷς λόγος τὸ προσκυνούμενον, κἄν τι δέῃ τρυφᾶν, ἐν λόγῳ τρυφήσωμεν, καὶ θείῳ νόμῳ, καὶ διηγήμασι τοῖς τε ἄλλοις καὶ ἐξ ὧν ἡ παροῦσα πανήγυρις.

lemni-

lemnitatem a natiuitate diſtinctam, faciebant id maxime propter baptiſmum *CHRISTI* & apparitionem ſtellæ, quæ magos ex *Oriente* ad adorandum ſeruatorem noſtrum duxerat. Quibus duabus rationibus alii duas alias addunt, miraculum ſcilicet redemtoris noſtri in *Cana Galilææ* patratum, quando aquam in vinum mutauit; & alterum eius miraculum, quando quinque hominum millia quinque panibus ſaturauit. Quæ rationes omnes ſimul adlegantur in vno ſermonum iſtorum in hunc diem, qui AVGVSTINO vulgo adſcribuntur: *Hodie* [r] *illud ſacramentum colimus, quo ſe in homine Deus virtutibus declarauit, pro eo quod in hac die, ſiue quod in cælo ortus ſui nuntium præbuit; ſiue quod in Cana Galilææ in conuiuio nuptiali aquam in vinum conuertit; ſiue quod in Iordanis vndis aquas ad reparationem humani generis ſuo baptiſmo conſecrauit; ſiue quod de quinque panibus quinque millia hominum ſatiauit. In quolibet horum ſalutis noſtræ myſteria continentur & gaudia.* PETRVS CHRYSOLOGVS [s] & EVCHERIVS archiepiſcopus *Lugdunenſis* [t] trium priorum rationum, non autem poſtremæ, meminerunt. LEO epiſcopus *Romanus* [u] octo ſermones habet in hanc ſollemnitatem, in quibus haud aliam rationem vrget, quam manifeſtátam magis ſtella indice Chriſti natiuitatem. Contra ea HIERONYMVS [x] dicit, hunc diem maxime celebrari in commemorationem baptiſmatis *CHRISTI*, & vt ſignificetur, quod tunc orbi manifeſtatus ſit per vocem de cælo, dicentem: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Scriptores *Græci* communiter huic rationi inſiſtunt. *Qui ſit*, inquit CHRYSOSTOMVS [y], *vt non ea dies, qua natus eſt, epiphania & apparitio appelletur, ſed ea, qua baptizatus eſt; Quia nimirum*

(r) Auguſtin. ſerm. XXIX. de tempore.

(s) Chryſol. ſerm. CLVII. de epiphania & magis. (tom. VII. bibl. patr. max. ed. Lugdun. MDCLXXVII. p. 964. 965. Per epiphaniam magi Chriſtum dominum muneribus myſticis confitentur &c. Per epiphaniam Chriſtus in nuptiis aquas ſaporauit in vinum, cetera. Per epiphaniam Chriſtus Iordanis vndas ad baptiſma noſtrum conſecratas intrauit, cetera.

(t) Eucher. homil. in vigil. S. Andreæ.

(u) Leo ſermon. in epiphan. p. 25. (tom. VII. biblioth. patr. max. p. 1004 - 1011.

(x) Hieron. in Ezech. p. 479. Vid. §. III. ſub litt. (y) pag. 72.

(y) Chryſoſt. homil. XXIV. de bapt. Chriſti. tom. I. p. 311. (p. 276. edit. Francof.) τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ἐβαπτίσθη, ἐπι-

non

non omnibus manifestus est redditus, quum partu est editus, sed quum est baptizatus: nam ad hunc vsque diem vulgo erat ignotus. Sicut constat ex istis Ioannis baptistæ verbis, Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Quid vero mirum, si alii non nossent, quando illum etiam ipse baptista ad eum vsque diem ignorabat? Et ego nesciebam eum, inquit, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. GREGORIVS NAZIANZENVS eamdem rationem obseruationis huius sollemnitatis reddit. *Sanctus luminum dies,* inquit [z], *ad quem peruenimus, quemque hodie diuino beneficio celebramus, pro principio quidem Christi mei, hoc est, veræ lucis, omnem hominem in mundum venientem illuminantis, baptismum habet.* Similiter GREGORIVS NYSSENVS [a] sermonem suum in baptisma *CHRISTI* inscripsit, *In diem luminum, in quo baptizatus est dominus noster.* Et ASTERIVS episcopus *Amaseæ*, loquens de præcipuis christianorum diebus festis [b], ait: *Natalem celebramus, quod per hoc tempus sese Deus in carne mortalibus ostenderit. Luminum festum agitamus, quod peccatorum remissione donati, tamquam ex obscuro prioris vitæ ergastulo ad lucidam atque a crimine liberam vitam subuehamur.*

φάνεια λέγεται; -- ἐπειδὴ οὐχ ὅτε ἐτέχθη, τότε πᾶσιν ἐγένετο κατάδηλος· ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίσατο· μέχρι γὰρ ταύτης ἠγνοεῖτο τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς· καὶ ὅτι ἠγνόουν αὐτὸν, οἱ πολλοὶ, καὶ οὐκ ᾔδεισαν ὅστις ποτὲ ἦν, ἄκουσον τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου λέγοντος· μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἄλλοι ἠγνόουν, ὅπουγε καὶ αὐτὸς ὁ βαπτιστὴς αὐτὸν ἠγνόει ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης; καὶ γὰρ ἐγώ, φησιν, οὐκ ᾔδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

(z) Nazianz. orat. XXXIX. in sancta lumina tom. I. p 624. ἡ ἁγία τῶν φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἐμοῦ χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον, ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

(a) Nyssen. orat. de bapt. Christi. tom. III. p. 366. εἰς τὴν ἡμέραν τῶν φώτων, ἐν ᾗ ἐβαπτίσθη ὁ κύριος ἡμῶν.

(b) Alter. hom. IV in festum kalendarum ap. Combefis. auctar. tom. I. p. 67. γενέθλια ἑορτάζομεν, ἐπειδὰν τὰ ἐν σαρκὶ θεοφάνια κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἔδειξεν ἡμῖν ὁ θεός. φῶτα πανήγυριν ἄγομεν, ἐπειδὰν τῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσει, οἷον ἐκ σκοτεινοῦ τινὸς δεσμωτηρίου, τοῦ προτέρου βίου, πρὸς τὸν φωτεινὸν καὶ ἀνεύθυνον ἀναγόμεθα.

§. VII.

Cur hic dies a nonnullis appelletur epiphania fecunda, *&* dies luminum.

QVVM baptifmus generatim φῶς & φώτισμα *lumen* & *illuminatio*, a magnis & admirandis effectis fuis, nominaretur: Hic dies, vtpote dies baptifmatis Chrifti creditus, ideo appellabatur *ἡμέρα φώτων*, vel *ἅγια φῶτα*, *dies luminum*, vel *fancta lumina*, fiue *illuminatio*. Sicut non folum ex ante memoratis GREGORII NAZIANZENI & GREGORII NYSSENI locis, fed ex diuerfis etiam aliis *Græcis* fcriptoribus apparet, a SVICERO [c] notatis, qui iure reprehendit XYLANDRVM & PAMELIVM, quod diem facrorum luminum dicant effe eum, quem alias *purificationis Mariæ* vocant, *Germanice Lichtmefs*, quia in ecclefia *Romana*, quæ nunc eft, hoc die candelas fuas cereas confecrare folent; quum tamen iftiufmodi follemnitas nec tempore GREGORII NAZIANZENI & GREGORII NYSSENI, nec multis annis poft in ecclefia obtinuerit, vfque dum impe-

(c) Suicer. thefaur. eccleſ. tom. II. p. 1487. Dies baptifmi Chrifti vocatur *ἡμέρα τῶν φώτων*, *dies luminum* a Gregor. Nazianzeno orat. XXXIX. p. 624. *ἡ ἁγία* &c. (vid. fub litt. (z) pag. 81.) Ipfius orationis titulus eft: *εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων λόγος.* Nicetas ad hæc: *Baptifmus luminum nomine appellatur, quod purget & illuftret. Quo etiam fit, vt faces eo tempore in lætitiæ fignum accendamus. Ac principium quidem & cauffa huius fefti baptifmus Chrifti eft.* Id fatis etiam perfpicuum ex titulo orationis Gregor. Nyffeni in baptifmum Chrifti, tom. III. p. 366. vid. fub litt. (a) pag. 81.) Pantoleon hoc feftum vocat *τὰ ἅγια φῶτα*, *fancta lumina.* Typicum: Ἔκδοσις τῆς ἁγιασμοῦ τῇ παραμονῇ τῶν ἁγίων φώτων. *Notitia benedictionis, quæ fit in vigilia fanctorum luminum.* Cedrenus in Romano Lacapeno, pag. 609. Ῥωμανὸς δὲ ταινιωθεὶς τῷ βασιλικῷ διαδήματι, στέφει κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῶν ἁγίων φώτων καὶ τὴν ἑαυτῆς σύζυγον Θεοδώραν. *Coronatus autem Romanus, ipfo eo die luminum*, epiphaniæ fcilicet, *vxorem quoque fuam Theodoram coronat.* Xylander in notis ad hunc locum: *Diem facrorum luminum puto effe, quem alias purificationis Mariæ vocant, Lichtmefs.* Pamelius in epift. XXXIV. Cypriani, num. XIII. p. 65. *Feftum etiam, quod hodie* purificationis, *olim, tefte Beda, ὑπαπαντὴ, dicebatur, celebrat homilia de luminibus fiue fecundis epiphaniis D. Gregorius Nazianzenus.* Eadem aliorum etiam eft fententia. Sed nihil minus. *Purificatio* enim *virginis*, Græcis ὑπαντὴ, fiue ὑπαπαντὴ, *occurfus*, fecundo Februarii die celebratur: *Baptifmi* vero *Chrifti feftum* fexto Ianuarii tam apud Græcos, quam Latinos celebratur. cetera.

rante

rante *Iustiniano* a *Græca* ecclesia sub nomine *ὑπαντῆς* siue *ὑπαπαντῆς* instituèretur. Hinc, quando NAZIANZENVS [*d*] alio loco inducit quosdam, rationem cur baptismum suum differant, reddentes, quorum alius dicat, *μένω τὰ φῶτα*, *luminum diem exspecto;* alius, *paschatis festum pluris facio*; Rursus alius, *Pentecosten exspectabo:* Planum omnino est, diem luminum non posse significare festum purificationis *Mariæ* virginis (quod non erat sollemne tempus baptismi) sed epiphaniam, in qua ecclesia *Græca* homines ad baptismum admittebat, vtpote quæ vnum ex tribus sollemnibus baptismi temporibus erat, idque ob baptismum seruatoris nostri (quem [*e*] secundam ipsius natiuitatem, vel secundam epiphaniam vocabant) quando diuinitas eius clarius manifestabatur per vocem, ex cælo venientem dicentemque: *Hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco.*

§. VIII.

Celebratus vti reliquæ maiores festiuitates, & certo respectu magis cognitus, vtpote vnum ex tribus sollemnibus temporibus baptismi in ecclesia Græca.

IMMO obseruare licet, quod in ecclesia *Græca* hic dies certo respectu notabilior fuerit ipso natali *CHRISTI*; vtpote inter tria sollemnia tempora baptismi relatus, quod de natali dici nequit. In *Latina* quidem ecclesia hoc priuilegium non habuit. Nam, quemadmodum alicubi [*] ostendimus, *Romana*, *Gallicana* & *Hispanica* ecclesiæ per multa sæcula haud alia sollemnia tempora baptismi admittere voluerunt, præter pascha & pentecosten, nisi morbus vel alia quædam necessitas aliter fieri

(*d*) Naz. orat. XL. de bapt. p. 654. *τὸ καὶ τὸ σπήπη, καὶ προφασίζῃ προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις· μένω τὰ φῶτα, τὸ πάσχα μοι τιμιώτερον, τὴν πεντηκοστὴν ἐκδέξομαι.*

(*e*) Vid. Coteler. not. in constit. lib. V. c. XIII. Epiphania diuisa fuit in primam & secundam. *Duæ sunt autem epiphaniæ*, ait Isidorus Originum VI, 18. *prima, in qua natus Christus pastoribus Hebræorum angelo nuntiante apparuit: secunda, in qua ex gentium populis stella indice præsepis cunabula magos adoraturos exhibuit.* Cui partitioni suffragatur Rufinus, dum Gregorii Nazianzeni orationi XXXIX titulum facit, *de secundis epiphaniis*, in codice Diuionensi, quem ad Vigilium Tapsensem laudat Chiffletius.

(*) Lib. XI. cap. VI. §. VII. vol. IV. p. 246. seqq.

iube-

iuberet. *Græca* autem & *Africana* ecclesiæ epiphaniam quoque diem baptismi fecerunt, sicut non solum ex ante memorato NAZIANZENI loco, sed ex VICTORE etiam VTICENSI [*f*], IOANNE MOSCHO [*g*] & antiquo libro rituali, quem *typicum Sabæ* vocant, apparet. Quibus addere possumus, quod CHRYSOSTOMVS [*h*] dicit, „quod in hac sollemnitate, in memoriam „baptismi *CHRISTI*, quo aquarum naturam sanctificauit, sub „mediam noctem, quum aquati fuerint, domum latices referant ac recondant, & per integrum annum conseruent, fiat„que miraculum euidens, dum nihil temporis longinquitate a„quarum illarum natura vitietur, sed integro anno atque adeo „biennio & triennio sæpe, quæ isto die fuerit hausta, incorru„pta & recens permaneat, ac post tantum temporis cum iis, „quæ nuper fuerint e fontibus eductæ, certet„. Et FRONTO DVCAEVS [*i*] similem consuetudinem obseruat in kalendario *Syrorum* apud GENEBRARDVM ad hunc ipsum diem. Quod ipsum peculiarem ritum ecclesiæ *Orientalis* fuisse, arguit. Ceterum obseruatio huius diei eadem erat atque natiuitatis aliarumque maiorum festiuitatum. Sermones enim habebantur & communio distribuebatur hoc die, & serui libertatem habebant cessandi ab opere manuum, vt religioso huius diei cultui vacare possent. Ad quam consuetudinem respiciens auctor *constitutionum* [*k*] ita præcipit: *In epiphaniæ festo vacent serui;*

(*f*) Vict. de persecut. Vandal. lib. II. bibliothec. patr. tom. VII. p. 6c3. (p. 1908. d. edit. MDLXXXIX.) Vid. vol. IV. p. 253 sub litt. (x).

(g) Mosch. prat. spirituale cap. CCXIV. ibid. sub litt. (u).

(*h*) Chrysost. hom. XXIV. de bapt. Christi tom. I. p. 311. (p. 276. edit. Francof.) διά τοι τοῦτο καὶ μεσονυκτίῳ κατὰ τὴν ἑορτὴν ταύτην ἅπαντες ὑδρευσάμενοι οἴκαδε τὰ νάματα ἀποτίθενται καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον φυλάττουσιν, ἅτε δὴ σήμερον ἁγιασθέντων τῶν ὑδάτων· καὶ τὸ σημεῖον γίνεται ἐναργὲς, οὐ διαφθειρομένης τῆς τῶν ὑδάτων ἐκείνων φύσεως τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀλλ' εἰς ἐνιαυτὸν ὁλόκληρον καὶ δύο καὶ τρία πολλάκις ἔτη τοῦ σήμερον ἀντληθέντος ἀκεραίου καὶ νεαροῦ μένοντος, καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τοῖς ἄρτι τῶν πηγῶν ἐξαρπασθεῖσιν ὕδασιν ἁμιλλωμένου.

(*i*) Fronto Duc. in loc. p. 63. (p. 46. edit. Francof. Nota veterum christianorum morem, cuius vestigium etiamnum restat in kalendario Syrorum apud Genebrardum VI Ianuarii, *Ea nocte*, inquit, *aqua consecratur in totum annum.*

(*k*) Constitut. lib. VIII. c. XXXIII. τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν [οἱ δοῦλοι] *quia*

quia in eo demonſtrata eſt Chriſti diuinitas, quando pater teſtimonium ei præbuit in baptiſmo, & paracletus in ſpecie columbæ oſtendit eum, cui perhibitum erat teſtimonium. Et licet initio hic dies actibus iuridicis & negotiis forenſibus non exemtus, nec publicorum ludorum & ſpectaculorum præbitio in eo prohibita eſſet: Tandem tamen *Theodoſius* iunior [*l*] honorificum ei locum inter iſtos dies dedit, in quibus publici ludi non permittendi erant; eo quod homines diſcrimen facere oporteret inter dies ſupplicationum & dies voluptatum. Et *Iuſtinianus* recitans legem quamdam *Theodoſii* magni [*m*], in die natali non minus quam in die epiphaniarum iura differri, nec ſpectaculorum copiam fieri iubet. Atque ita fuit in legibus *Viſigothorum* [*n*], publicatis ex legum *Romanarum* corpore a *Reciſwindo* aliiſque *Gothorum* regibus, & in veteri interpretatione *Gothica* legum codicis *Theodoſiani* [*o*]. Vnde concludere poſſumus, euaſiſſe ſtatam regulam ac conſuetudinem per *Romanorum* & *Viſigothorum* imperium, vt hæc epiphaniæ feſtiuitas magna cum veneratione celebraretur, nec iudicia hoc die aperirentur ad actiones forenſes, nec theatra ad oblectationes.

§. IX.

Die epiphaniarum tempus celebrandi in ſequenti anno paſchatis denuntiari ſolitum.

VNVM adhuc habeo, quod quaſi in tranſitu de hoc die obſeruem: Quod illi, quibus cura cycli paſchalis, ſiue computatio paſchatis commiſſa fuerit, hoc ipſo epiphaniarum die

διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς τȢ χριςȢ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τȢ πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τȢ παρακλήτȢ ἐν εἴδει περιςερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεςῶσι τὸν μαρτυρηθέντα.

(*l*) Cod. Theodoſ. lib. XV. tit. V. de ſpectac. leg. V. Vid. ſupra cap. II. §. IV. ſub litt. (z) pag. 31.

(*m*) Cod. Iuſtin. lib. III. tit. XII. de feriis leg. VII. Dies etiam natalis atque epiphaniorum Chriſti & quo tempore commemoratio apoſtolicæ paſſionis, totius chriſtianitatis magiſtræ, a cunctis iure celebratur: in quibus etiam prædictis ſanctiſſimis diebus neque ſpectaculorum copiam reſeramus.

(*n*) Leges Viſigoth. lib. II. tit. I. leg. XI. (cit. Gothofr. ad cod. Theod. lib. II. tit. VIII. p. 124.)

(*o*) Cod. Theodoſ. lib. II. tit. VIII. de feriis, in interpretat. legis II. Nec non & dies natalis domini noſtri, vel epiphaniæ, ſine forenſi ſtrepitu volumus celebrari.

vel circa hoc tempus ſignificare debuerint, quo tempore paſcha, quadrageſimale ieiunium & ceteras ſollemnitates mobiles per inſequentem annum celebrari oporteret. Epiſtolæ, a metropolitano ad epiſcopos prouinciales hac occaſione miſſæ, communiter appellantur *epiſtolæ paſchales* & *heortaſticæ*, in quibus plerumque pauca quædam de vtili quodam & arduo argumento diſſeruntur, & ſub finem antiſtites certiores fiunt de die, quo quadrageſimale ieiunium, paſcha & pentecoſte capere debeant initium. Cuiuſmodi ſunt tres illæ epiſtolæ paſchales THEOPHILI, *Alexandrinorum* epiſcopi, quæ ab HIERONYMO in *Latinum* ſermonem translatæ ſunt, & hodie inter opera HIERONYMI & in *bibliotheca patrum* [p] v.ſuntur. De quibus & reliquis iſtiuſmodi CASSIANVS ait [q]: *Intra Aegypti regionem mos iſte antiqua traditione ſeruatur, vt peracto epiphaniorum die -- epiſtolæ pontificis Alexandrini per vniuerſas dirigantur eccleſias, quibus initium quadrageſimæ & dies paſchæ non ſolum per ciuitates, ſed etiam per vniuerſa monaſteria ſignificentur.* Exſtant & tales aliquot a DIONYSIO, ATHANASIO, CYRILLO, INNOCENTIO [r] & LEONE [s] exaratæ. Habentur quoque in conciliis [t] decreta quædam, quibus primates prouinciarum iubentur litteras ſuas en-

(p) Biblioth. patr. tom. III. p. 79. (tom. V. p. 843. ſeqq. ed. Lugdun. MDCLXXVII.)

(q) Caſſian. collat X. c. II.

Vid. Sozom. lib. VIII. c. XI. καὶ Θεόφιλος δὲ ταύτης ἔχεσθαι δόξης, ἐν ἐκκλησίᾳ παρεκελεύσατο, καὶ ἐν ἐπιστολῇ, ἣν ἐξ ἔθους περὶ τῆς πασχαλίας ἑορτῆς ἔγραφε, καὶ ἀσώματον χρῆναι νοεῖν τὸν Θεὸν εἰσηγεῖτο, καὶ ἀνθρώπου σχήματος ἀλλότριον. *Et hanc quidem ſententiam Theophilus amplectendam eſſe publice in eccleſia docuit: &* in epiſtola, quam ex more ſcripſit de feſto paſchali, *Deum incorporeum intelligi oportere & ab humana figura alienum.*

(r) Innocent. epiſt. XI. de ratione paſchali (tom. II. concil. p. 1264.) Dionyſ. ap. Euſeb. lib. VII. c. XX. tot. Athanaſ. epiſt. heortaſtic. Cyrill. ſerm. XXX.

(s) Leo epiſt. XCIII. al. XCV. ad epiſcopos Gallos.

(t) Concil. Arelat. I. c. I. Primo loco de obſeruatione paſchæ dominicæ, vt vno die & vno tempore per omnem orbem a nobis obſeruetur, & iuxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

Concil. Carthagin. III. c. I. Placuit in principio propter errorem, qui ſæpe ſolet oboriri, vt omnes Africanæ prouinciæ epiſcopi obſeruationem paſchalem ab eccleſia Carthaginenſi curent accipere. Can. XLI. Adiicimus, de die

cycli-

cyclicas mittere, vt de his rebus ecclesias, iurisdictioni suæ subiectas, in tempore faciant certiores. Speciatim concilium *Aurelianense* quartum, loquens de tempore celebrandi pascha secundum laterculum *Victorii* (*Victorem* nominat): *Quæ festiuitas*, inquit, *annis singulis ab episcopo epiphaniorum die* [u] *in ecclesiis denuntietur. De qua sollemnitate quoties aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per metropolitanos a sede apostolica sacra constitutio teneatur.* Et hoc ipsum ad proxime sequentis maioris festi considerationem nos deducit, quod erat pascha.

LIBRI VICESIMI
CAPVT QVINTVM
DE PASCHATE.
§. I.

Sollemnitati paschali antiquis temporibus quindecim dies adsignati, tota videlicet hebdomas, quæ diem dominicæ resurrectionis antecedit, & hebdomas, quæ eam insequitur.

DE paschali loquentes sollemnitate, istam eius partem hoc loco tantum considerabimus, quæ proprie festa fuit. Sciendum enim est, veteres communiter quindecim dies integræ sollemnitati paschali præstituisse, hoc est, hebdomadem, quæ diem dominicam resurrectionis antecedit, & hebdomadem, quæ eam insequitur. Quarum vna πάσχα σταυρώσιμον, *pascha crucis*, altera πάσχα ἀναστάσιμον, *pascha resurrectionis* vocabatur. Vtriusque generis exempla lectori erudito exhibet IOANNES

paschæ nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi instruamur & non sub angusto temporis spatio.

Concil. Carth. V. c. VII. Placuit, vt dies venerabilis paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur.

(u) Concil. Aurelian. IV. c. I. Placuit, vt sanctum pascha secundum laterculum Victoris ab omnibus sacerdotibus vno tempore celebretur. Quæ festiuitas, cetera.

It. Concil. Antissiodor. can. II. Vt omnes presbyteri ante epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuntient, & in ipsa epiphania ad populum indicent.

CASPAR

CASPAR SVICERVS [a]. Nomen generale *pascha* (quod est de *Hebraeo pesach*, quod *transitum* significat) vtrumque comprehendit. Nam pascha christianum tam passionem quam resurrectionem includit redemtoris nostri, qui est verus agnus paschalis, pro nobis sacrificatus. Quapropter licet vocabulum nostrum *Anglicanum easter*, generatim ad significandam resurrectionem vsurpetur; antiquum tamen vocabulum *pascha* latiore sensu accipiebatur, vt non minus pascha crucifixionis quam pascha resurrectionis dominicae denotaret. Et hanc ob caussam veteres communiter de paschate loquuntur, tamquam quod quindecim dies sollemnitate sua complectatur, includens hebdomadem memoriae passionis, nec non hebdomadem memoriae resurrectionis dominicae consecratam. Ita *Theodosius* [b] in lege quadam, qua, quos dies ab omnibus negotiis iuridicis immunes esse oporteat, decernit, sanctos paschae dies eis accenset, qui septeno vel praecedunt numero vel sequuntur. Et GOTHOFREDVS in erudito commentario in hunc locum, PAPINIANVM in legibus [c], ex *Romanis* in vsum *Burgundionum* a se collectis, & AMIANVM in collectione sua pro *Visigothis* [d] eamdem phrasin *quindecim dierum paschalium* retinere obseruat. De his quindecim diebus paschalibus mentio etiam habetur in sermone quodam AVGVSTINI, quem in *dominica in albis*, hoc est, die dominica, diem paschatis proxime insequente, habuit, in quo populum suum hunc in modum adloquitur [e]: *Peracti sunt dies feriati: succedent iam illi conuentionum, exactionum, litigiorum; videte, quomodo in his viuatis, fratres mei: de vacatione dierum istorum mansuetudinem habetis concipere, non ingeniorum consilia meditari. Sunt enim homines, qui propterea vacauerunt per istas dies, vt cogitarent malitias, quas exercerent post dies festos. Petimus vos, vt ita viuatis, tamquam qui Deo rationem reddituri sitis vos sciatis de tota vita, non de solis istis QVINDECIM DIEBVS.* Lex quoque *Constantini magni* apud

(a) Suicer. thesaur. eccles. tom. I. p. 304 & tom. II. p. 1014.

(b) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis. leg. II. Sanctos quoque paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero, vel sequuntur, in eadem obseruatione numeramus.

(c) Papian. lib. responsor. tit. XII. Paschalibus etiam quindecim diebus.

(d) Leg. Visigoth. lib. II. tit. I. leg. XI.

(e) Augustin. serm. XIX. ex editis a Sirmondo. tom. X. p. 811.

SCA-

SCALIGERVM [*f*] memoratur, in qua duæ hebdomades paſchales, vna quidem paſcha antecedens, altera conſequens, excipiuntur ab opere faciundo. Quoniam vero prior ex hebdomadibus paſchalibus ad ieiunium quadrageſimale ſpectat, ſub iſto capite eam conſiderabimus, heic tantum loquuturi de ſollemnitate paſchali, quatenus proprie feſta fuit.

§. II.

Magnæ controuerſiæ in eccleſia de hoc feſto agitatæ; Aliis eodem anni vertentis die id obſeruantibus.

DE hoc igitur feſto magnæ controuerſiæ antiquis temporibus in eccleſia agitatæ ſunt. Etſi enim generatim omnes in obſeruatione eius conſpirabant, magnopere tamen a ſe inuicem diſſentiebant de tempore, quo celebrari illud oporteret; aliis quidem eodem anniuerſario die, aliis decimo quarto die primi menſis noui anni, in quamcumque hebdomadis feriam ille incidiſſet, eum obſeruantibus: Aliis ad primam dominicam poſt primum plenilunium differentibus; & his ipſis in dominica, qua illud celebrarent, ob diuerſam, quam inibant, rationem computandi diſcrepantibus. EPIPHANIVS [*g*] non nullos ex *Quartadecimanis* in *Cappadocia* paſcha ſuum celebrare ait VIII kalend. *Aprilis*, ex actis *Pilati* ſe huius inſtituti rationem didiciſſe dictitantes, in quibus ſcriptum ſit, VIII kal. *Aprilis* ſaluatorem eſſe paſſum. Addit autem EPIPHANIVS, ſe eiuſmodi *Pilati* exemplaria quædam inueniſſe quæ a. d. XVI kal. *Apr.* paſſionem Chriſti contigiſſe narrent. Chriſtiani per *Galliam* itidem ad *Victoris* epiſcopi *Romani* vſque ætatem, ſi BEDA [*h*] vera narrat, paſcha VIII kal. *Aprilis* celebrarunt, eo quod

(*f*) Scalig. de emendat. tempor. p. 776. *τὰς πασχαλίας δύο ἑβδομάδας ἀπράκτους τελεῖν· τήν τε πρὸ τοῦ πάσχα καὶ τὴν μετ' αὐτό.*

(*g*) Epiphan. hæreſ. L. Quartadeciman. n. XI. *Ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν ἄγοντες, καὶ τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν νηστεύοντες, καὶ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες, ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν πιλάτου αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται, τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Απριλλίων τὸν σωτῆρα πεπονθέναι· καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ βούλονται ἄγειν τὸ πάσχα, ὁποίᾳ δ' ἂν ἐμπέσῃ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη τῆς σελήνης. --- ἔτι δὲ εὕρομεν ἀντίγραφα ἐκ τῶν Πιλάτου, ἐν οἷς σημαίνει πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Απριλλίων τὸ πάθος γεγενῆσθαι.*

(*h*) Bed. de ratione temporum cap. XLV. Galli quacumque die VIII kalend. Aprilis fuiſſet, quando Chriſti reſurrectio fuiſſe tradebatur, paſcha ſemper celebrabant. Item de æquinoctio vernali tom. II. p. 232.

isto die *CHRISTVM* resurrexisse crederent. BEDA THEOPHILI episcopi *Caesariensis* & synodi sub ipso habitae citat testimonium. Si autem consideres, quod IRENAEVS episcopus *Lugdunensis*, qui tempore *Victoris* vixit, de ecclesiis *Gallicanis* nihil eiusmodi, sed contrarium potius dicat, quod videlicet pascha nulli certo diei adfixerint, sed illud cum reliquis ecclesiis *Occidentalibus* die dominica, decimum quartum mensis sequente, celebrarint, vero est similius, BEDAM per spuriam aliquam THEOPHILI epistolam & falsa synodi eius acta fuisse deceptum, quae ecclesiis *Gallicanis* id tribuant, cuius prorsus non fuerunt reae.

§. III.

Aliis illud obseruantibus cum Iudaeis quarto decimo mensis die, in quamcumque hebdomadis feriam ille incidisset.

VERVMTAMEN certum est, secundo post natum *CHRISTVM* saeculo magnam controuersiam inter *Asiaticas* & reliquas orbis christiani ecclesias de hac die esse subnatam. PIVS pontifex *Romanus*, qui ad annum CXLVII vixit, decretum faciebat, anniuersariam paschatis sollemnitatem die solum dominica oportere celebrari; cuius in decreti confirmationem dictitabat, *Hermae* fratri suo, qui tunc temporis maxime insignis doctor inter eos erat, angelum apparuisse [*i*] eique praecepisse, vt pascha die dominico ab omnibus celebraretur. Hoc autem non obstante ecclesiae *Asiaticae* antiquam sequebantur consuetudinem, & *Polycarpus* episcopus *Smyrnensis Romam* proficiscebatur, vt cum *Aniceto* hac de re conferret consilia. Enimuero non poterant ambo in eamdem hac de re sententiam flecti. „Neque enim *Anicetus Polycarpo* [*k*] persuadere vmquam poterat, „vt obseruare morem desineret, quem cum *Ioanne*, domini no„stri discipulo, & reliquis apostolis, quibuscum familiariter „vixerat, perpetuo obseruarat. Neque item *Polycarpus Aniceto*

(*i*) Pii epist. I. Hermae angelus domini in habitu pastoris apparuit, & praecepit ei, vt pascha die dominico ab omnibus celebraretur.

(*k*) Iren. epist. ad Victor. ap. Euseb. lib. V. c. XXIV. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου, τοῦ μαθητοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων, οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέ-

„per-

„persuadere conatus est, vt a consuetudine recederet eorum, „qui ante se fuerant, presbyterorum. Nihilo tamen secius „communicarunt sibi inuicem: Et *Anicetus* in ecclesia conse„crandi munus *Polycarpo* honoris caussa concessit, tandemque „cum pace a se inuicem discesserunt„.

Non multo post obitum *Polycarpi* controuersia recruduit *Laodiceæ*, qua occasione MELITO episcopus *Sardicensis* duos libros scripsit *de paschate*, in quibus opinionem *Asianorum* propugnat, quemadmodum ex testimonio & charactere apparet, quem non multo post de ipso dedit POLYCRATES, episcopus *Ephesinus*. Controuersia enim illa per *Victoris* episcopi *Romani* ferociam resuscitata, POLYCRATES [*l*], datis ad *Victorem* litteris, narrabat ei, ecclesias *Asiaticas* quarta decima luna paschatis diem obseruare, quemadmodum a *Philippo* apostolo, qui mortuus sit *Hierapoli*; a *Ioanne* apostolo, qui *Ephesi* extremum diem obierit; a *Polycarpo* episcopo, qui apud *Smyrnam* episcopus & martyr fuerit; a *Thrasea*, *Eumeniæ* episcopo & martyre, qui *Smyrnæ* requiescat; a *Sagyri* episcopo eodemque martyre, qui *Laodiceæ* mortuus sit; a *Papirio*, a *Melitone* episcopo *Sardium*, aliisque compluribus obseruatum ipsisque traditum sit, qui omnes semper paschatis diem tunc celebrarint, quum iudæorum populus fermentum abiecisset. Verum enim vero *Victor*, cui hæc non faciebant satis, in grandem & immoderatum zelum abreptus, statim omnes *Asiæ* vicinarumque prouinciarum ecclesias, tamquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione rescindebat, datisque litteris ad eas ecclesias, quæ cum ipso sentiebant, ab vnitate ecclesiæ istas prorsus alienas pronuntiabat. Hoc autem præproperum & audax eius facinus omnibus viris bonis & sapientibus, qui alioquin cum eo faciebant, displicebat, & eorum nonnulli acerbius eum perstringebant graviterque hortabantur, vt ea potius sentire vellet, quæ paci & vnitati caritatique erga proximum congruerent. Cum primis vero *Irenæus* (cuius ingenium, vt nomen habet, vere ire-

ρων ὀφείλειν κατέχειν· καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, καὶ ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν.

(*l*) Polycrates epist. ap. Euseb. ibid. p. 155. 156.

nicum siue pacificum erat) ecclesiarum in *Gallia* nomine ad *Victorem* scribens, decenter eum admonebat, ne integras Dei ecclesias, morem sibi a maioribus traditum custodientes, a communione abscinderet. *Neque enim*, inquiebat [*], *de die solum controuersia est, sed etiam de forma ipsa ieiunii. Quidam enim existimant, vnico die sibi esse ieiunandum: alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in obseruando ieiunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud maiores nostros cœpit; Nihilo minus tamen & omnes isti pacem inter se retinuerunt, & nos inuicem retinemus. Ita ieiuniorum diuersitas concordiam fidei commendat.* Addit, quod *Polycarpus* & *Anicetus*, licet hanc controuersiam decidere inter se non potuerint, cum pace tamen a se inuicem discesserint sibique mutuo communicare perrexerint, hanc differentiam nihil morati, quemadmodum antea dictum est. ATHANASIVS ecclesias quoque *Ciliciæ*, *Mesopotamiæ* & *Syriæ* ætate sua idem cum ecclesiis *Asiaticis* sensisse, auctor est [*m*], IACOBO VSSERIO [*n*] & HENRICO VALE-

(*) Iren. ap. Euseb. ibid. p. 156. *ὀδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας· οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν· καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν -- καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν.*

(*m*) Athanas. epist. ad Africanos tom. I. p. 933. (p. 892. edit. Paris. MDCXCVIII.) *οἱ κατὰ Συρίαν καὶ Κιλικίαν, καὶ Μεσοποταμίαν διεφώνουν πρὸς ἡμᾶς, καὶ τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ ποιοῦσιν οἱ ἰουδαῖοι, ἐποίουν καὶ αὐτοί. Syri, Cilices, & qui in Mesopotamia degunt, a nobis dissentiebant, & eodem quo iudæi tempore pascha celebrabant.* Id. de synodis Arimin. & Seleuc. p. 872. (p. 719. ed. cit.) *οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Συρίας, καὶ Κιλικίας, καὶ Μεσοποταμίας ἐχώλευον περὶ τὴν ἑορτὴν, καὶ μετὰ τῶν ἰουδαίων ἐποίουν τὸ πάσχα. Syriæ Ciliciæ & Mesopotamiæ populi, circa festi celebrationem claudicantes cum iudæis pascha celebrabant.*

(*n*) Vsser. de epistolis Ignat. c. IX. Admisso ab omnibus communiter iudaico isto calculo; alii pascha *σταυρώσιμον* die primo azymorum, in quamcumque septimanæ feriam ille incidisset, lugendo & ieiunando obseruabant, eoque transacto ieiunium soluebant (vt ex Chrysostomi oratione intelligimus, aduersus eos habita, *qui primo pascha ieiunabant*:) alii ieiunium vsque ad proximam dominicam continuantes, in ea pascha *ἀναστάσιμον* cum

SIO

SIO [*o*] quantumuis inter ſe diſputantibus, an initio ſic ſenſerint. Nam VALESIVS tempore *Victoris* id eas feciſſe non vult concedere. Vtcumque autem eſt, multas certe magnas & celebres eccleſias fuiſſe videmus, quæ decima quarta luna cum iudæis paſcha celebrarint, idque ex more, a *Philippo* & *Ioanne* apoſtolis ſibi tradito. Neque vero minis *Victoris* ſeſe induci paſſi ſunt, vt morem ſuum mutarent, ſed eum continuarunt ad tempus vſque concilii *Nicæni* an. CCCXXIV. Qua tempeſtate *Conſtantinus*, eccleſiam hac contentione liberare etiam atque etiam ſtudens, *Hoſium* epiſcopum *Cordubæ* primum mittebat in *Orientem*, vti narrat SOZOMENVS [*p*], vt diſſentientes ad concordiam cum reliquis reducere adlaboraret. Sed quum

gaudio & feſtiuitate celebrabant. Prior conſuetudo, in eccleſiis non ſolum Aſiæ proprie dictæ (quod ex controuerſia, cum eis hac de re a Victore Romano epiſcopo habita, notum eſt) ſed etiam Syriæ, Meſopotamiæ & Ciliciæ (vt ex Athanaſii libro de ſynodis & epiſtola ad Africanos, colligitur) obtinuit: poſterior in Romana, Alexandrina & aliis eccleſiis eſt recepta, cetera.

(*o*) Valeſ. in Euſeb. lib. V. c. XXIII. Iacobus Vſſerius in prolegomenis ad Ignatii epiſtolas c. IX. ſcribit, Aſianos, qui primo azymorum die cum iudæis paſcha celebrabant, eum diem cum luctu ac ieiunio tranſegiſſe, eoque demum tranſacto ieiunium quadrageſimale ſoluiſſe. Verum huic ſententiæ refragatur Euſebius, qui diſerte adfirmat, Aſianos die XIV primi menſis, quamuis non eſſet dominica, finem ſtatuiſſe quadrageſimæ. Quod vero Vſſerius adfert Chryſoſtomi teſtimonium, meo quidem iudicio eius ſententiam nihil adiuuat. Nam Chryſoſtomus in oratione illa aduerſus eos, qui paſcha ieiunant, inuehitur aduerſus quoſdam Quartadecimanos, qui XIV luna cum iudæis paſcha celebrabant, eoque die ieiunabant ac myſteria celebrabant; id enim proprium erat Quartadecimanorum, vt in eorum hæreſi tradit Epiphánius. Verum priſcos Aſianos ita feciſſe, nec Chryſoſtomus, nec alius quiſquam dixit.

(*p*) Sozom. lib. I. c. XVI. *νομίσας τε δύνασθαι προκαταλαβεῖν τὸ κακὸν, πρὶν εἰς πλείους χωρῆσαι, πέμπει ἄνδρα τὸν ἀμφ' αὐτὸν πίστει καὶ βίῳ ἐπίσημον, καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ δόγματος ὁμολογίαις· ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις εὐδοκιμηκότα, διαλλάξοντα τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ διὰ τὸ δόγμα στασιάζοντας, καὶ τοὺς πρὸς ἕω περὶ τὴν ἑορτὴν διαφερομένους· ἦν δὲ οὗτος Ὅσιος ὁ Κορδούβης ἐπίσκοπος. Quoniam malum priuſquam ad plures ſerperet, præuenire ſe poſſe exiſtimaret, virum, quem in comitatu ſuo habebat, fidei ac vitæ integritate conſpicuum, & qui ſuperiori tempore variis confeſſionum certaminibus pro religionis defenſione inclaruerat, a latere ſuo mittit, qui ad concordiam reduceret tum illos, qui in Aegypto de doctrina fidei diſſentiebant, tum eos, qui in Orientis partibus de feſtiuitate paſchæ diſcrepabant. Is erat Hoſius epiſcopus Cordubæ.*

euentus ſpei non reſponderet, poſtea rem ſynodo *Nicænæ* proponebat, in qua ſtatuebatur, vt omnes feſtum paſchale vno eodemque die celebrarent: Quemadmodum ex epiſtola quadam *Conſtantini* ad epiſcopos, qui ſynodo non interfuerant, hiſtoricis omnibus [q] memorata, intelligimus. Non multo poſt tempore concilium *Antiochenum* an. CCCXCI. magis decretorium faciebat canonem in hæc verba [r]: *Omnes, qui audent diſſoluere decretum ſanctæ & magnæ ſynodi, quæ Nicææ coacta eſt in præſentia religioſiſſimi imperatoris Conſtantini, de ſancto feſto ſalutiferi paſchatis, eſſe excommunicatos & eccleſia eiectos ſtatuimus, ſi aduerſus ea, quæ recte decreta ſunt, contentioſius inſiſtere perrexerint.* Similes canones ſeparatis ante temporibus facti ſunt, nullus autem tam ſeuere hac de re ſtatuit, quam quidem hic *Antiochenus*. EVSEBIVS plures memorat ſynodos [s], tempore *Victoris* antiſtitis *Romani* habitas, quæ cum ipſo definierint, vt ne vllo alio quam dominico die myſterium reſurrectionis domini vmquam celebraretur. Neque vero vllos ex diſſentientibus excommunicarunt, ſed potius, vt SOZOMENVS [t] perhibet, alii alios

(q) Theodoret. lib. I. c. X. Socrat. lib. I. c. IX. Sozom. lib. I. c. XXI. Euſeb. de vita Conſtantini lib. III. c. XIV.

(r) Concil. Antiochen. can. I. *πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου, τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους πάσχα, ἀκοινωνήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς τὰ καλῶς δεδογμένα.*

(s) Euſeb. lib. V. c. XXIII. *σύνοδοι καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταὐτὸν ἐγίνοντο· πάντες δὲ μιᾷ γνώμῃ δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μὴ δ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ κυρίου μυστήριον.*

(t) Sozom. lib. VII. c. XIX. *ἐπεὶ οἱ πρὸς δύσιν ἱερεῖς οὐκ ᾤοντο δεῖν Παύλου καὶ Πέτρου τὴν παράδοσιν ἀτιμάζειν· οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας, Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ ἀκολουθεῖν ἰσχυρίζοντο· τοῦτο κοινῇ δόξαν, ἕκαστοι ὡς εἰώθεσαν ἑορτάζοντας, τῆς πρὸς σφᾶς κοινωνίας οὐκ ἐχωρίσθησαν· εὐήθες γὰρ καὶ μάλα δικαίως ὑπέλαβον, ἐθῶν ἕνεκεν ἀλλήλων χωρίζεσθαι, περὶ τὰ καίρια τῆς θρησκείας συμφωνοῦντες.* Quoniam Occidentales epiſcopi, traditionem Pauli ac Petri abrogandam non eſſe cenſebant; Aſiani vero Ioannem euangeliſtam ſequi ſe velle adfirmabant, ex communi conſilio placuit, vt ſinguli feſtum prout conſueuerant celebrantes, a mutua inter ſe communione nequaquam diſcederent. Stultum enim, nec immerito, exiſtimabant, conſuetudinum cauſſa ab ſe inuicem ſeparari eos, qui in præcipuis religionis capitibus conſentirent.

in

in diuerſis conſuetudinibus ſuis tolerarunt. Similiter concilium *Arelatenſe* primum [*u*], ante ſynodum *Nicænam* an. CCCXIV habitum, præcepit, vt paſcha *vno die & vno tempore per omnem orbem* obſeruaretur. Non ſubiunxit autem iſtiuſmodi excommunicationis pœnam infligendam iis, qui contrariam conſuetudinem obſeruauerint. Vna ſola regula, obſeruationem iſtam cum pœnæ denuntiatione vrgens, erat canon quidam apoſtolicus [*x*], qui ab *Orientali* quodam concilio circa ætatem *Victoris* factus creditur, qui habet: *Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, ſanctum paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum iudæis celebrauerit, deponatur.* Verum hæc pœna potiſſimum clericos adfecit. Quum autem magna ſynodus *Nicæna* hanc materiam ſemel ſuſcepiſſet determinandam, talem reuerentiam decreto ſuo ſtatuendam ducebat, vt actio ſchiſmatica & digna cenſura eccleſiaſtica haberetur, ſi quis ei ſeſe opponeret. Adeoque ex eo tempore contemtores huius decreti communiter puniuntur vt hæretici vel ſchiſmatici, quomodo videre eſt in canonibus concilii *Laodiceni* [*y*], concilii primi *Conſtantinopolitani* [*z*] & narrationibus, quas de antiquis hæreticis habent AVGVSTINVS [*a*] & EPIPHANIVS, vbi ſub *Quartadecimanorum* & *Teſſareſcædecatitarum* & *Audianorum* nominibus condemnantur, reddita ſimul peculiari condemnationis eorum ratione. AVGVSTINVS enim ex EPIPHANIO notat, *Audianos* damnatos eſ-

(*u*) Concil. Arelat. I. can. I. Primo loco de obſeruatione paſchæ domini, vt vno die & vno tempore per omnem orbem a nobis obſeruetur & iuxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

(*x*) Can. apoſtol. c. VIII. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἁγίαν τȣ͂ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ ἰȣδαίων ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

(*y*) Concil. Laodic. can. VII. περὶ τȣ͂, τȣ̀ς ἐκ τῶν αἱρέσεων, τȣτ᾽ ἔςι Ναυατιανῶν, ἤτοι Φωτεινιανῶν, καὶ Τεσσαρεσκαιδεκατινῶν, ἐπιςρεφομένȣς, κ. τ. λ. *Eos, qui ex* hæreſibus, *hoc eſt, Nouatianis, ſiue Photinianis, vel* Teſſaradecatitis *conuertuntur, cetera.*

(*z*) Concil. Conſtantinopol. I. c. VII. Ἀρειανȣ̀ς μὲν καὶ Μακεδονιανȣ̀ς --- καὶ τȣ̀ς Τεσσαρεσκαιδεκατίτας κ. τ. λ. *Arianos quidem & Macedonianos -- &* Teſſaradecatitas, *cetera.*

(*a*) Auguſtin. hær. XIX. & L. Epiphan. hæreſ. L. Quartadeciman. Et hæreſ. LXX. Audianor.

ſe non tam propter opinionem hac in re ſuam, quam propter peruicaciam, dum in eccleſia hanc ob rem turbas dederint eique conſtarint ſchiſma. Noluiſſe enim eos cum epiſcopis ſuis [b] vel aliis quibuſcumque communionem colere, qui paſcha eodem cum iudæis tempore celebrare recuſarint. Copioſe de illis diſſerit EPIPHANIVS, eoſque dicit patres *Nicanos* calumniari, quod paternam in celebrando paſchate conſuetudinem reliquerint diemque commutauerint, vt ſe ad imperatoris nutum accommodarent [c], ſeque ab eccleſiæ coniunctione ſegregaſſe; Ceterum *Audium* eorum ducem a *Conſtantino* in *Scythiam* relegatum eſſe, quod populos paſſim ab eccleſiæ obſequio retraxiſſet. Caſus non multum diſcrepabat ab eo, qui tempore *Aniceti* & *Victoris* erat, quando *Polycarpus* & *Polycrates* paſcha celebrabant diuerſo a reliquis tempore, nullum autem diſſidium excitabant in eccleſia, ſed pacem & concordiam colebant cum illis, qui ab ipſis diſſentiebant. Et hæc ſine dubio cauſſa fuit, quamobrem *Audiani* ſiue noui *Quartadecimani* tanta cum ſeueritate ab eccleſia & republica præ veteribus illis tractarentur, quia diſſenſum ſuum in ſchiſma peruicaciter deducebant, aperteque rumpebant communionis eccleſiaſticæ vincula. Et hanc ob cauſſam leges imperiales admodum ſeueræ nonnumquam erant aduerſus illos. *Theodoſius* magnus [d] lege quadam *Manichæis* eos accenſet, & conuenticula eorum interdicit, bo-

(b) Auguſt. de hær. cap. L. Eos autem ſeparaſſe ſe, dicit Epiphanius, a communione noſtra, culpando epiſcopos diuites, & paſcha cum iudæis celebrando.

(c) Epiphan. hæreſ. LXX. n. IX. *Ἀπὸ Κωνσταντίνου διὰ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα φησὶ προσωποληψίαν καταλελοίπατε τὴν τῶν πατέρων περὶ τοῦ πάσχα ἑορτῆς ἀκολουθίαν, καὶ τὴν ἡμέραν μετηλλάξατε εἰς τὸ καθῆκον τοῦ βασιλέως.* Ibid. n. XIV. *ὑπέστη δὲ καὶ ἐξορίαν αὐτὸς ὁ γέρων Αὔδιος εἰς τὰ μέρη τῆς Σκυθίας ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐξορισθεὶς διὰ τὸ ἀφηνιάζειν λαούς.*
Vid. Chryſoſt. homil. III. in eos qui paſcha ieiunant. Tom. V. p. 706. (p. 632. edit. Francof. *τριακόσιοι πατέρες, ἢ καὶ πλείους, εἰς τὴν Βιθυνῶν χώραν συνελθόντες ταῦτα ἐνομοθέτησαν· καὶ πάντας ἀτιμάζεις ἐκείνους; κ. τ. λ. Trecenti patres vel etiam plures quum in regione Bithyniæ conueniſſent, hæc decreuerunt, & tu illos probris adficis?*

(d) Cod. Theod. lib. XVI. tit. V. de hæret. leg. IX. Quicumque in vnum paſchæ diem non obſequenti religione conuenerint, tales indubitanter, quales hac lege damnauimus, habeantur.

na

na eorum fisco adiudicat eosque intestatos reddit & pœnæ capitali obnoxios. Similiter *Theodosius* iunior *Sabbatianos* & *Protopaschitas* (quæ nouæ erant *Quartadecimanorum* appellationes, ætate ipsius inductæ) eodem loco cum *Manichæis*, *Cataphrygibus* siue *Montanistis*, *Arianis*, *Macedonianis* [*e*], *Eunomianis* & *Nouatianis* habet, eosque omnes generalibus pœnis, quas leges infligi iubent, obnoxios facit. Et speciatim in duabus aliis legibus [*f*] exsecrandos homines eos vocat, qui, quum sint portiones *Novatianorum*, non satis habeant, esse in communi grege, sed novam sectam condant, *Protopaschitas* se appellari cupientes (quod pascha celebrent ante, quam ceteri christiani, & hanc suam rationem antiquæ & primitiuæ institutioni respondere contendant.) Hos ille bonorum proscriptione atque exilio multari iubet, & acriori pœna dignos esse dicit, quod aliorum hæreticorum vesaniam superent, dum alio tempore, quam quo orthodoxi christiani, paschatis festiuitatem obseruantes, alium pene Dei filium, non quem illi colant, venerentur. Non succurrit in præsenti locus alius, qui *Protopaschitas* nominatim me-

(*e*) Ibid. leg. LIX. Manichæi & Phryges --- Ariani itidem, Macedonianique & Eunomiani, Nouatiani & Sabbatiani, ceterique hæretici, sciant, vniuersa sibi hac quoque constitutione denegari, quæ illis generalium sanctionum interdixit auctoritas: Puniendis, qui contra generalium constitutionum interdicta venire tentauerint.

(*f*) Cod. Theod. lib. XVI. tit. VI. Ne sanctum baptisma iteretur. leg. VI. Illud etiam, quod a retro principibus dissimulatum, & in iniuriam sacræ legis ab *exsecrandis hominibus* agitatur, & ab aliis potissimum, qui Nouatianorum collegio desertores & refugæ auctores se quum potiores (al. portiones) memoratæ sectæ haberi contendunt, quibus ex crimine nomen est, quum se Protopaschitas appellari desiderent, inultum esse non patimur. Sed si alio die Nouatiani, quam quo orthodoxorum antistites prædicandum ac memorabilem in seculis diem paschæ duxerint celebrandum, auctores illius conuentionis deportatio pariter ac proscriptio subsequatur: Contra quos etiam acrior pœna fuerat promulganda: Si quidem hoc delictum etiam hæreticorum vesaniam superet, qui alio tempore, quam quo Orthodoxi, paschæ festiuitatem obseruantes, alium pene Dei filium, quam quem colimus, venerantur.

It. cod. Theod. lib. XVI. tit. X. de paganis. leg. XXIV. Eos qui omnibus hæreticis hac vna sunt persuasione peiores, quod in venerabili die paschæ ab omnibus dissentiunt, si in eadem amentia perseuerant, eadem pœna multamus, bonorum proscriptione atque exilio.

moret, præter hanc legem: planum autem eſt, fuiſſe eos peſſimum *Quartadecimanorum* genus, qui nouam ſeceſſionem a *Nouatianis* ſchiſmaticis, ob hanc de feſtiuitate paſchali quæſtionem, fecerint. Nonnulli enim *Nouatianorum* in *Phrygia* epiſcopi, collecta ſynodo in vico *Pazo*, regulam promulgarunt, SOCRATI [*g*] memoratam, vt quotannis feſtum paſchale vna cum iudæis celebraretur. Propter quam rem *Nouatianorum* eccleſia paullo poſt duas in partes diuiſa, (antiquiores enim *Nouatiani Romæ* & *Conſtantinopoli* aliter ſentiebant) *Marcianus*, epiſcopus *Nouatianorum Conſtantinopolitanus*, aliam ſynodum cogendam curauit apud *Angarum* in *Bithynia*, vbi ad finiendam ſopiendamque hanc controuerſiam nouam regulam condiderunt, quam ἀδιάφορον, hoc eſt, indifferentem vocarunt, vt vnicuique liceret pro arbitrio paſcha celebrare, ſecundum eam conſuetudinem, quam ſemel animo imbibiſſet, nec vlla eſſet amplius in communione diſcrepantia, ſed vt ii, qui diuerſo more feſtum agerent, nihilominus in vnitate & concordia eccleſiæ perſeuerarent. *Sabbatius* autem, ferox ingenio & verbis homo inter eos, conſentire in hoc nolens, regulam in ſynodo *Pazenſi* promulgatam obſeruari, & feſtum paſchale [*h*] ex more iudæorum celebrari oportere contendebat. Vnde noua ſeparatione inter *Nouatianos* facta, *Protopaſchitarum* epiſcopus eſt conſtitutus, qui ab ipſo *Sabbatiani* appellati ſunt. Ex CHRYSOSTOMO [*i*] etiam intelligimus, hoſce *Protopaſchitas* longius progreſſos eſſe in iudaica iſta opinione de paſchate, quam reliquos *Quartadecimanos*. Statuebant enim, iudæorum azyma neceſſario obſeruanda eſſe & ieiunandum, quum paſcha iam præterierit. Ipſe enim

(*g*) Socrat. lib. IV. c. XXVIII. σύνοδον ἐν Πάζῳ κώμῃ, ἔνθα τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ εἰσιν αἱ πηγαί, ποιήσαντες ὀλίγοι τινὲς καὶ οὐκ εὔσημοι τῶν περὶ Φρυγίαν Ναυατιανῶν ἐπίσκοποι, ὅρον ἐκφέρουσιν, ὥστε ἰουδαίους ἐπιτηρεῖν, ποιοῦντας τὰ ἄζυμα, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν τοῦ πάσχα ἐπιτελεῖν ἑορτήν. *Pauci & obſcuri Nouatianorum in Phrygia epiſcopi, collecta ſynodi in vico Pazo, vbi fontes amnis Sangari viſuntur, regulam promulgarunt, vt quotannis obſeruaretur, quo die iudæi azyma celebrarent, & vna cum illis feſtum paſchale celebraretur.*

(*h*) Socrat. lib. V. c. XXI. tot.

(*i*) Chryſoſtom. homil. LII. in eos, qui paſcha ieiunant. Tom. V. p. 713. (p. 633 ed. Francof.) Τοῦτο ἀκούω λεγόντων πολλῶν, ὅτι μετὰ τοῦ ἀζύμου τὸ πάσχα ἐστίν. *Multos dicere iſtud audio, Paſcha eſſe cum azymo.*

Sabba-

Sabbatius, ex iudæo factus christianus, iudæorum opinioni, qua prius fuerat imbutus, studiose inseruiebat, quemadmodum SOCRATES loco ante citato animaduertit. Ita festum agebant cum iudæis, quando christiani ieiunabant die passionis (vti de illis narrat CHRYSOSTOMVS [k]) & ieiunabant die paschatis, vbi christiani in memoriam resurrectionis dominicæ festum suum celebrabant. Hæc, quantum ego possum colligere, vera historia est progressus, quem nouum *Quartadecimanorum* schisma post concilium *Nicænum* fecit, & ratio, cur leges tam imperiales quam ecclesiasticæ seuerius aduersus eos egerint, quam quidem aduersus veteres *Quartadecimanos*, qui numquam communionem cum fratribus soluerunt, quamtumuis ab eorum praxi discreparent. Pacem & vnitatem ecclesiæ pluris faciebant, quam temporum & dierum obseruationem: Et si cum fratribus suis de iusto celebrandi paschatis tempore conficere non poterant, ante omnia tamen spiritus vnitatem in vinculo pacis conseruare adlaborabant.

§. IV.

Qui illud die celebrabant dominica, non semper conspirabant in vna eademque die dominica propter diuersas, quas inibant, supputandi rationes.

PRAETER hanc de celebrando in die dominica paschate controuersiam, alia erat, quæ licet minoris esset momenti, ecclesiam tamen olim valde disturbabat. Erat hæc disputatio inter eos ipsos, quorum consensus ad hoc festum non in alio quam dominico die obseruandum conspirabat. Quamuis enim in hoc omnes congruerent, non tamen adeo facile ad determinandum erat, quo die dominico pascha esset celebrandum, quia festum erat mobile: adeoque nonnumquam accidit, vt regionis cuiusdam ecclesiæ vna hebdomade vel mense citius illud agerent quam reliquæ, propter diuersas, quas ini-

(k) Chrysostom. ibid. p. 714. (p. 636.) ὀ διὰ τὸ πάσχα νηστεύομεν, ὀδὲ διὰ τὸν σαυρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἡμέτερα, ἐπειδὴ μέλλομεν μυστηρίοις προσιέναι· ἐπεὶ τόγε πάσχα ὀ νηστείας ἐστὶν, ὀδὲ πένθους, ἀλλ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπόθεσις· κ. τ. λ. *Neque ob pascha ieiunamus, neque ob crucem, sed ob peccata nostra, quoniam ad mysteria sumus accessuri: nam alioqui pascha non ieiunii, neque luctus, sed gaudii & exsultationis est occasio*, cetera.

bant, supputandi rationes. Ex epistola quadam AMBROSII [l] intelligimus, anno CCCLXXXVII pascha ter separatis temporibus celebratum esse, aliis XII kal. *Apriles*, aliis XIV kal. *Maias*, aliis VII kal. *Maias* id obseruantibus. Sic iterum accidit anno DLXXVII. Ecclesiæ per *Galliam* XII kal. *Apriles*, ecclesiæ per *Italiam* XIV kalend. *Maias*, & ecclesiæ per *Aegyptum* VII kal. *Mai.* illud celebrarunt, quemadmodum EDVARDVS STILLINGFLEETVS [m] ex GREGORIO TVRONENSI & LABBEI *chronologico technico* an. CCCLXXXVII, & DLXXVII. demonstrat. Vbi porro ex antiquo *laterculo paschali*, publicato a BVCHERIO [n], ostendit, quod pascha apud *Latinos* intra centum annorum spatium, videlicet an. CCCXXII. CCCXLIX. CCCCVI. ter vno mense maturius celebratum sit, quam apud *Alexandrinos*. Ex

(*l*) Ambros. epist. LXXXIII. tot. (XXIII. tom. II. opp. pag. 880. seqq. edit. Paris. MDCXC.)

(*m*) Stillingfleet's *Answer to* Cressy p. 323. It appears by the ancient *Laterculus paschalis*, first published by *Bucherius*, that within te compass of it, *viz.* an hundred years, the *Easter* of the *Latins* was kept a month sooner than the *Alexandrians*, *viz. A. D.* 322, 349. 406. And *A. D.* 387. a threefold *Easter* was kept, some *March* 21, others *April* 25, others April 18, as appears by S. *Ambrose's* Epistle written on that occasion. Again *A. D.* 577. a threefold *Easter* was kept, some keeping it the eighteenth of *April*, as those which followed *Victorius*, others the twenty fifth of *April*, *viz.* those which followed the *Alexandrian Canon*; and others again, even in *Gaul*, as *Gregor. Turonensis* saith, on the 12 kal. of *April March* 21. the very day of the *Vernal Aequinox*. &c.

(*n*) Bucher. commentar. in Hippolyt. can. paschal. p. 264. Hic est paschalis ille centum annorum laterculus, quo vetustiorem, Latinorum quidem, nondum videre contigit; nobilissimum (meo quidem sensu) venerandæ antiquitatis ecclesiasticæ monumentum. Et est illius epocha sane perillustris; nempe a Maxentio, crucis virtute per Constantinum debellato, assertaque tum primum ecclesiæ, saltem in Occidente, libertate: annis ante Nicænam synodum omnino tredecim. Qui eius meminerit, neminem veterum adhuc invenies: vetustissimæ tantum membranæ beneficio ad nos vsque peruenit. Cuspiniano quoque in manus obuenisse, ex eius fastis intelligimus, vt supra monui. Porro Latinorum potius, quam aliorum fuisse, docet nos ipsa paschatum series. Nam cum iis solis *ter pascha planissime decernit, toto mense, quam Victorius & Alexandrini, maturius. Semel anno Christi 322, iterum 349, denique 406;* & limes ipse patrum Cæsariensium paschalis, qui numquam hic violatur, numquam iam inde ab synodo Nicæna ab Alexandrinis, sed Latinorum dumtaxat nonnullis admissus, his potius, quam illis adstruit.

LEO-

LEONIS etiam epiſtolis [o] apparet, anno CCCCLV. octo dierum interuallum inter paſcha *Romanorum* & paſcha *Alexandrinorum* interueniſſe. CYRILLVS eccleſiæ *Alexandrinæ* epiſcopus in epiſtola quadam paſchali [p] queritur, fuiſſe ingentem confu-

(o) Leo epiſt. LXIV. ad Marcian. (tom. III. concil. p. 1355.) Theophilus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus, quum huius obſeruationis annos centum numero collegiſſet, ſeptuageſimo ſexto paſchale feſtum longe aliter, quam alii decreuerant, tenendum eſſe conſtituit, a primo auguſtæ memoriæ Theodoſii ſenioris conſulatu (i. e. an. Chriſti CCCLXXX.) ſuccedentes ſibi ſacræ obſeruantiæ ordines ponens: vt longioris temporis ratio eius litteris tenerentur adſcripta, cuius complexionis ſeptuageſimus & quartus eſt annus, in qua pridie idus Aprilis ſanctum paſcha celebrauimus: ſequenti vero anno pridie nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda feſtiuitas, ſicut regulariter centenariæ annorum rationis ordo declarat. Sed in anno, qui erit ſeptuageſimus ſextus (i. e. Chriſti CCCCLV) paſchæ dies inuenietur adſcriptus, quem a paſſione domini nullius exempli, nullius conſtitutionis admittit auctoritas. Nam diem octauum kalendarum Maiarum ab eo cognoſcimus præfinitum, qui anni limitem antiquitus conſtitutum excedit: quum alii quinto decimo kalendarum Maiarum huic feſtiuitati deputauerint diem. cetera. Id. Epiſt. LXV. ad Eudoxiam (ibid. p. 1356.) Annus, qui erit ſeptuageſimus ſextus (Chr. CCCCLV.) memorati epiſcopi (Theophili Alexandrini) annotationem habere cognoſcitur, quæ a totius antiquitatis exemplo & ab omni auctoritate patrum diſcordat. Siquidem in octauum kalendarum Maiarum dominicum paſcha tranſtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, quum die quinto decimo kalendarum Maiarum paſchalem ſollemnitatem potuerit adnotare. Id. epiſt XCV. ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ. Quum in quibuſdam adſcriptionibus patrum, futurum proxime paſcha domini, ab aliis in diem XV kalendas Maias, ab aliis in diem VIII kalendas eaſdem inueniretur adſcriptum, tantum me diverſitas iſta permouit, vt clementiſſimo principi Marciano curam hac de re animi mei panderem, cetera.

(p) Cyrill. epiſt. paſchal. ap. Bucher. de doctrina temporum p. 482. Quum his igitur atque huiuſmodi diſſenſionibus per vniuerſum orbem paſchalis regula turbaretur; ſanctorum totius orbis ſynodi conſenſione decretum eſt, vt, quoniam apud Alexandriam talis eſſet reperta eccleſia, quæ in huius ſcientia clareret, quota kalendarum vel iduum, quota luna paſcha debeat celebrari, per ſingulos annos Romanæ eccleſiæ litteris intimaret: vnde apoſtolica auctoritate vniuerſalis eccleſia per totum orbem diffinitum paſchæ diem ſine vlla diſceptatione cognoſceret. Quod cum per multa ſæcula pariter cuſtodiſſent; nullamque inde ſcripturarum quiſpiam crederet, vbi nulla quæſtio ſolueretur: & nonnumquam occurreret, vt in ſabbato luna XXI, quæ illis XXIII a quinto decimo kalendarum Maiarum, vſque in octauum, quaſi in ſecundo menſe paſcha celebrare metueretur; *eſſetque magna con-*

ſionem in computatione paſchatis in omni eccleſia, prætorio & palatio. ANATOLIVS in præfatione ſua in canonem paſchalem [q] itidem queritur, diuerſos omnino & contrarios cyclos ætate ſua an. CCLXX fuiſſe vſitatos, aliis cyclum HIPPOLYTI annorum XVI; aliis cyclum iudaicum annorum LXXXIV; aliis cyclum annorum XXV; aliis denique cyclum annorum XXX ſequentibus. Dicit quoque, *Iſidorum*, *Hieronymum*, *Clementem* & *Origenem*, omnes *Aegyptios* conterraneos ſuos, hac in materia ante ſe deſudaſſe. Non obſtantibus autem co-

fuſio in omni eccleſia, *Prætorio vel Palatio:* Theodoſius imperator religioſiſſimus, qui non ſolum in humanis, verum etiam in diuinis legibus placere Deo ſemper ſtuduit, ſanctum Theophilum Alexandrinæ vrbis epiſcopum ſuis litteris corrogauit, vt ſacramentum paſchæ euidentiſſima ratione diſſereret, ſibique dirigere dignaretur. Cuius ſanctiſſimis præceptis obtemperans, quadringentorum octodecim annorum circulum paſchalem inſtituit, eiuſque clementiæ, a primo anno conſulatus eius, vſque ad centum calculans, quoto kalendarum vel iduum, & quota luna paſcha debeat celebrari, ſubiectis ſuis litteris deſtinauit, manifeſtamque veritatem ſub libello breuiter perſtrinxit. In quo, reuelante ſibi domino, perfectæ rationis ordinem pandit, omneſque errores, ac ſuperfluas quæſtiones luce clarius expugnauit atque diſſoluit.

(q) Anatol. can. paſchal. ap. Bucher. p. 439. In veteribus exemplaribus, id eſt Hebræis & Græcis voluminibus, non tantum lunæ curſum, ſed etiam ſolis non ſolum greſſus, ſed & ſingula ac minutiſſima horarum momenta, inuenimus computa. E quibus Hippolytus XVI annorum circulum quibuſdam ignotis lunæ curſibus compoſuit. Alii XXV, alii XXX, nonnulli LXXXIV annorum circulum computantes, numquam ad veram paſcha computandi rationem peruenerunt. Verum maiores noſtri, Hebræorum & Græcorum librorum peritiſſimi (Iſidorum, & Hieronymum, & Clementem dico) licet diſſimilia menſium principia pro diuerſitate linguæ ſenſerint; tamen ad vnam eamdemque paſchæ certiſſimam rationem, die & luna, & tempore conuenientibus ſumma veneratione dominicæ reſurrectionis conſenſerunt. Sed & Origenes omnium eruditiſſimus, & calculi componendi perſpicaciſſimus (quippe qui & χαλκευτὴς vocatus) libellum de paſcha luculentiſſime edidit. In quo adnuntians de die paſchæ non ſolum lunæ curſum, & æquinoctii tranſitum intuendum, ſed & ſolis tranſcenſum, omnium tenebrarum tetras inſidias & offendicula auferentis, & lucis aduentum, ac totius elementorum virtutem & inſpirationem afferentis, eſſe ſeruandum, ita dicit: *In die*, inquit, *paſchæ non dico obſeruandum, vt dies dominica inveniatur, & lunæ VII (forte XIV) dies tranſcundi, ſed vt ſol diuiſionem illam, lucis ſcilicet & tenebrarum, in exordio mundi, domini diſpenſatione æqualiter compoſitam, tranſcendat*, cetera.

nati-

natibus & laboribus, qui tunc temporis vel poſtea adhibiti ſunt, magna diuerſitas in eccleſia hac de re per multa ſæcula remanſit. Nam eccleſiæ *magnæ Britanniæ* & *Hiberniæ* cum *Romana* eccleſia in celebrando paſchate ad eandem diem dominicam [r] ad annum vſque octingenteſimum non concordarunt. Neque *Romana* huius feſtiuitatis obſeruantia omnino recepta eſt in *Gallia*, donec tandem auctoritate *Caroli magni* induceretur; quemadmodum a duobus doctis ſcriptoribus EDVARDO STILLINGFLEETO & HVMPHREDO PRIDEAVX nouiſſime demonſtratum eſt, qui controuerſias, inter *Britannos* & *Romanos* hac de re agitatas, fuſius enarrant, quas hoc loco non repetemus, ſed lectori noſtro tantum ſignificabimus, quemadmodum hæ controuerſiæ in eccleſia ex diuerſa, quam vſurparint veteres, calculationis methodo, primum ortæ ſint.

In confeſſo eſt, priſcos chriſtianos *Hieroſolymitanos* haud aliam tenuiſſe computandi diem paſchatis rationem, quam cyclum iudaicum LXXXIV annorum, quo iudæi aliquanto ante, ad conſtituendam anniuerſariam paſchatis ſui celebrationem, vſi fuerant: Qui cyclus etſi aliquid erroris habebat, a chriſtianis tamen per ducentos fere annos adhibitus eſt. Non quod paſcha ſuum quarta decima die cum iudæis obſeruarint, vti quidem IOSEPHVS SCALIGER [s] & alii quidam hinc falſo colligunt; propter quod a IACOBO VSSERIO [t] & GVILLIELMO BEVEREGIO [u] caſtigantur, qui oſtendunt, quod hi

(r) Vid. Stillingfleet's *Anſwer to* Creſſy. p. 321. 322. Et *Dr.* Prideaux's *Connexion of Hiſt.* &c. *part. II. Book IV.* p. 273. (p. 296. edit. German. Dreſd. 1721.)

(s) Scaliger. de emendat. tempor. lib. II. p. 150. In primordiis eccleſiæ tum apoſtoli, tum qui eos centum annis poſtea ſequuti ſunt, paſcha ſemper iudaice celebrarunt, vt teſtantur Euſebius & hiſtoria vetus eccleſiaſtica, & poſt omnes Nicephorus Calliſtus. - - Qui per omnia apoſtolos hac in re imitarentur, & permulti ex illis ex iudaiſmo ad chriſtianiſmum tranſiſſent, non obſcurum eſt, eorum cyclum merum iudaicum fuiſſe, & de periodo Alexandrea iudæorum peti ſolitum.

(t) Vſſer. prolegom. ad Ignat. c. IX. p. 204. Vt maximopere viri docti decepti heic fuerint, qui ex conſenſu in paſchatis menſis ψηφισμῷ cum primis Hieroſolymorum epiſcopis ſtabilito, paſchatis quocumque ſeptimanæ die cum *Quartadecimanis* obſeruandi ritum ſimul fuiſſe introductum ſibi perſuaſerunt.

(u) Beuereg. ad can. apoſtol. VII. p. 19. Ioſephus Scaliger, tum apoſtolos, tum qui

primi

primi *Hierosolymitani* christiani, licet computationem iudaicam sequuti sint, pascha non cum iudæis, in quemcumque diem hebdomadis incidisset, sed sequenti die solis in honorem resurrectionis dominicæ celebrarint: tametsi cyclo iudaico vsi sint, vsque dum, quindecim *Hierosolymorum* episcopis ex circumcisione defunctis, alii successerint, qui non essent ex circumcisione; vbi pascha suum alia ratione cœperint computare. EPIPHANIVS [*x*] eos initio pascha ex vetusto cyclo iudaico celebrasse disertis verbis adfirmat, decretumque citat ex *constitutionibus apostolicis* (ab illis, quas hodie habemus, diuersis) in quo præcipiatur, vt temporum rationes ne subducant, sed eo tempore pascha celebrent, quo fratres ipsorum, qui ex circumcisione prodierint, nihilque dubitent, quantumuis in calculationibus suis fallantur. Post iudaicum vero statum ab *Hadriano* penitus sublatum, vbi quindecim ex circumcisione episcoporum successio erat finita, nonnulli christiani in errores computi iudaici inquirere cœperunt, secundum quod pascha nonnumquam æquinoctium vernum anteuertere compertum erat, vt bis aliquando in vno anno pascha fieret. Quod incommodum vt deuitaretur, ad alios cyclos confugiebant. Circa annum CCXX HIPPOLYTVS episcopus *Portuensis* in *Arabia* nouum cyclum in libro de paschate publicauit, qui, narrante EVSEBIO [*y*], *ἑκκαιδεκαετηρὶς*, siue *sexdecim annorum circuitus* dictus est.

eos centum annis postea sequuti sunt, pascha semper iudaice celebrasse ex Eusebio, historia veteri ecclesiastica, & Nicephoro Callisto adfirmare non veretur, de emendat. temp. lib. II. p. 1?0. edit. Geneu. MDCXXIX. Verum hanc Scaligeri doctrinam auctoribus istis falso adscriptam & ab omnibus detestandam esse Dionysius Petauius fuse probat, de doctrina temp. lib. II. c. LVII.

(*x*) Epiphan. hæres. LXX. Audianos, n. X. *Ὁρίζουσι ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει οἱ ἀπόστολοι, ὅτι ὑμεῖς μὴ ψηφίζετε, ἀλλὰ ποιεῖτε, ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ᾽ αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε.*

(*y*) Euseb. lib. VI. c. XXII. *Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων, μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ περὶ τοῦ πάσχα πεποίηται σύγγραμμα· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος καί τινα κανόνα* ἑκκαιδεκαετηρίδος *περὶ τοῦ πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Eodem tempore & Hippolytus, inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum de paschate composuit: in quo temporum seriem describens, & canonem quemdam paschalem* per sexdecim annorum circuitum *exhibens, anno primo imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit.*

Non

Non multo poſt hæc tempore DIONYSIVS eccleſiæ *Alexandrinæ* epiſcopus ad annum CCL alium canonem condidit, dictum *ὀκταετηρίδα*, *octo annorum circuitum*, in quo, vt fidem nobis facit EVSEBIVS [z], præcipue probat, feſtum paſchatis diem non niſi poſt æquinoctium vernum celebrari oportere. Non multo poſt ANATOLIVS, ipſe quoque domo *Alexandrinus*, circa annum CCLXX alium cyclum compoſuit, quem *ἐννεακαιδεκαετηρίδα*, *vndeuiginti annorum circulum*, vti auctor eſt idem EVSEBIVS [a], nominauit. In quo ex ipſis antiquis ſcriptoribus iudaicis oſtendit, paſcha omnino poſt æquinoctium fieri, adeoque cyclum eorum corrigi debere. Vnde IACOBVS VSSERIVS [b] ab hoc tempore tum octaui *canonis apoſtolici* primam conſtitutionem, tum veterum *conſtitutionum apoſtolicarum* interpolationem originem ſuam traxiſſe exiſtimat. Quorum ille [c] ait: *Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, ſanctum paſchæ diem ante vernum æquinoctium cum iudæis celebrauerit, deponatur.* Hæ autem ita præcipiunt [d]: *Oportet, fratres, vt vos, qui pretioſo Chriſti ſanguine redemti eſtis, dies paſchæ accurate & cum omni diligentia celebretis POST AEQVINOCTIVM; ne bis in anno paſſionis vnius memoriam peragatis, ſed ſemel quotannis memoriam ſemel mortui recolatis: non amplius obſeruantes, vt cum iudæis feſtum agitetis: nulla enim no-*

(z) Euſeb. lib. VII. c. XX. ἐν ᾗ [ἐπιστολῇ] καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκοι τὴν τοῦ πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος.

(a) Euſeb. lib. VII. c. XXXII. Ἐκ τῶν περὶ τοῦ πάσχα Ἀνατολίου κανόνων· ἔχεις τοίνυν ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνὸς, ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος. *Ex canonibus paſchalibus Anatolii Habes igitur in primo anno nouilunium primi menſis, quod caput eſt totius* circuli nouemdecim annorum.

(b) Vſſer. prolegom. in Ignat. c. IX. Atque hinc nata eſt, tum octaui canonis apoſtolici prima conſtitutio, tum *διατάξεως* conſtitutio longe poſt ab interpolatione hæc noſtra ad eumdem facta conformatio.

(c) Can. apoſtolic V. al. VIII. Vid. Græc. §. III. ſub litt. (x) pag. 95.

(d) Conſtitut. lib. V. c. XVII. Δεῖ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τοὺς τῷ τοῦ χριστοῦ τιμίῳ ἐξηγορασμένους αἵματι, τὰς ἡμέρας τοῦ πάσχα ἀκριβῶς ποιεῖσθαι, μετὰ πάσης ἐπιμελείας, μετὰ τροπὴν ἰσημερινήν· ὅπως μὴ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑνὸς παθήματος μνείαν ποιεῖσθε, ἀλλὰ ἅπαξ τοῦ ἔτους τοῦ ἅπαξ ἀποθανόντος· μηκέτι δὲ παρατηρούμενοι μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν· οὐδεμία γὰρ κοινωνία ἡμῖν νῦν πρὸς αὐτούς· πεπλα-

bis nunc cum eis est societas: nam in ipso etiam calculo falluntur, quem putant se recte ponere; vt omni ex parte errent, & a veritate sint disiuncti. Videmus, hoc tempore iudaicam calculationem generatim ab ecclesia *Orientali* reiectam, nec tamen certam aliquam & indubitatam in eius locum adsumtam fuisse, ad diem dominicam, qua præcipue hoc festum agitari oporteat, exacte definiendam. Quum igitur res incerta adhuc maneret, synodus *Nicæna*, quæ illud die tantum dominica celebrandum esse decreuit, omnem hanc curam *Alexandrinis* episcopis dicitur [*e*] delegasse, vt reliquos in orbe christiano certiores facerent de die dominico, quo per singulos annos esset obseruandum. Sunt, qui hoc negotium componendi cyclum vndeuiginti annorum EVSEBIO datum esse existimant, quem postea *Theophilus* episcopus *Alexandrinus* tempore *Theodosii* in calculationem centum annorum redegerit. Et postea tamen CYRILLVS de grandi confusione queritur, quæ ex computatione paschatis in ecclesia, in castris & in palatio dominetur; & quod *Romanorum* & *Alexandrinorum* computationes nonnumquam hebdomade vel mense, altera ab altera discrepet; (quemadmodum antea percepimus), quod diuersæ computandi rationi vnice debebatur: quia ecclesia *Romana* adhuc vetusto cyclo iudaico LXXXIV annorum, non autem nouo *Alexandrino* XIX annorum vtebatur. Ad quam confusionem tollendam *Victorius* quidam *Gallus* ab *Hilario* archidiacono *Romano* ad faciendum nouum canonem paschalem adhibebatur: sed vero nec illius opera successum habebat optatum. Quamuis enim ille cyclum *Alexandrinum* vndeuiginti annorum adsumeret, tantum tamen ex *Romano* cyclo retinebat, vt dies dominica paschatis interdum vna hebdomade & interdum mense inter eos differret. Neque perfecta medela huic incommodo inuenta est, vsque dum

νηνται γὰρ καὶ αὐτὴν τὴν ψῆφον, ἣν νομίζουσιν ἐπιτελεῖν· ὅπως πανταχόθεν ὦσι πεπλανημένοι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀπεσχοινισμένοι.

(*e*) Leo ep. LXIV. ad Marcian. imperat. Studuerunt sancti patres (Nicæni) occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes: quoniam quoad Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, qui annis singulis dies prædictæ sollemnitatis eueniret, sedi apostolicæ indicaretur, vt huius scripti ad longinquiores ecclesias indicium generaliter percurreret.

DIONYSIVS EXIGVVS an. DXXV canonem *Alexandrinum* in ecclesiam *Romanam* omnino induceret. Interea ecclesiæ *Gallicanæ* & *Britannicæ* canoni vetusto *Romano* inhærebant, nec nisi post duo demum vel tria sæcula nouus *Romanus*, hoc est, *Alexandrinus* canon, non sine repugnatione & difficultate penitus inter eos stabilitus est. Hæc summa est historiæ bene longæ illius & satis litigiosæ disputationis, quæ in ecclesia inter eos exstitit, qui alioquin de paschate non nisi die dominica celebrando consensere, quæ, vt audiuimus, originem suam magnæ diuersitati cyclorum & calculationum eorum debebat. Interim priuati particularium ecclesiarum ciues huic disputationi sese non immiscebant, sed eorum erat, pacis caussa regulam ecclesiæ suæ sequi, quantumuis error aliquis in calculatione eius esse posset. Nam, vti CHRYSOSTOMVS [*f*] de disputatione cum *Protopaschitis* recte notat, non exigitur ab hominibus, vt dies & tempora & annos obseruent, sed vt vbique diligenter sequantur ecclesiam, pacemque & caritatem rebus omnibus præferant. Licet enim ecclesia falleretur, non tantum laudis ac lucri ex temporum exacta ratione, quantum vituperii ex diuisione & schismate nasceretur. Hæc dum considerabant, generatim propendebant eo, vt pascha celebrarent in pace; & interdum ad eam calculationem, quam falsam credebant esse, sese potius accommodabant, quam vt turbas hac de re excitarent in ecclesia. Ita *Leo* pontifex *Romanus*, vti ex epistola eius ad episcopos *Galliæ* & *Hispaniæ* constat, *Alexandrinorum* cyclum an. CCCCLV sequebatur, qui integra hebdomada a *Romanorum* cyclo differebat; *Romanis* quidem paschatis sollemnitatem in diem XV kal. *Maias*, *Alexandrinis* autem in diem VIII easdem kalendas adscribentibus: Studio autem veritatis & pacis malle se dicit eorum definitioni acquiescere, quam in tantæ festiuitatis obseruantia dissidere [*g*]. Monet etiam episcopos *Occi-*

(*f*) Chrysostom. homil. LII. tom. V. p. 714 (p. 640. edit. Francof.: *μὴ τοίνυν ἡμέρας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτοὺς παρατηρῶμεν, ἀλλὰ πανταχοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ μετ' ἀκριβείας ἑπώμεθα, τὴν ἀγάπην καὶ τὴν εἰρήνην προτιμῶντες ἁπάντων· εἰ γὰρ καὶ ἐσφάλλετο ἡ ἐκκλησία, οὐ τοσοῦτον κατόρθωμα ἀπὸ τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας ἦν, ὅσον ἔγκλημα ἀπὸ τῆς διαιρέσεως καὶ τοῦ σχίσματος τούτου.*

(*g*) Leo epist. CXV. Quum in quibusdam adscriptionibus patrum, futurum proxime pascha domini, ab aliis in diem XV kalendas Maias, ab aliis in di-

dentales, vt idem agant fratresque suos de hoc tempore faciant certiores, vt, qui vna fide sint iuncti, vna quoque sollemnitate ferientur. Hæc præstantissima erat pacis regula, tametsi non deerant feroces & intractabiles animi, qui non semper ad eam sese gubernari patiebantur.

§. V.

Omnes autem in eo consentiebant, vt magnam ei reuerentiam & honorem exhiberent, tamquam diei resurrectionis dominicæ.

ENARRATIS hactenus dissensionibus, quæ in ecclesia de tempore huius festi exstitere, iam progredimur ostensuri, in quo omnes consenserint, ad exhibendum ei peculiarem honorem & reuerentiam. GREGORIVS NAZIANZENVS [*h*] hunc diem vocat dierum regem, festiuitatum & celebritatum celebritatem, tanto ceteris omnibus, non solum humanis & humi defixis, sed iis etiam, quæ ipsius Christi sint, ac propter ipsum celebrentur, superiorem, quanto sol stellas antecellat. Dies erat singularis gaudii ac lætitiæ de resurrectione dominica, vtpote qui, (vti CHRYSOSTOMO [*i*] vocatur) erat optatum & salutare festum, dies resurrectionis domini nostri *IESV CHRISTI*, fundatio pacis, occasio reconciliationis nostri, finis con-

em VIII kalendas eiusdem inueniretur adscriptum, tantum me diuersitas ista permouit, vt clementissimo principi Marciano curam de hac re animi mei panderem, vt, præcipiente ipso, ab his, qui habent huius supputationis peritiam, diligentius illic discussa ratione quæreretur, quo die possit venerande sollemnitas rectius celebrari. Quo rescribente VIII kalendas Maias definitus est dies. Quia ergo studio vnitatis & pacis malui orientalium definitioni acquiescere, quam in tantæ festiuitatis obseruantia dissidere, nouerit fraternitas vestra, die VIII kalendas Maias ab omnibus resurrectionem dominicam celebrandam: & hoc ipsum per vos aliis fratribus esse intimandum, vt diuinæ pacis consortio, sicut vna fide iungimur, ita vna sollemnitate feriemur.

(*h*) Nazianz. orat. XIX. in fun. patris. Tom. I. p. 304. *τὸ ἅγιον πάσχα καὶ περιβόητον, ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα.* Et orat. XLII. de pasch. p. 676. *πάσχα κυρίου· αὕτη ἑορτῶν ἡμῖν ἑορτή, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων, τοσοῦτον ὑπεραίρουσα πάσας, οὐ τὰς ἀνθρωπικὰς μόνον καὶ χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ τελουμένας, ὅσον ἀστέρας ἥλιος.*

(*i*) Chrysostom. homil. LXXXV. de paschate. tom. V. p. 587. edit. Sauil. *ἰδοὺ ἡμῖν παραγέγονεν ἡ ποθεινὴ καὶ σωτήριος ἑορτή, ἡ ἀναστάσιμος ἡμέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν*

ten-

tentionum, destructio mortis & victoria de diabolo. Vnde in quibusdam antiquis scriptoribus ab omnibus reliquis diebus dominicis nomine *dominicæ gaudii* distinguitur, quemadmodum PAPEBROCIVS & PAGIVS [k] in vita *Pachomii* & *Theodori* obseruarunt, quorum sanctorum hic posterior mortuus esse dicitur *dominica gaudii*, quam hi viri docti non de alia, quam die dominica paschatis, intelligi posse existimant. Et hoc arguit, quod hæc trita & nota appellatio tunc temporis fuerit.

§. VI.

Hoc die imperatores, carceribus generatim apertis, omnibus reatu aliquo adstrictis veniam dabant, paucis quibusdam atrociorum & odiosorum criminum reis exceptis.

MAGNVM aliquod huius publici gaudii exemplum ab imperatoribus dabatur, qui hoc die carceres generatim aperire & edicto quodam, quod *indulgentiam paschalem* vocabant, omnibus reis libertatem restituere solebant, paucis quibusdam, qui atrociora & odiosiora commiserant crimina, exceptis. Hæc consuetudo primum cœpit an. CCCLXVII, imperante *Valentiniano*, cuius duæ hanc in rem exstant leges in codice *Theodosiano*. Quarum prior his verbis concepta est [l]: *Ob diem paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissoluimus: Adtamen sacrilegus, in maiestate reus, in mortuos, veneficus, siue maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separentur. Valentinianus* iunior & *Theodosius*

Ἰησοῦ χριστοῦ, ἡ τῆς εἰρήνης ὑπόθεσις, ἡ τῆς καταλλαγῆς ἀφορμή, ἡ τῶν πολέμων ἀναίρεσις, ἡ τοῦ θανάτου κατάλυσις, ἡ τοῦ διαβόλου ἧττα.

(k) Papebr. vita Pachomii XIV Maii.
Pagi critic. in Baron. an. CCCLXX. n. IV. (aliis V.) Scripta ea epistola (Athanasii super sancti Theodori mortem) vt notat Papebrocius in vita SS. Pachomii & Theodori abbatum Tabennensium in Thebaide, die XXIV Maii, paragrapho XVII anno Christi CCCLXVIII post Theodori mortem, quæ, vt legitur in laudata vita, contigit *dominica gaudii*, id est, paschatis, vt Papebrocius interpretatur.

(l) Cod. Theod. lib. IX. tit. XXXVIII. de indulgentiis criminum leg. III. Vid. leg. IV. eiusdem imper. ibid. Paschæ celebritas postulat, vt quoscumque nunc ægra exspectatio quæstionis, pœnæque formido sollicitat, absoluamus: Decretis tamen veterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii fœditatem, maiestatis iniuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum, raptusque violentiam sinamus euadere.

an. CCCLXXXI ſimile indulgentiæ edictum publicabant, iisdem ſolum criminibus exceptis, ſub quibus expreſſius comprehendebant parricidium, inceſtum, & publicæ monetæ adulterationem [m], tamquam ſpecies homicidii, adulterii & proditionis, quæ propter infamem indolem ſuam maiorem deteſtationis notam ſibi appoſitam habere deberent. Excipiebant etiam illos, qui in priſtina ſua relapſi fuerant crimina, eo quod principum indulgentia, quæ ad emendationem eos inuitare debebat, ad iterandum delictum illecebra eis fuiſſet. Idem imperator an. CCCLXXXV aliud decretum fecit, quod, quum vel tabellariorum negligentia vel alio caſu principum litteræ tardius ſæpe & poſt feſtum ad iudices perferantur, hi, ſimul ac dies paſchatis [n] illuxiſſet, ſtatim exſequi debeant, quod indulgere illi conſueuerint, carceres aperiri & omnium vincula ſolui eiſque libertatem reſtitui iubentes; illis duntaxat exceptis, quos dimittere ſcandalum futurum ſit, quia actionibus ſuis gaudium lætitiamque communem ſint potius contaminaturi. *Quis enim* (elegantiſſime ait lex) *ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? Quis adultero vel inceſti reo tempore caſtitatis ignoſcat? Quis non raptorem in ſumma quiete & gaudio communi perſequatur inſtantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſiuit: patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetæ: homicida, quod fecit, ſemper exſpectet: Reus etiam maieſtatis de domino, aduerſum quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet.* Si vero ab his reis diſceſſeris, reliqui omnes beneficium huius imperialis beneficentiæ hoc ſancto tempore habebant. *Iuſtinianus* priores leges in codice ſuo non habet, habet autem hanc vltimam [o]; quod eam firmam & ſtatam legem imperii *Romani* euaſiſſe oſtendit. *Gothi* quoque eam in legem ſuam adoptarunt, quemadmodum ex epiſtola quadam

(*m*) Ibid. leg. VI & VII. vid. lib. XVI. c. X. §. I. ſub litt. (a) vol. VII. pag. 392. 393.

(*n*) Ibid. leg. VIII. Nemo deinceps (tardiores fortaſſis, afflatus noſtræ perennitatis exſpectet: exſequantur iudices, quod indulgere conſueuimus. Vbi primum dies paſchalis exſtiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula ſoluantur. Sed ab his ſecernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lætitiamque communem, ſi dimittantur, aduertimus. Quis enim, cetera.

(*o*) Cod. Iuſtin. lib. I. tit. IV. de epiſcopali audientia leg. III.

CAS-

CASSIODORI [p] apparet, quam vt elegantiſſime in hoc argumentum ſcriptam laudat GOTHOFREDVS. Patres antiqui non meminerunt ſolum huius paſchalis indulgentiæ, ſed de ea etiam ſæpius cum laude loquuntur. Sic meminit eius, & quidem a *Theodoſio M.* datæ eo ipſo anno & tempore, quo tumultus *Antiochiæ* exortus ſtatuæque imperatoriæ deiectæ erant, id eſt, an. CCCLXXXVII, CHRYSOSTOMVS, quando in homilia quadam ad populum *Antiochenum* inter alia [q] ait: *Per hos dies imperator miſſa epiſtola in honorem feſti omnes ferme, qui carcere detinebantur, liberos dimiſit. Hanc ergo, quum ad imperatorem venerit ſacerdos noſter* (*Flauianum* intelligit, qui ad imperatorem ad mitigandam illius iram profectus erat) *epiſtolam ipſi præleget ſuaſque ipſi leges in memoriam reuocabit & ad eum dicet: Domi tuæ, vel a te ipſo humanitatis exemplar habes: Noluiſti iuſtam cædem facere, & iniuſtam poteris admittere? Conuictos & condemnatos ob feſti reuerentiam dimiſiſti, & non obnoxios nihilque auſos damnabis? præſertim ſollemnitate paſchali? Nequaquam, o rex: tu hanc epiſtolam ciuitatibus omnibus mittens aiebas: Vtinam & defunctos reſuſcitare poſſem. Huic ſupplicamus huma-*

(p) Caſſiodor. lib. XI. epiſt. vltima. Ad te clauſtrorum magiſtrum verba reuocemus &c. Vt tuos quoque gemitus conſolemur, illos tibi tantummodo vendica, quos lex pietatis gratia non relaxat, ne, quum truculentis parceret, aſperrima facinora leuigaret.

(q) Chryſoſt. homil. VI. ad pop. Antiochen. p. 95. (p. 84. edit. Francof.) ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις πέμψας [ὁ βασιλεὺς] ἐπιστολὴν εἰς τιμὴν τῆς ἑορτῆς, τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας σχεδὸν ἀφῆκεν ἅπαντας, καὶ ταύτην ὁ ἱερεὺς ὁ ἡμέτερος εἰσελθὼν ἀναγνώσεται τὴν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τῶν οἰκείων αὐτὸν ἀναμνήσει νόμων, καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτόν· ὅτι σὺ αὐτὸν παρακάλεσον, καὶ τὰ σαυτοῦ μίμησαι, οἴκοθεν ἔχεις τὸ παράδειγμα τῆς φιλανθρωπίας, δίκαιον οὐκ εἵλου ποιῆσαι φόνον, καὶ ἄδικον ὑπομενεῖς ἐργάσασθαι; τοὺς ἐληλεγμένους καὶ καταδικασθέντας τὴν ἑορτὴν αἰδεσθεὶς ἀφῆκας, καὶ τοὺς ἀνευθύνους καὶ μηδὲν τετολμηκότας κατακρινεῖς, εἰπέ μοι, καὶ ταῦτα τῆς ἑορτῆς παρούσης; μηδαμῶς, βασιλεῦ· σὺ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης διαλεγόμενος ταῖς πόλεσι πάσαις ἔλεγες· εἴθε μοι δυνατὸν ἦν καὶ τοὺς νεκροὺς ἀναστῆσαι· ταύτης δεόμεθα τῆς φιλανθρωπίας, τούτων δεόμεθα τῶν ῥημάτων νῦν.

Id. homil. XX. ad popul. Antioch. tom. I. p. 256. (p. 225. ed. Frf.) μέμνησαι πρώην, ὅτε τῆς ἑορτῆς ταύτης καταλαβούσης ἐπιστολὴν ἔπεμψας πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, κελεύουσαν τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφεῖναι, καὶ συγχωρεῖν αὐτοῖς τὰ ἐγκλήματα, καὶ ὡς οὐκ ἀρκούντων ἐκείνων δεῖξαί σου τὴν φιλανθρωπίαν ἔλεγες διὰ τῶν γραμμάτων, ὅτι εἴθέ μοι δυνατὸν ἦν, καὶ τοὺς ἀπελθόντας καλέσαι καὶ ἀναστῆσαι, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀναγαγεῖν ζωήν.

nita-

nitati, his nunc verbis supplicamus. AMBROSIVS [r] eodem argumento vtitur, quando *Valentiniano* iuniori exprobrat, quod *Iustinæ* matris suasione paschatis tempore episcopos quosdam catholicos carceri mancipasset, quo vincti alioquin dimitti solerent: quod & ipse antea facere solitus erat, quemadmodum ex iam memoratis eius legibus percepimus. Meminit eiusdem consuetudinis GREGORIVS NYSSENVS [s], qui loquens de resurrectione CHRISTI; *Nullus*, inquit, *adeo ægritudine pressus & obnoxius est, quin per huius festi* (paschatis) *magnificentiam, mali sui remissionem sentiat atque leuamen: hoc die nexi soluuntur, debitor dimittitur, seruus bono & humano præconio atque edicto ecclesiæ manumittitur.* Meminerunt etiam huius indulgentiæ paschalis monachi *Eutychis* hæretici, in libello supplice ad synodum secundam *Ephesinam* in actis concilii *Chalcedonensis* [t]: *Superuenit & salutaris passionis dies & sacra nox, & resurrectionis festiuitas, in qua quidem & plurimis peccatoribus a sanctis patribus nostris irrogatæ pœnæ soluuntur; verum & ab imperatoribus criminum reis vincula relaxantur.*

CHRYSOSTOMVS [u] porro rationem & fundamentum huius paschalis indulgentiæ nobis ostendit, quando ait: *Habitantes in carceribus a vinculis soluunt* (imperatores in hebdomade magna) *vt pro humano virili dominum suum imitentur: quia sicut ipse graui nos peccatorum carcere exsoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodem modo & nobis faciendum est, vt simus imitatores misericordiæ domini Dei nostri.* Sic iterum in *homilia* in *Psalm. CXLV.* (quæ in

(r) Ambros. epist. XXXIII. (epist. XIV. tom. V. p. 205. fin. edit. Paris. MDCXLII.) Itaque sanctis diebus hebdomadis vltimæ, quibus solebant debitorum laxari vincula, strident catenæ, imponuntur collo innocentium, cetera.

(s) Nyssen. homil. III. de resurrect. Christi. Tom. III. p. 420. οὐδεὶς δὲ οὕτως κατώδυνος, ὡς ἄνεσιν μὴ εὑρίσκειν ἐν τῇ μεγαλοπρεπείᾳ τῆς ἑορτῆς· νῦν ὁ δεσμώτης λύεται, ὁ χρεώστης ἀφίεται, ὁ δοῦλος ἐλευθεροῦται τῷ ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ τῆς ἐκκλησίας κηρύγματι.

(t) Concil. Chalced. act. I. tom. IV. concil. p. 273. ἐπέστη καὶ ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρα, καὶ νὺξ ἱερά, καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως ἑορτή, καθ' ἣν λύεται μὲν τοῖς πλείστοις τῶν ἡμαρτηκότων τὰ ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐπιτίμια, λύεται δὲ παρὰ τῶν βασιλευόντων ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων τὰ δεσμὰ τοῖς ὑπευθύνοις.

(u) Chrysost. homil. XXX. in Genes. tom. II. p. 427. (p. 320. edit. Francof.) Τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφιᾶσι τῶν δεσμῶν, καὶ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην μιμοῦνται τὸν ἑαυτῶν δεσπότην· καθάπερ γὰρ αὐτός, φησι, τοῦ χαλεποῦ δεσμωτηρίου τῶν ἁμαρτημάτων ἡμᾶς ἀνῆκε, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν παρέχει τὴν ἀπόλαυσιν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμᾶς, προσήκει, ὡς δυνάμεθα μιμητὰς γενέσθαι τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας.

hebdo-

hebdomade magna recitata & ideo vtroque titulo insignita est): *Imperatoriæ litteræ*, inquit [x], *emittuntur, quibus edicitur, vt incolæ carceris catenis exsoluantur, vt, quemadmodum dominus noster, quum ἐν ᾅδῃ, siue apud inferos esset, omnes detentos a morte liberauit; ita & serui pro viribus quod possunt, conferentes, quo imitatores sint misericordiæ dominicæ, eximunt detentos e vinculis sensilibus, quum spiritualibus nequeant.* Vnde obseruari licet, has indulgentias principum non eo spectasse, vt homines sibi persuaderent, se vel culpa vel infamia criminum suorum esse purgatos, sed pœna tantum illis debita liberatos. Culpa pariter & scandalum in illis remanebat, & ipsa indulgentia infamiæ nota erat, eos aliquid istiusmodi veniæ indigum fecisse arguens. Et hanc ob caussam hæ indulgentiæ numquam vniuersis hominum societatibus dabantur promiscue, quia hoc fuisset notam infamiæ & condemnationis innocentibus non minus quam nocentibus apponere; quemadmodum aliquando senatui toti *Romano*, indulgentiam petenti, propter senatores videlicet aliquot criminis cuiusdam reos, respondebat *Valentinianus* [y]. Singulis senatoribus indulgentiam suam promtam paratamque pollicebatur; indulgentiam autem toti senatui datam cum totius senatus infamia coniunctam fore aiebat, quia indulgentia eos ipsos, quos liberet, notet, & pœnæ quidem gratiam faciat, at non etiam infamiam criminis tollat. Quibus consonat illud poëtæ:

Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Vtcumque autem est, imperatores promti erant ad dandam mortalibus in hac sancta festiuitate, quamcumque poterant,

(x) Chrysost. homil. in psalm. CXLV. tom. III. p. 823. quæ est homil. LXXVIII. in hebdomadam magnam tom. V. edit. Sauil. p. 541. (p. 713. edit. Francof.) *βασιλικὰ καταπέμπονται γράμματα λέγοντα· τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας ἀφίεσθαι τῶν δεσμῶν· καθάπερ γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐν ᾅδου γενόμενος, τοὺς κατεχομένους ὑπὸ τοῦ θανάτου πάντας ἀπέλυσεν· οὕτω δὴ καὶ οἱ δοῦλοι τὰ κατὰ δύναμιν εἰσφέροντες, καὶ τὴν δεσποτικὴν μιμούμενοι φιλανθρωπίαν, δεσμῶν ἀπολύουσι τῶν αἰσθητῶν, ἐπειδὴ τῶν νοητῶν οὐκ ἰσχύουσιν.*

(y) Cod. Theod. lib. IX. tit. XXXVIII. de indulgent. criminum. leg. V. Indulgentia, patres conscripti, quos liberat, notat; nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit: In vno hoc, aut in duobus reis ratum sit: Qui indulgentiam senatui dat, damnat senatum.

indulgentiam, vt captiui clementiæ suæ, quam CHRISTVM dominum suum imitantes tribuebant, fierent participes, & opportunitate ista vterentur ad aliquanto plus agendum pro semetipsis, perfugiendo tamquam pœnitentes ad cælum petendoque sibi a throno gratiæ indulgentiam efficaciorem.

§. VII.

Hoc tempore homines maiore quam alias liberalitate vti soliti in seruos, donando eis libertatem.

PORRO obseruare ex antememorato NYSSENI loco possumus, moris fuisse hoc tempore, non solum detentos in carcere per publica principum edicta dimittere, sed priuatos quoque homines liberalitate vti consueuisse in alios, dando seruis suis libertatem. Quo ipso misericordiam declararunt, huic sancto festo apprime conuenientem, vbi generalis redemtio a seruitute, & vniuersalis libertas generi humano per resurrectionem domini Iesu Christi parta est. Ne vero aliquod impedimentum bonæ huic hominum ad istiusmodi liberalitatem propensioni obstaret, lege prouisum erat, vt, licet omnes reliquæ actiones iuridicæ per totam hebdomadem, quæ hanc festiuitatem insequebatur, cessare deberent, quidquid tamen ad seruorum manumissionem liberaliter agendum esset, id agi liceret, vtpote quod cum scopo & intentione sanctæ huius sollemnitatis consistere omnino posset. Discimus hoc ex lege quadam *Theodosii* [z] in codice *Iustinianeo*, quæ habet: *Actus omnes seu publici sint seu priuati, diebus quindecim paschalibus* (hoc est, hebdomade ante & hebdomade post diem dominicam paschatis) *conquiescant. In his tamen & emancipandi & manumittendi cuncti licentiam habeant. Et super his alia non prohibeantur.* Hæc eadem exceptio est, quam antea *Constantinus* fecerat [a] respectu diei dominicæ, qua omnes actiones iuridicæ prohibitæ erant, iis solum exceptis, quæ absolutæ essent necessitatis vel summæ caritatis, inter quas seruorum manumissionem refert, quæ proinde omni tempore permissa erat, quemadmodum supra, de die loquentes dominica, obseruauimus.

(z) Cod. Iustin. lib. III. tit. XII. de feriis leg. VIII.

(a) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis. leg. I. vid. supr. cap. II. §. II. sub litt. (s) pag. 19.

§. VIII.

§. VIII.

Et in pauperes, largis muneribus eos donando.

VERVM hoc non vnum solum beneficentiæ eorum, durante hac sancta sollemnitate, exemplum erat. Liberalitatem enim suam ambitiosius exercere solebant in pauperes, quum nihil magis congruere in pascha crederetur, quam vt homines pauperes beneficentia sua exhilararent eo tempore, quo de communi misericordiarum fonte admonentur, quemadmodum in *instructionibus* suis scite obseruat COMMODIANVS [*b*]. Vnde *Constantinus*, narrante EVSEBIO [*c*], simulac dies paschatis illuxerat, seruatoris nostri beneficentiam imitari studens, vniuersis gentibus, prouinciis ac populis largam manum porrigere solebat, opulentissima donans omnibus munera.

§. IX.

Integra hebdomas post diem paschatis celebrata cum sermonibus, synaxibus, aliisque deuotionis actibus, tamquam pars eiusdem festiuitatis.

NEQVE vero actus suos pietatis ac deuotionis in die paschatis terminabant, sed integram etiam sequentem hebdomadem, tamquam partem eiusdem festiuitatis, obseruabant strictissime; agentes religiosos conuentus singulis diebus, non solum ad preces faciendas, sed ad audiendos etiam sermones & recipiendam sanctam communionem. Hoc ex parte intelligimus ex iis, quæ sub initium huius capitis §. I. obseruauimus: Quod videlicet vniuersa sollemnitas paschalis quindecim dies, siue duas integras hebdomades, complexa sit, vnam quidem ante, & alteram post diem resurrectionis dominicæ. Quod ad eam attinet, quæ sequebatur (& de qua heic solum loquimur) CHRYSOSTOMVS [*d*] plane adfirmat, quod quotidie sermonem per

(*b*) Commodian. instruct. cap. LXXV.

Congruit in pascha, die felicissimo nostro,
Lætentur & illi, qui postulant sub acta diuina,
Erogetur eis, quod sufficit, vinum & esca

(*c*) Euseb. vit. Constant. lib. IV. c. XXII. *διαλαμψάσης δὲ τῆς ἕω, τὰς σωτηρίους εὐεργεσίας μιμούμενος, πᾶσιν ἔθνεσιν λαοῖς τε καὶ δήμοις τὴν εὐεργετικὴν ἐξήπλου δεξιάν, πλούσια πάντα τοῖς πᾶσι δωρούμενος.*

(*d*) Chrysostom. homil. XXXIV. de resurrect. Christi. tom. V. p. 531. 532. (p. 476.

totam hebdomadem habuerint. *Idcirco*, inquit, *ſeptem dierum ſpatio conſequenter collectam agimus, ac ſpiritualem menſam vobis apponimus, vt noſtra opera diuinis eloquiis perfruamini, vt vos ſingulis diebus inſtruamus, atque aduerſus diabolum armemus.* Et paullo poſt iterum: *Idcirco ſeptem conſequentibus his diebus concionum doctrina fruimini, vt in luctarum palæſtra diligenter inſtituamini.* Et totam illam ſollemnitatem vocat nuptias ſpirituales, in quibus, quemadmodum in aliis nuptiis ad ſeptem dies thalami proſtent, chriſtiani ſeptem dierum ſpatio ad ſacros thalamos ſiſtere ſe ſoleant. Idcirco auctor *conſtitutionum* [e] ſeruos tota hac hebdomade otiari iubet, vt publicis ſermonibus aliiſque diuini cultus officiis intereſſe poſſint. Idem requiritur in concilio ſecundo *Matiſconenſi* [f]: *Sanctiſſimis illis ſex diebus nemo ſeruile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati, hymnis paſchalibus indulgentes, perſeuerationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſpere & mane & meridie.* In eamdem ſententiam concilium quoque *Trullanum* [g]: *A ſancta Chriſti Dei noſtri reſurrectionis die vſque ad nouam dominicam, tota ſeptimana in eccleſiis vacare fideles iugiter oportet pſalmis & hymnis & ſpiritualibus canticis, in Chriſto gaudentes feſtumque celebrantes, & diuinarum ſcripturarum lectioni mentem adhibentes, & ſanctis myſteriis iucunde & laute fruentes. Sic enim cum Chriſto exaltabimur, & vna*

edit. Francoſ.) διὰ τοῦτο ἑπτὰ ἡμέρας ἐφεξῆς σύναξιν ἐπιτελοῦμεν, τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παρατιθέμενοι τράπεζαν· ποιοῦντες ὑμᾶς ἀπολαύειν θείων λογίων. Et paullo poſt: διὰ τοῦτο ἑπτὰ ἡμέρας ἐφεξῆς ἀπολαύετε διδασκαλίας, ὥστε ἀκριβῶς μαθεῖν τὰ παλαίσματα.

(e) Conſtitut. lib. VIII. c. XXXIII. τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι, ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως, καὶ χρεία διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστὰς, ἢ τίς ὁ συγχωρήσας, ἢ καὶ ἀναστήσας. *Magna hebdomade tota, & ea, quæ illam ſequitur, ſerui otientur: quia illa, paſſionis eſt; hæc, reſurrectionis; & opus eſt doceri, quis ſit, qui paſſus eſt, item quis ſit, qui pati permiſit, quique reſuſcitauit.*

(f) Concil. Matiſcon. II. can. II.

(g) Concil. Trull. c. LXVI. Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς, ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς εὐφραινομένους ἐν χριστῷ καὶ ἑορτάζοντας, καὶ τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει προσέχοντας, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων κατατρυφῶντας· ἐσόμεθα γὰρ οὕτω χρι-

re-

resurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum.

§. X.

Nulla publica spectacula, hac tota durante sollemnitate, permissa.

QVOD hoc concilium sub publicorum spectaculorum nomine heic prohibet, antiquioribus legibus imperialibus congruit, quæ non solum in die paschatis, vtpote quæ vna ex diebus dominicis est, ea fieri vetant, sed prohibitionem ad totam quoque subsequentem hebdomadem extendunt. Ita enim *Theodosius* iunior[*b*] in paschatis & pentecostes diebus omnem theatrorum ac circensium voluptatem populis expresse denegari iubet, quamdiu recens baptizati alba vestimenta, cælestis lauacri lumen repræsentantia, gestent: (hoc est, ad sequentem vsque dominicam, quæ, vt mox videbimus, clausula huius sollemnitatis erat:) Et ratio quidem huius probationis ibi redditur; quia durante isthac festiuitate totæ christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupari debeant. Prohibitio etiam ad iudæos & gentiles extenditur, qui eatenus hosce sanctos dies reuereri iubentur, vt aliud esse sciant supplicationum tempus, aliud voluptatum.

§. XI.

Nullæ actiones iuridicæ, præterquam in quibusdam specialibus & extraordinariis casibus.

OB eamdem rationem nullæ actiones iuridicæ hoc tempore permissæ erant, præterquam in quibusdam specialibus & extraordinariis casibus. Exempli gratia, seruorum manumissio, quum esset res magnæ liberalitatis, nullis non temporibus permissa erat; quemadmodum paullo ante [*] ex GREGORIO NYSSENO obseruauimus & lege *Theodosii*, quæ omnes permittit & confirmat actus, quos ad seruos manumittendos libertateque donandos fieri oporteat. Similis exceptio a *Theodosio*

στῷ συνανιστάμενοί τε καὶ συνανυψέμενοι· μηδαμῶς ἂν ἐν ταῖς προκειμέναις ἡμέραις ἱπποδρομία ἢ ἑτέρα δημώδης θέα ἐπιτελείσθω.

(*b*) Cod. Theodos. lib. XV. tit. V. de spectac. leg. V. Vid. cap. II. §. IV. sub litt. (z) pag. 31.

(*) Vid. §. VI. & §. VII. huius capitis.

iuniore & *Honorio* [i] facta eſt in negotio examinandi piratas, quia hoc ſtatim fieri ſalus publica poſcebat. Adeoque iſtiusmodi conſceleratorum hominum examinatio permiſſa erat in quadrageſima & die feſto paſchatis. Hiſce autem neceſſitatis caſibus exceptis, reliquæ actiones forenſes omnes hoc tempore in honorem feſtiuitatis paſchalis prorſus ceſſabant. Exſtant hanc in rem leges *Theodoſii* in vtroque codice [k], quibus integri quindecim dies ſollemnitatis paſchales, hoc eſt, hebdomas diem paſchatis antecedens, dicta hebdomas magna, & hebdomadas diem paſchatis ſequens, omnibus actionibus & negotiis forenſibus liberæ eſſe ſtatuuntur; ſolis ante memoratis caſibus exceptis. Sæpe etiam AVGVSTINO [l], CHRYSOSTOMO & aliis memorantur, quorum loca heic in medium producere nihil attinet, quia iam ſupra [*], alia ſic ferente occaſione, a nobis adducta ſunt.

§. XII.

Dominica poſt paſcha, communiter dicta dominica noua *&* dominica in albis, *ſollemniſſime obſeruata, tamquam concluſio feſtiuitatis paſchalis.*

NEQVE heic animaduertere neceſſe habemus, paſcha fuiſſe notiſſimum & ſollemniſſimum baptiſmi tempus in eccleſia, quia hac de re diſtincte loquuti ſumus, vbi de baptiſmo egimus: ſed obſeruamus ſolum, quod dominica poſt paſcha, quæ paſchalis ſollemnitatis concluſio erat, magnis ritibus & cærimoniis celebrari conſueuerit Hac enim die neophyti, ſiue homines recens baptizati, alba veſtimenta ſua exuere & in ſacra-

(i) Cod. Theod. lib. IX. tit. XXXV. de quæſtionibus. leg. VII. Prouinciarum iudices moneantur, vt in Iſaurorum latronum quæſtionibus nullum quadrageſimæ, nec venerabilem paſcharum diem exiſtiment excipiendum, ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum &c.
Vid. Cod. Theod. lib. XIII. tit V. de nauiculariis. leg. XXXVIII. in fin. Huiuſmodi igitur inquiſitio etiam diebus feriatis & deuotionum, abſque vlla obſeruatione, peragenda eſt.

(k) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. Sanctos quoque paſchæ dies, qui ſepteno vel præcedunt numero vel ſequuntur, in eadem obſeruatione numeramus. Vid. cod. *Iuſtin.* de feriis leg. II. VII. VIII.

(l) Auguſtin. ſerm. XIX. inter editos a Sirmondo. Vid. §. I. huius cap. ſub litt. (e) pag. 88. Chryſoſtom. homil. XXX. in geneſ. & in pſalm. CXLV.

(*) Vid. §. I. ſub litt. (e) pag. 88. Et §. VI. ſub litt. (u) & (x) pag. 112. 113.

rio ecclesiæ reponere solebant. Vnde, vti interdum *octaua paschatis* vocabatur, quod esset sollemnitatis paschalis conclusio: ita magis nota erat nomine *dominica in albis*. Sub quibus nominibus aliquoties apud AVGVSTINVM, in sermonibus eius hoc die habitis, reperitur: quorum alii recitati dicuntur [*m*] *dominica in octauis paschæ*; & alii *dominica in albis* [*n*], si quid pretii tituli isti habent, qui forte ab aliis scriptoribus ætate *Caroli magni* additi sunt, cuius tempore hæ communes appellationes erant inter omnes rituum expositores in ecclesia *Latina* [*o*]. A *Græcis* autem scriptoribus aliter appellatur, nimirum καινὴ κυριακὴ, vel διακαινήσιμος, i. e. *dominica noua*. Sub qua appellatione sermones in eam apud GREGORIVM NAZIANZENVM [*p*] & IOANNEM CHRYSOSTOMVM reperiuntur. Et concilium *Trullanum* [*q*] eodem nomine eius meminit, *A sancti Christi resurrectionis die*, inquiens, *vsque ad NOVAM DOMINICAM tota septimana in ecclesiis vacare fideles iugiter oportet psalmis & hymnis & spiritualibus canticis*, &c. Vocabatur ita a renouatione hominum per nouam natiuitatem baptismi; vtpote qui erat conclusio magnæ festiuitatis paschalis, in qua baptizati erant & regeniti ex aqua & spiritu sancto, & tunc induti nouis & albis vestimentis, nouam lucem ac natiuitatem suam repræsentantibus, quæ quum dominica sequente deponerent, dies illa *noua dominica*, a tota actione eam antegressa, nuncupabatur. Quomodo sex dies antecedentis hebdomadis *dies neophytorum* dicebantur ex eadem ratione: Sicut in AVGVSTINO [*r*] legimus, qui, loquens de tempore a die dominica paschatis ad diem dominicam proxime sequentem, vocat id *octo dies neophytorum*, vtramque dominicam huic numero accensens.

(*m*) Augustin. serm. de temp. CLX. CLXII. CLXIII. CLXIV.

(*n*) Id. serm. XIX. ex editis a Sirmondo.

(*o*) Vid. Vicecom. de ritib. bapt. lib. V. c. XII.

(*p*) Nazianz. orat. XLIII. εἰς καινὴν κυριακήν. Chrysostom. homil. CVI. in dom. nou. tom. VII. edit. Sauil. p. 575.

(*q*) Concil. Trull. can. LXVI. Vid. sub litt. anteced. (g) pag. 116.

(*r*) Augustin. epist. CXIX. ad Ian. c. XVII. Vt quadraginta illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiæ consuetudo roborauit, sic etiam vt *octo dies neophytorum* distinguantur a ceteris, id est, vt octauus primo concinat &c.

LIBRI

LIBRI VICESIMI
CAPVT SEXTVM
DE PENTECOSTE.
§. I.

Pentecoſte duplici ſenſu inter veteres accepta. Primum *pro quinquaginta diebus inter paſcha & pentecoſten*, & deinde *pro vnico die feſti pentecoſtalis.*

PROXIMA magna ſollemnitas erat *pentecoſte*, quæ duplici ſenſu apud veteres accipitur. Interdum enim totum interuallum quinquaginta dierum inter paſcha & pentecoſten ſignificat, quod continuum feſtum erat; interdum vero ſenſu ſtrictiore accipitur pro particulari iſto tempore, commemorationi deſcenſus ſpiritus ſancti ſuper apoſtolos præſtituto. Priori ſenſu TERTVLLIANVS [a] de ea loquitur, quando de ethnicis quaſi triumphans ait: *Ethnicis ſemel annuus dies quiſque feſtus eſt: Tibi (* apud chriſtianum loquitur *) octauo quoque die*, (i. e. die dominica. *) Excerpe ſingulas ſollemnitates nationum, & in ordinem texe, pentecoſten implere non poterunt.* Sic iterum alio loco [b]: *Diem baptiſmo ſollemniorem paſcha præſtat, exinde pentecoſte ordinandis lauacris latiſſimum ſpatium eſt, quo & domini reſurrectio inter diſcipulos frequentata eſt, & gratia ſpiritus ſancti dedicata*, cetera. Vbi planum eſt, TERTVLLIANVM pentecoſten non pro vnico iſto die accipere, quo ſuper apoſtolos venit ſpiritus ſanctus, ſed pro vniuerſo illo tempore, quo cum diſcipulis ſuis conuerſatus eſt ſeruator, vt reſurrectionis ſuæ illis daret documenta. Idcirco licet IOSEPHVS VICECOMES [c] ſugillet LVDOVICVM VIVEM, quod illud ſtatuerit, ISAACVS tamen HABERTVS [d] ex

(a) Tertull. de idololatr. c. XIV.

(b) Tertull. de bapt. c. XIX.
Vid. can. apoſtol. XXXVII. & can. XX. concil. Antiochen. vbi quartæ hebdomadis pentecoſtes mentio iniicitur.

(c) Vicecom. de ritib. bapt. lib. I. c. XXV. Neque adſentior Ludouico Viui, qui in Grammaticæ ludo edoctus, S. Auguſtini libros de ciuitate Dei exponere parum feliciter adgreſſus eſt. Is enim nota (k) in cap VIII. lib. XXII. *a paſchate ad pentecoſten, baptiſmum quotidie adminiſtrari ſolitum, nullo auctore adfirmat.*

(d) Habert. archierat. part. VIII. obſeruat. IV. p. 134. Immerito Ioſephus Viceco-

his

his locis TERTVLLIANI eum defendit. Et GVILLIELMVS CAVEVS [e] & alii viri docti idem ſentiunt. In primis vero GOTHOFREDVS multam nauat operam, vt hoc per *quinquageſimam*, quod vocabulum *Latinum pentecoſtes* eſt, demonſtret intelligi in decantatiſſima illa *Theodoſii* iunioris lege, qua [f] publica ſpectacula, durantibus paſchatis & pentecoſtes ſollemnitatibus, prohibet, quæ ſollemnitates ibi per duas haſce circumſtantias deſcribuntur. Primo, quod neophyti alba veſtimenta ſua, nouam ſancti & cæleſtis lauacri lucem & natiuitatem imitantia, deponant: Et deinde, quod hoc tempore *apoſtolicæ paſſiones*, hoc eſt, acta apoſtolorum, in commemorationem & confirmationem doctrinæ chriſtianæ de reſurrectione dominica legantur.

§. II.

Quo durante tempore, eccleſia præcipue ſeſe exercebat in lectione ac meditatione actuum apoſtolorum, reſurrectionem Chriſti mirifice confirmantium.

POSTERIOR harum circumſtantiarum, peculiaris nota characteriſtica eſt, non vnius cuiuſdam diei, ſed vniuerſi temporis inter paſcha & pentecoſten; quo durante tempore moris erat in eccleſia legi acta apoſtolorum, quemadmodum ex diuerſis locis CHRYSOSTOMI condiſcimus, quæ manifeſto oſtendunt, eum pentecoſten accipere pro integris quinquaginta diebus inter diem dominicam paſchatis & diem dominicam pentecoſtes. Vna aliqua homilia maxime eo ſpectat, vt reſpondeat quæſtioni [g], *Cur in pentecoſte acta legantur?* Sermo ipſe hanc habet

mes opere de baptiſmi ritibus ſugillat Ludouicum Viuem, quod dixerit, id moris fuiſſe, vt toto illo temporis decurſu a paſcha ad pentecoſten baptizaretur: nullo, inquit auctore. Sed nos auctorem illi ſubminiſtramus, Tertullianum lib. de baptiſm. ad fin. *Diem ſollemniorem* &c.

(e) Cave prim. chriſt. p. 307. edit. Anglic. (p. 248. 249. edit. Germanic. citat. ad libr. XI. c. VI. §. VII. ſub litt. g. vol IV. p. 240.)

(f) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de ſpectaculis. leg. V. Paſchæ etiam & *Quinquageſimæ* diebus, quamdiu cæleſtis lumen lauacri imitantia nouam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur: quo tempore & commemoratio apoſtolicæ paſſionis, totius chriſtianitatis magiſtræ, a cunctis iure celebratur, omni theatrorum atque circenſium voluptate populis denegata &c.

(g) Chryſoſt. hom. XIII. Cur in pentecoſte acta legantur. tom. V. pag. 949.

inſcriptionem, & in reſponſione ad hanc quæſtionem, in ſingulis feſtis ea ex ſcripturis legi, ait, quæ in ſingulis acciderint. Sic in die paſſionis omnia legi, quæ ad crucem pertineant; & in magno ſabbato, ſiue pridie diei paſchatis, quæ de traditione, cruce, morte ac ſepultura ipſius agant; in die paſchatis, quæ reſurrectionem eius condoceant. Tum autem illud videtur aliquid difficultatis habere, Cur acta apoſtolorum, quæ miraculorum, poſt pentecoſten ab eis patratorum, hiſtoriam continent, legantur in hoc interuallo, pentecoſte nondum perfecte finita. Ad quod reſpondet, miracula apoſtolorum, in iſto libro perſcripta, eſſe demonſtrationem reſurrectionis dominicæ. Quod igitur huius reſurrectionis maxime fidem faciat, hoc ſtatim poſt crucem & reſurrectionem patres legi ſtatuiſſe, vt homines manifeſtam & indubitatam huius myſterii probationem haberent. Atque hinc firma & ſtata regula in vniuerſa eccleſia facta eſt, vt *acta apoſtolorum* hiſce quinquaginta diebus legerentur, quemadmodum ex multis aliis locis CHRYSOSTOMI [*h*], AVGVSTINI [*i*], CASSIANI [*k*], & concilii quarti *Toletani* [*l*] intelligimus, quæ quia libro quodam anteriore [*] recitauimus, hoc loco repetere ſuperſedemus.

§. III.

Ieiunare & poſitis genibus adorare hoc tempore æque ac die dominica vetitum.

DVRANTE hoc tempore ieiunare & poſitis genibus adorare perinde ac die dominica prohibitum erat, quia hiſce di-

(homil. LXVI. p. 849. ſeq. edit. Francof.) Vid. lib. XIV. c. III. §. III. ſub litt. (z) & (a) vol. VI. p. 64. 65.

(*h*) Chryſoſtom. homil. XXXIII. in Geneſ. p. 478. (p. 369. cit. edit.) Vid. lib. XIII. c. VI. §. II. ſub litt. (h) vol. V. p. 202. Homil. XLVII. tom. V. p. 637. (homil. L. p. 569. edit. Francof.) Vid. lib. XIV. c. III. §. III. ſub litt. (b) vol. VI. p. 66. Homil. XLVIII. in inſcriptionem altaris act. XVII. tom. V. p. 650. (homil. LI. p. 580. 581. edit. Frf.) ibid. ſub litt. (c).

(*i*) Auguſtin. tract. VI. in Ioan. tom. IX. p. 24. (p. 56. 57. Baſil. MDLXIX.) ibid. ſub litt. (y) p. 64.

(*k*) Caſſian. inſtitut. lib. II. c. VI. Vid. ibid. ſub litt (e) p. 66.

(*l*) Concil. Tolet. IV. c. XVI. Vid. ibid. ſub litt. (f) p. 67.

(*) Lib. XIV. cap. III. §. III.

ebus

ebus ex inſtituto reſurrectionis dominicæ memoriam læta-bundi celebrabant. Manifeſtum hoc eſt ex verbis TERTVLLIANI [*m*], *Die dominica,* inquientis, *ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare: Eadem immunitate a die paſchæ in pentecoſten vſque gaudemus.* Idem dicit EPIPHANIVS [*n*]: *Quinquaginta pentecoſtes diebus neque genua flectuntur, neque ieiunium indicitur.* Et hæc conſuetudo de non ſubmittendis per hoſce dies genibus firma & ſtata regula facta eſt a concilio *Nicæno* [*o*]: *Quoniam ſunt quidam,* inquiunt patres iſti conſcripti, *qui in die dominico genu flectunt, & ipſis diebus pentecoſtes, vt omnia ſimiliter in omni parochia ſeruentur, viſum eſt ſanctæ ſynodo, vt ſtantes Deo orationes effundant.* Non omnes tamen eccleſiæ huic regulæ ſeſe penitus ſubmiſerunt, nec hanc regulam tam exacte obſeruarunt in pentecoſte, quam quidem in die dominica. AVGVSTINVS enim ait [*p*]: *Vt ſtantes in illis diebus* (pentecoſtalibus) *& omnibus dominicis oremus, vtrum vbique obſeruetur, ignoro.* Et CASSIANVS [*q*] adhuc expreſſius dicit, quod in monaſteriis *Syriæ* hanc regulam, quæ flexis genibus preces facere vel ieiunare in pentecoſte prohibeat, non multum curarint, licet vicini *Aegyptii* vtramque conſuetudinem obſeruarint ſtudioſiſſime. Cuius rei diuerſitate inductum ſe diligentius in eius cauſſam ait inquiſiſſe, reſponſumque tuliſſe, quod, quum hoc feſtum in honorem ac memoriam reſurrectionis dominicæ celebretur, tempus ſit maximæ lætitiæ: ieiunium autem ac genuum inflexio [*r*] tali feſtiuitati non conueniat, vtpote pœnitentiæ ac luctus indicium: Ideo in hiſce diebus

(*m*) Tertull. de coron. milit. c. III.

(*n*) Epiph. expoſit. fid. n. XXII. - *δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς ὅτε γονυκλισίαι γίνονται, ὅτε νηστεία προστέτακται.*

(*o*) Concil. Nic. can. XX. *ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς πεντηκοστῆς ἡμέραις ὑπὲρ τῶν πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ.*

(*p*) Aug. epiſt. CXIX. ad Ianuar. c. XVII.

(*q*) Caſſian. collat. XXI. c. XI. Cœpimus diligentius percontari, cur apud Aegyptios tanta obſeruatione caueretur, ne quis penitus totis quinquageſimæ diebus vel genua in oratione curuaret, vel vſque ad horam nonam ieiunare præſumeret, eoque id diligentius perſcrutabamur, quod nequaquam hoc tanta cautione ſeruari in Syriæ monaſteriis videramus.

(*r*) Ibid. c. XX. Ideo in ipſis diebus nec genua in oratione curuantur, quia inflexio genuum velut pœnitentiæ ac luctus indicium eſt. Vnde etiam per

ſe nec ieiunare, nec flexis genibus adorare, ſed laudes & halleluiah Deo canere pro reſurrectione dominica. Hæc conſuetudo canendi halleluiah, quæ multis in eccleſiis obtinebat, huic temporis interuallo peculiaris erat & propria; in aliis autem eccleſiis alia occaſione obſeruabatur. Qua de re plura lector videre poteſt in libro quodam antecedente [*], vbi de pſalmodia eccleſiæ egimus.

§. IV.

Omnia etiam publica ſpectacula & comœdiæ; non autem actiones forenſes vel operæ interdictæ.

SED pergimus in præſentis feſtiuitatis conſideratione, vbi obſeruandum porro eſt, habuiſſe eam tantam reuerentiam ac venerationem, vt *Theodoſius* iunior princeps religioſus omnem theatrorum atque circenſium voluptatem, durante integra hac ſollemnitate, populis denegandam duxerit; quod hoc tempus ſit ſollemnioris adorationis, vbi totæ chriſtianorum mentes Dei cultu occupatæ & miraculorum, per apoſtolos ad confirmandum euangelium patratorum, commemorationi intentæ eſſe debeant, quemadmodum in lege ſua [s], hunc in finem promulgata, obſeruat. Actiones autem forenſes & adminiſtratio iuſtitiæ res magis neceſſariæ erant, quam delectationes ludicræ; neque adeo ceſſare iuſſæ hoc temporis interuallo, ſed prima tantum hebdomade poſt paſcha, quæ feſtiuitati paſchali accenſebatur. Simulac finita ea eſſet, forum aperiebatur & omnes actiones reuocabantur, vt aliis temporibus, quod ex ſermone AVGVSTINI patet, quem in *octauis paſchatis*, ſiue *dominica in albis*, habuit, vbi ait [t]: *Peracti ſunt dies feriati, ſuccedent iam illi conuentionum, exactionum, litigiorum.* Vt adeo hoc reſpectu reliquias horum quinquaginta dierum aliis magnis feſtiuitatibus inferiores fuiſſe; in hoc vno autem diſcrimen aliquod inter eas in lege factum eſſe appareat. Et reſpectu

omnia eamdem in illis ſollemnitatem, quam die dominica cuſtodimus, in qua maiores noſtri nec ieiunium agendum, nec genu eſſe flectendum, ob reuerentiam reſurrectionis dominicæ tradiderunt.

(*) Lib. XIV. cap. II. n. IV. vol. VI. p. 41. ſeqq.

(s) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de ſpectaculis. leg. V. Vid. cap. II. §. IV. ſub litt. (z) pag. 31.

(t) Auguſtin. ſerm. XIX. ex editis a Sirmondo. Tom. X. p. 811.

rerum

rerum ecclesiasticarum eadem fere religiosa sollemnitate, qua alii dies festi, celebrabantur, quemadmodum ex hactenus dictis apparet. Tantummodo viri quidam docti recte notant, obseruationem huius sollemnitatis non requisisse ab hominibus, tenuioribus sane & inopibus, intermissionem laboris. Hoc enim de die tantum dominica & de quibusdam maioribus festiuitatibus praeceptum erat; vti ex auctore *constitutionum* apparet, qui loquens [u] de diebus, quibus otiari debeant serui, nominat diem dominicam, sabbatum, natalem Christi, epiphaniam, magnam hebdomadem in quadragesima & eam, quae illam sequitur, adscensionem & pentecosten, quatenus haec significat diem, qua spiritus sanctus descendit super apostolos, nihil autem de pentecoste dicit, sensu latiore accepta, quatenus quinquaginta dierum decursum a die resurrectionis dominicae ad diem effusioni spiritus sancti sacrum significat. In concilio *Illiberritano* [x] seuerus canon habetur aduersus quosdam, qui diem pentecostes prauo instituto post pascha celebrent, non quinquagesimam sed quadragesimam. Non autem liquet, quod patres illic congregati integros quinquaginta dies, sed tantum vnicum illum diem pentecostes iusto quidem tempore celebrari velint. Quod si autem amplius quid spectent, ALBASPINAEVS [y] tamen eos heic non putat praecipere, vt dies isti cessatione operarum celebrentur, sed tantum ieiunii relaxatione & omissione adgeniculationum, publicis

(u) Constit. lib. VIII. c. XXXIII. *τὴν πεντηκοστὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς χριστόν.* In pentecoste ferientur, *ob spiritus sancti aduentum, concessum iis, qui in Christum crediderint.*

(x) Concil. Illiberrit. c. XLIII. Prauam institutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem scripturarum, vt cuncti diem pentecostes post pascha celebremus, non quadragesimam sed quinquagesimam. Qui non fecit, nouam haeresin induxisse notetur.

(y) Albaspin. in loc. Non omnino liquet hoc canone decretum, diem duntaxat pentecostes, an quinquaginta post pascha dies celebrandos: vulgaris lectio de solo pentecostes die, emendata totos quinquaginta dies festiuos habendos statuisse videtur, his adiectis, *non quadragesimam, nisi quinquagesimam.* Praeterea certum est superioribus temporibus pentecostes, non vnicum diem; a paschate ad pentecosten totos dies a christianis celebratos. Tertullianus; *Excerpe singulas festiuitates nationum, vix pentecosten im-*

de more miſſarum ſacrificiis, euchariſtiæ quoque, (quæ probabiliter ſingulis diebus, durante hac tota feſtiuitate, adminiſtrata eſt) ſumtione, aut elogiis recitandis. Atque his in rebus pentecoſtes, ſenſu latiore acceptæ, conſiſtebat obſeruatio.

§. V.

De die adſcenſionis, *eius antiquitate & obſeruatione.*

In longæ huius & continuæ feſtiuitatis pentecoſtalis curſu vnus quidem dies curatius memorandus nobis eſt, priusquam ad ipſam pentecoſten deueniamus. Dies hic eſt *adſcenſionis* ſiue adſumtionis ſeruatoris noſtri in cælum. Cuius feſtivitatis obſeruatio tam antiqua erat, vt AVGVSTINVS originem eius non aliunde, quam vel ex inſtitutione apoſtolica, vel ex generali conſenſu eccleſiæ deriuare poſſet. *Illa*, inquit [z], *quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis apoſtolis, vel plenariis conciliis, quorum in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata atque ſtatuta retineri. Sicut quod domini paſſio & reſurrectio & ADSCENSIO in cælum, & aduentus de cælo ſpiritus ſancti anniuerſaria ſollemnitate celebrantur.* Certum igitur eſt, feſtum adſcenſionis generatim in omnibus eccleſiis longe ante *Auguſtini* ætatem fuiſſe obſeruatum. CHRYSOSTOMVS ſæpe de eo loquitur ſub nomine ἀναλήψεως. Nam vt ne memoremus duos ſermones in HENRICI SAVILII editione [a] in adſcenſionem, qui ſpurii habentur, v-

plere poterunt. Nicænum quoque concilium, eoſdem quinquaginta dies ſollemnes fuiſſe indicat, vetitis adgeniculationibus. Quapropter in eam potius ſententiam hunc canonem acciperem, vt dies quinquaginta, quam vnicum pentecoſtes diem obſeruandum ſtatuat; verum qua cærimonia quinquaginta illi dies traducerentur, non liquet: non ceſſatione operarum, neque enim credibile videbitur, tenuiorum ſane & inopum cauſſa; quos ab intermiſſione laboris pagani facile internoſcere potuiſſent, quapropter potius exiſtimarim, quantum ego coniicere poſſum, dies illos celebrari & agitari conſueuiſſe publicis de more miſſarum ſacrificiis, euchariſtiæ quoque ſumtione ſanctiſſime obita, aut elogiis recitandis. Addo etiam commune quoddam & publicum gaudium, quo elati ieiunare deſinerent, Deumque ſtantes omiſſa genuflectione, laudibus & hymnis extollerent & benedicerent.

(z) Auguſtin. epiſt CXVIII. ad Ianuarium.

(a) Chryſoſtom. homil. LXIII. tom. VII. p. 426. edit. Sauil. εἰς ἀνάληψιν τῦ κυ-

num

num aliquem habet in adſumtionem [*b*], cuius fides numquam in dubium vocata eſt, vbi hoc feſtum appellat, *illuſtrem ac refulgentem diem adſcenſionis crucifixi.* Et in alia homilia [*c*] in pentecoſten, enarrans magnas ſollemnitates, illam proxime antegreſſas, ait: *Nuper feſtum crucis celebrauimus, paſſionis ac reſurrectionis, ac deinde domini noſtri Ieſu Chriſti in cælos adſcenſus &c.* Similiter auctor *conſtitutionum* [*d*] diem adſcenſionis magnis ſollemnitatibus chriſtianorum adnumerat, propter finitam tunc in terra œconomiam CHRISTI. Apud *Cappadoces* hæc dies dicebatur ἐπισωζομένη, *epiſozomene.* Ita enim LEO ALLATIVS [*e*] in manuſcripto codice GREGORII NYSSENI ſe reperiſſe adfirmat. Et homilia quædam CHRYSOSTOMI [*f*] dicitur habita τῇ κυριακῇ τῆς σωζομένης ſiue ἐπισωζομένης, *dominica epiſozomenes*, quam curatores editionis *Sauilianæ* pro *dominica in albis*, ſiue dominica proxima poſt paſcha, accipiunt. IOANNES CASPAR SVICERVS [*g*] autem & LEO ALLATIVS dominicam poſt adſcenſionem intelligunt, quæ hinc denominationem nacta ſit. Cur

ρίȣ ἡμῶν Ιησȣ̃ χριςȣ̃. Et homil. LXIV. ibid. p. 466. εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάληψιν τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Ιησȣ̃ χριςȣ̃.

(*b*) Id. homil. XXXV. in adſumt. tom. V. p. 537. edit. Pariſ. (hom. XXXVIII. p. 477. edit. Francof.) νῦν ὅτε τȣ̃ ςαυρωθέντος τὴν ἀνάληψιν ἄγομεν, τὴν φαιδρὰν ταύτην καὶ ἐξαςράπτȣσαν ἡμέραν.

(*c*) Ibid. homil. XXXVII. in pentecoſt. p. 560. (homil. XL. p. 501. edit. Francof.) πρῶτον μὲν ȣ̃ν ἑορτάσαμεν τὸν ςαυρὸν, τὸ πάθος, τὴν ἀνάςασιν, μετὰ ταῦτα τὴν εἰς ȣ̓ρανὸν ἄνοδον τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Ιησȣ̃ χριςȣ̃.

(*d*) Conſtitut. lib. VIII. c. XXXIII. τὴν ἀνάληψιν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ χριςὸν οἰκονομίας.

(*e*) Allat. de dominicis & hebdomad. Græcor. §. XXVIII. Aſcenſio quoque domini apud Cappadoces ἐπισωζομένη, *epiſozomene*, dicebatur. Erat adnotatum in manuſcripto codice Gregorii Nyſſeni: τῷ ἐπιχωρίῳ τῶν Καππαδοκῶν ἔθει ἐπισωζομένη λέγεται ἡ ἀνάληψις τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Ιησȣ̃ χριςȣ̃. *Vernaculo Cappadocum vſu epiſozomene dicitur aſcenſio domini noſtri Ieſu Chriſti.* Legiturque inter Audriantas Chryſoſtomi homilia, τῇ κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης, *dominica epiſozomenes.* Latinis hæc dominica eſt, *quinta poſt paſcha.* Hebdomas iſta ἀναληψιμος, a feſtiuitate ἀναλήψεως, *aſcenſionis*, vocatur a Theodoro Studita.

(*f*) Chryſoſtom. homil. XIX. ad popul. Antioch. (p. 709. edit. Francof.) τῇ κυριακῇ σωζομένης πρὸς τȣ̀ς ἀπὸ τῆς χώρας.

(*g*) Suicer. theſaur. eccleſ. voce ἐπισωζομένης p. I. pag. 1194. Quid ἐπισωζομένη ſit, docet Leo Allatius de dominicis & hebdomadibus Græcorum. Aſcenſio apud Cappadoces &c. vid. ſub litt. (*e*).

ad-

adſcenſio ita vocata ſit, non facile eſt ad hariolandum. Forte ideo eſſe poteſt, quia per ſeruatoris noſtri adſumtionem in cælum tota œconomia incarnationis eius & redemtionis humani generis iam finita erat, quemadmodum auctor *conſtitutionum* loquitur. Et CHRYSOSTOMVS [*h*] in eumdem modum edisſerit: *Hodie humanum genus reconciliatum eſt Deo. Hodie diuturna ſimultas longumque bellum deletum eſt atque ſublatum. Hodie pax quædam nobis admirabilis rediit, non antea vmquam exſpectata. Quis enim ſperaſſet fore, vt Deus ſupremus homini reconciliaretur?* Et paucis interiectis: *Nos, qui terra videbamur indigni, hodie in cælum ſublati ſumus; qui ne terreno quidem principatu eramus digni, ad ſupremum cæleſte regnum adſcendimus. Cælos peruaſimus, thronum regalem atque dominium apprehendimus, & natura, propter quam paradiſum ſeruabant cherubim, ipſa ſupra cherubim ſedet hodie.* Mens eius eſt, quod *CHRISTVS*, tamquam primitiæ naturæ noſtræ in perfectione, exaltatus ſit in cælum; & omnia membra eius quodam modo iam participent iſtam gloriam, ſperentque fore, vt tempore ſuo in nubibus ei occurrant & in eumdem locum transferantur, quo præcurſor eorum pro illis ingreſſus eſt. Hæc optima ratio eſt, quam in præſenti de hoc nomine *epiſozomenes* dare poſſum, & applicatio eius ad celebrem feſtiuitatem adſcenſionis ſiue adſumtionis redemtoris noſtri in cælum. Non neceſſe fuerit in modum obſeruandi illam inquirere. Quum enim in mediam pentecoſten incideret, certum eſt, eam omnes ritus & cærimonias habuiſſe, quæ ad hanc feſtiuitatem pertinerent, nec vmquam ſine congruo ſermone eſſe tranſactam, quo mortales ad eleuandum animas ſuas, & adſcendendum vna cum *CHRISTO* corde & mente ſua in cælum excitarentur, ſub ſpe obtinendi illud poſthac, tamquam propriam & æternam ani-

(*h*) Chryſoſtom. homil. XXXV. in adſcenſ. tom. V. p. 535. & 536. (p. 480. ed. Frf.) *σήμερον καταλλαγὴ τῷ θεῷ πρὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γεγόνασι γένος. σήμερον ἡ χρονία Ἔχθρα κατελύθη, καὶ ὁ μακρὸς πόλεμος· σήμερον εἰρήνη θαυμασία τις ἐπανῆλθεν, ἐδέποτε προσδοκηθεῖσα πρότερον· τίς γὰρ ἂν ἤλπισεν, ὅτι θεὸς ἀνθρώπῳ καταλλάττεσθαι ἔμελλε; --- ἡμεῖς, οἱ τῆς γῆς ἀνάξιοι φανέντες, σήμερον εἰς ἐρανὸς ἀνήχθημεν· οἱ μηδὲ τῆς κάτω ἀρχῆς ὄντες ἄξιοι, πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνέβημεν τὴν ἄνω· ὑπερέβημεν τὲς ἐρανὲς, ἐπελαβόμεθα τῦ θρόνε τῦ βασιλικῦ. καὶ ἡ φύσις, δι᾽ ἣν ἐφύλαττε τὸν παράδεισον τὰ χερεβὶμ, αὕτη ἐπάνω τῶν χερεβὶμ κάθηται σήμερον.*

mæ

mæ pariter & corporis ſui habitationem. Quod autem ad ridiculam pompam attinet, quam nonnulli hic illic adhibere conſueuerunt, ad repræſentandam adſcenſionem *CHRISTI* in eccleſia, trahendo imaginem *CHRISTI* in ſummum eccleſiæ laquear, & imaginem diaboli deiiciendo ardentem, ad repræſentandum caſum eius inſtar fulguris de cælo, cum pluribus aliis eiuſdem generis ineptiis (quæ ex THOMA NAOGEORGO apud RVDOLPHVM HOSPINIANVM [*i*] deſcriptæ videri poſſunt) earum rerum omnium antiqua eccleſia plane ignara fuit. Poſteriorum enim temporum inuentio ſunt, vbi cærimoniæ ſuperſtitioſæ religionem conuerterunt in iocum & riſum, magnasque diuinæ legis res ludicræ pompæ & comœdiæ, quam venerabilibus chriſtianæ fidei myſteriis, ſimiliores reddiderunt. Sed reuertimur ad eccleſiam antiquam.

§. VI.

De pentecoſte *ſenſu ſtrictiore accepta, prout denotat feſtum diem deſcenſus SPIRITVS SANCTI ſuper apoſtolos.*

CONCLVSIO longæ huius feſtiuitatis *pentecoſte* erat, ſen-

(*i*) Hoſpin. de feſtis chriſtian. p. 72. (p. 110. edit. Geneuenſ. MDCLXXIV.) In hoc Chriſti feſto, quo memoria adſcenſionis Chriſti in cælos, & complementi ſalutis ac redemtionis noſtræ, celebrari debebat, multa ridicula, immo profana & impia in papatu hodie fiunt, de quibus Thomas Naogeorgus libro IV. regni pontificii ita canit:

Poſt venit illa dies, ſuperas qua Chriſtus ad arces
Scandit, quam celebrant itidem potuque ciboque
Prælargo: qua cuique aliqua eſt comedenda volucris,
Haud ſcio, quapropter. Poſt prandia templa petuntur.
Truncus ibi, qui tempus ad hoc eſt viſus in ara,
In ſummum trahitur demiſſo fune lacunar,
Cœtu ſacrificum deducente atque canente.
Inde ſtatim Satanæ præceps perturpis imago
Deiicitur, nonnunquam ardens, diruptaque prorſus.
Exſpectant pueri cupide, virgiſque iacentem
Concidunt, lacerantque in paruas denique partes.
Poſthæc deiicitur panis, quem barbara turba
Nuncupat oblata: cui ſæpe admixta papyris
Imponit pueris: finiunt magno omnia riſu.
Ex laqueari etiam certa ſyphonibus arte
Eiaculantur aquas, ſi quem tinxiſſe laborant,
Atque ita finitur magno fabella cachinno.

ſu ſtrictiore accepta, pro die, qui vulgo apud nos dicitur *Whitſunday*, quando deſcenſus ſancti ſpiritus ſuper apoſtolos commemorabatur; quæ ſollemnitas quum in diem incideret, iudæis pentecoſten, ſiue quinquageſimam poſt paſcha vocitatam, (diem magni nominis inter iudæos, tum propter memoriam datæ ipſis de monte *Sinai* legis, tum propter collectionem frugum;) nomen pentecoſtes apud chriſtianos retinebat; tametſi illam non celebrarent more iudaico, ſed tantum vt commemorationem illuſtris effuſionis *SPIRITVS SANCTI*, cum dono linguarum aliiſque plenis miraculorum virtutibus, quæ hoc tempore Chriſti diſcipulis contigerat. Vnde etiam ἡμέρα πνεύματος, *dies ſpiritus ſancti* dicta eſt, quemadmodum in GREGORIO NAZIANZENO [k] reperimus & aliis. Et nonnulli viri docti [l] hunc diem inde apud nos *Whitſunday*, (i. e. *diem dominicam albam*) dici putant, partim ob largiſſimam illam lucis & cognitionis effuſionem ſuper apoſtolos, qui mundum illuminare debebant; maxime vero, quod, quum hoc feſtum æque ac paſcha certum eſſet atque ſtatutum tempus, vbi in eccleſia antiqua homines baptizari ſolebant, hi qui baptizati erant, albis veſtimentis induebantur, in ſignum, quod ſanctam, puram & innocentem vitam in poſterum ſe victuros promiſiſſent. Origo huius feſti a nonnullis ad ipſum apoſtolorum æuum refertur. EPIPHANIVS [m] hunc diem intelligi exiſtimat, quando in actis apoſtolicis cap. XX, 16. *Paulus* feſtinaſſe dicitur, vt, ſi fieri poſſet, *die pentecoſtes* eſſet *Hieroſolymis*. Quum vero inter-

(k) Nazianz. orat. XLIV. de pentec. tom. I. p. 712. τίμησον τὴν ἡμέραν τῦ πνεύματος. *Diem ſpiritui ſacrum honori habe.*

(l) Caue prim. chriſt. par. I. c. VII. p. 192. (p. 158. edit. Germ. Lipſ. 8uo.) *Dieſes feſt* (de pentecoſte loquitur) *wird bey uns* (ſcil. in Anglia) *der weiſſe Sonntag* (Whitſunday) *genennet, theils wegen der vortreflichen ausbreitung des lichts und der erkentniß, ſo an dieſem tage über die Apoſtel gekommen iſt, die da die welt erleuchten ſolten; theils auch vornemlich darum, weil dieſes pfingſtfeſt, eben wie auch oſtern, die geſezte und gewiſſe zeit war, daran man in der alten kirche zu tauffen, und die getaufften mit weiſſen kleidern anzulegen pflegte, zum zeugniß, daß ſie ſich nunmehro vorgenommen hätten, ein heiliges, reines und unſchuldiges leben anzufangen.*

(m) Epiphan. hæreſ. LXXV. Aerian. §. VI. καί φησιν, ἔσπευδεν, ὅπως ποιήσῃ τὴν πεντηκοστὴν εἰς Ἱερȣσαλήμ· ποίαν δὲ τὴν πεντηκοστὴν ἐπετέλει Παῦλος, εἰ μὴ πάσχα ἐπετέλεσε; *De eo vero ſic ſcriptum eſt:* Feſtinabat, vt celebraret pentecoſten

pre-

pretes generatim hunc locum alio sensu accipiant, ei non insistemus. Vtcumque autem est, tempore *Origenis* hoc festum celebrari consueuisse, certum est. Loquitur enim de eo in libris suis contra *Celsum* [n], quemadmodum TERTVLLIANVS [o] etiam ante eum fecit, & IRENAEVS ante vtrumque in *libro de paschate*, sicut auctor *quaestionum* sub nomine IVSTINI MARTYRIS narrat, vbi loquens de more standi ad preces in die dominica & pentecoste, *A temporibus apostolorum*, inquit [p], *consuetudo talis accepit initium, prout ait beatus Irenaeus, martyr & episcopus Lugdunensis, in libro de paschate, vbi quoque mentionem facit pentecostes, in qua genua non inflectimus: quoniam pari est cum die dominica potestate*, cetera. AVGVSTINVS [q] ait: *Pentecosten, id est, a passione & resurrectione domini quinquagesimam diem, celebramus, quo nobis sanctum spiritum, paracletum, quem promiserat, misit: quod futurum etiam per iudaeorum pascha significatum est, quum quinquagesimo die post celebrationem ouis occisae, Moyses digito Dei scriptam legem accepit in monte. Legite euangelium & aduertite ibi spiritum sanctum appellatum digitum Dei. Ea quippe anniuersarie in ecclesia celebrantur, quae insigniter excellentia certis diebus facta sunt, vt eorum necessariam salubremque memoriam festiuitas concelebrata custodiat.* Haec pentecostes festiuitas per totam hebdomadem ad octauas vsque, siue dominicam proxime sequentem, sine ieiunio & inflexione genuum obseruabatur, atque tum ecclesia ad vsitatas ieiuniorum stationes in feria quarta & sexta reuertebatur, & quibusdam in locis exactum ieiunium per totam hebdomadem succedebat

Hierosolymis. *Ecquam vero pentecosten Paulus ageret, nisi pascha prius obiisset?*

(n) Origen. contr. Cels. lib. VIII. p. 392. *ἐὰν δέ τις πρὸς ταῦτα ἀνθυποφέρῃ τὰ περὶ τῶν παρ' ἡμῖν κυριακῶν, ἢ παρασκευῶν, ἢ τοῦ πάσχα, ἢ τῆς* **πεντηκοστῆς**, *δι' ἡμερῶν γινόμενα, κ.τ.λ. Quod si quis nobis ex aduerso regerat nostras dominicas, parasceuasque, aut pascha, &* pentecosten, *recurrentes sollemniter &c.*

(o) Tertull. de idololatr. c. XIV. Vid. §. I. sub litt. (a) pag. 120.

(p) Iustin. quaest. & respons. ad orthodox. quaest. CXV. *ἐκ τῶν ἀποστολικῶν δὲ χρόνων ἡ τοιαύτη συνήθεια ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καθώς φησιν ὁ μακάριος Εἰρηναῖος, ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ, ἐν ᾧ μέμνηται καὶ περὶ τῆς πεντηκοστῆς, ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὰν ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς.*

(q) Augustin. contr. Faust. lib. XXXII. c. XII.

huic

huic festiuitati, quemadmodum ex concilio *Turonensi* secundo [r] discimus. Sed hoc nouum institutum erat, sicut & ieiunium rogationum per tres dies in hebdomade adscensionis: de quo posthac loco suo plura disputabimus.

LIBRI VICESIMI
CAPVT SEPTIMVM
DE FESTIS, IN HONOREM APOSTOLORVM ET MARTYRVM CELEBRATIS.

§. I.

Origo festorum, in honorem martyrum institutorum.

HACTENVS festa considerauimus, quæ peculiariter ad domini nostri *IESV CHRISTI* œconomiam in terra respiciunt, & in vniuersa ecclesia in memoriam magnorum actorum vitæ & mortis eius celebrari consueuerunt. Erat autem præterea aliud genus festorum, institutorum ab ecclesia in honorem apostolorum & martyrum, quorum actionibus & passionibus religio christiana præcipue propagata & sustentata erat in mundo. Prima horum festorum origo non satis cognita est, viri autem docti [a] communiter eam ad secundum a nato

(r) Concil. Turon. II. c. XVIII. De pascha vsque quinquagesimum, exceptis rogationibus, omni die prandium preparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exacte ieiunetur.

(a) Hospin. de festis christianor. cap. IV. p. 14. (p. 22. edit. Geneu. MDCLXXIV.) Memoriæ martyrum ex omnibus fere horum temporum auctoribus fit mentio, & circa annum Christi CLXX primum institutæ videntur. Non tamen ab initio feriæ seu festa, sed memoriæ tantum fuerunt, in quibus passio & constantia martyrum prædicabatur, vt fideles, qui præsentes erant, ad similem virtutem incitarentur: deinde ad suæ quisque vocationis labores reuertebatur.

Caue prim. christian. par. I. c. VII. p. 198. In edit. Germ. Lips. 8uo p. 163. *Das allererste, so ich meines behalts habe angetroffen, ist das gedächtnuß Polycarpi (dessen martyr-tod von Eusebio chron. ad an. CLXVIII. in das 168 jahr zur zeit der dritten verfolgung gesezt wird) von dessen tod und marter, und insonderheit von dem ort, da sie seine gebeine beygelegt hatten, die kirche zu Smyrna (bey welcher er ehmals bischof war) der kirche zu Philomelio nachricht gab, daß sie willens wären, (so fern es nur die bosheit ihrer feinde nicht hindern würde, darum sie GOtt täglich anrufften)*

CHRI-

CHRISTO sæculum referunt. Cuius quidem rei planum suppetit testimonium. Nam non solum frequens eorum mentio habetur in CYPRIANO & TERTVLLIANO, sed multo ante in epistola ecclesiæ *Smyrnensis* ad ecclesiam apud *Philomelium*, EVSEBIO [b] memorata, vbi de *Polycarpi* episcopi sui loquentes passione, qui mortem pro religione *CHRISTI* subierat an. CLXVIII., fratribus suis nuntiant, propositum sibi esse, eo loco, vbi ossa eius condidissent, si Deus concesserit, conuenire natalemque eius martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioso certamine perfuncti sint, tum ad posteros huiusmodi exemplo erudiendos & confirmandos.

§. II.

Cur natalitia eorum vocitata.

VBI obseruanda peculiaris eorum loquendi ratio est, quando diem martyrii eius *natalem* eius vocitant; quod vsitato ecclesiæ stilo hac in re conuenit. Ita enim TERTVLLIANVS [c] & alii vocabula ***natalitia*** & ***natales*** vsurpant, intelligentes non naturalem eorum natalem, sed natiuitatem ad gloriosam coronam in regno cælesti. Supra [*], loquens de feriis ciuilibus, obseruaui, natales imperatorum sæpe significare non naturalem eorum sed politicam natiuitatem, siue diem, quo diadema imperii nacti sint. Atque ita res se habebat cum ecclesia: Quando hæc de natalibus martyrum loquebatur, non naturalem eorum natiuitatem intelligebat, sed diem, quo mortem pro *CHRISTI* religione subeundo ad nouam vitam renati

bey seiner grabstätte zusammen zu kommen, und den geburts-tag seines martyr-todes mit freuden und frolocken zu begehen.

(b) Euseb. lib. IV. c. XV. *ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τῶν προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.*

(c) Tertull. de coron. milit. c. III. Oblationes pro defunctis, pro *natalitiis*, annua die facimus.

Conf. Concil. I aodic. c. LI. Ὅτι *οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων* γενέθλιον *ἐπιτελεῖν κ.τ.λ.* *Quod non oportet in quadragesima* martyrum natales *peragere.*

Ambrof. homil. LXX. Depositionis dies *natalis* dicitur, &c.

(*) Cap. I. §. IV. pag. 9.

et ad cæleste regnum & sempiternæ gloriæ coronam sollemniter inaugurati erant. Hanc in rem PETRVS CHRYSOLOGVS in sermone quodam auditores suos scite admonet: *Natalem sanctorum*, inquiens [d], *quum auditis, carissimi, nolite putare illum diem, quo nascuntur in terra de carne, sed de terra in cælum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas sed fortes, & stabiles, & æternas, de mundanis risibus ad coronam & gloriam.* Hoc sensu TERTVLLIANVS [e] ait: *Tunc Paulus civitatis Romanæ consequitur natiuitatem, quum illic martyrii renascitur generositate.* Similiter PRVDENTIVS [f]:

Natalemque diem passio festa refert.

Et CHRYSOSTOMVS [g] rationem huius rei reddit, quando martyrum mortem non esse mortem sed vitam fine carentem, atque huius maxima caussa omnia esse toleranda, despiciendumque esse decessum docet. Hoc respectu vetustus auctor sub nomine ORIGENIS [h], *Nos non natiuitatis diem celebramus*, inquit, *quum sit dolorum atque tentationum introitus, sed mortis diem celebramus, vtpote omnium dolorum depositionem atque omnium tentationum effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi, qui mori videntur.*

§. III.

Hæc festa ad sepulchra martyrum celebrari solita.

IAM vero istæ sollemnitates ad sepulchra seu monumenta martyrum celebrari solebant, quæ ex more sepeliendi, his

(d) Chrysol. serm. CXXIX.

(e) Tertull. Scorpiac. contr. Gnosticos c. XV.

(f) Prudent. hymn. XI. de Hippolyto.

(g) Chrysost. homil. XLIII. de Romano martyre. Tom. I. p. 577. (hom. XLIV. p. 509. edit. Francof.) ὅτι μαρτύρων θάνατος οὐκ ἔστι θάνατος, ἀλλὰ ζωὴ πέρας οὐκ ἔχουσα, καὶ μάλιστά γε ὑπὲρ ταύτης πάντα ὑπομένειν χρὴ, καὶ ὅτι δεῖ καταφρονεῖν τελευτῆς.

(h) Orig. in Iob. lib. III. tom. I. p. 437. (p. 274. g. edit. Paris. MDCIIII.) Vid. Euseb. Emisen. serm. de natali S. Genesii. (biblioth. patr. tom. VI. p. 670. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Beatorum martyrum passiones, natales vocamus dies, quando eos martyrii vita & gloriæ fides dum ingerit morti, genuit æternitati, & perpetua gaudia dolore parturiit. Merito plane dicendi natales dies, per quos illi, qui nati fuerant in hanc fragilitatis humanæ miseriam, subito renascuntur in gloriam, vitæ perennis initium de mortis fine sumentes.

tem-

temporibus vſitato, communiter extra vrbem in vaſtis cryptis, ſiue conclauibus ſubterraneis, erant; quo chriſtiani tempore perſecutionis ſæpius coire ſolebant, ſecuritatis cauſſa, quando templis ſuis frui non poterant. Et ſequentibus temporibus templa ſuper hiſce monumentis exſtruebantur, dicta inde *martyria*, *areæ*, *cœmiteria*, *menſæ & memoriæ martyrum*; quemadmodum libro quodam anteriore [*] fuſius demonſtrauimus. Ad hæc loca egrediebantur, quotieſcumque martyris cuiuſdam celebrabant memoriam. Quæ cauſſa eſt, quamobrem vetuſtos patres in panegyricis ſuis in hos illos martyres nonnumquam audiamus dicere, quod populi in anniuerſariis martyrum feſtivitatibus, relictis ciuitatis eccleſiis, rus abierint, ad agendos ibi conuentus, vbi martyres ſepulti ſint. Quam in rem CHRYSOSTOMVS [i] in homilia quadam de martyribus ait: *Quemadmodum, quum Maccabæorum feſtum celebraretur, in vrbem villa omnis effuſa eſt: ita, quum martyrum, qui illic quieſcunt, feſtum ageritur, nunc vrbem totam ad illos ſe oportuit transferre.* Et in alia homilia de ſancta *Droſide* [k], de tali ad martyrum ſepulcra egreſſione in hunc modum ediſſerit: *Diligentes paſtores, vbi per longam hiemem viderint radios ſolis adfulſiſſe, diemque calidiorem reddidiſſe, pecudes e caulis excitas ad paſcua conſueta deducunt: hos imitatus & bonus iſte paſtor ſacrum hunc gregem ac ſpirituale Chriſti ouile ad hæc ſpiritualia paſcua ſanctorum eduxit. Nam exſatiantur quidem & pecudes, dum ad præſepia ſtant, verum vbi fuerint e caulis egreſſæ, multo maiorem ex campis vtilitatem percipiunt, dum in terram pronæ multa cum voluptate dentibus gramen detondent, aërem purum reſpirant, &*

(*) Lib. VIII. cap. I. §. IX. volum. III. p. 126. ſeqq.

(*i*) Chryſoſt. homil. LXV. de martyribus. Tom. V. p. 972 (homil. LXVIII. p. 873. edit. Francof.) καθάπερ τῆς ἑορτῆς τῶν Μακκαβαίων ἐπιτελουμένης, πᾶσα ἡ χώρα εἰς τὴν πόλιν ἐξεχύθη· οὕτω τῆς ἑορτῆς τῶν ἐκεῖ μαρτύρων ἀγομένης, νῦν τὴν πόλιν ἅπασαν πρὸς ἐκείνους μεταστῆναι ἐχρῆν.

(*k*) Chryſoſt. homil. LXVII. in Droſid. tom. V. p. 939. (homil. LXX. p. 88?. edit. Francof.) οἱ φιλόπονοι τῶν ποιμένων, ἐπειδὰν διὰ μακροῦ χειμῶνος ἴδωσι λαμπρὰν ἀκτῖνα, καὶ θερμοτέραν γενομένην ἡμέραν, τῆς μάνδρας ἐξαγαγόντες τὰ πρόβατα, πρὸς τὰς συνήθεις ἄγουσι νομάς· τούτους δὲ ὁ καλὸς ποιμὴν οὗτος μιμούμενος, τὴν ἱερὰν ταύτην ἀγέλην, καὶ τὴν πνευματικὴν τοῦ χριστοῦ ποίμνην πρὸς τὰς τῶν ἁγίων νομὰς ἤγαγε, ταύτας τὰς πνευματικάς· κορέννυνται μὲν ἐπὶ τῆς φάτνης ἑστῶτα τὰ πρόβατα· ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἔξω γένηται τῶν σηκῶν, πλείονα ἀπὸ τῶν πεδίων

claros

claros splendidosque radios solis spectant, & iuxta lacus, fontes & flumina saltitant: neque vero mediocriter eos terra delectat, floribus omni ex parte decorata. Sed non illis tantum, verum etiam nobis, hoc multam vtilitatem parit. Licet enim intus spiritualibus cibis referta proposita nobis esset mensa, tamen hæc ad sanctos istos egressio nescio quo recreat nos solatio, & vtilitatem nihilo recreatione minorem parit; non quod purum aërem respiremus, sed quod ad præclara generosorum istorum virorum facinora oculos conuertamus; non quod iuxta fluminum fluenta, sed quod iuxta spiritus sancti donorum fluenta saltemus; non quod in terram pronis dentibus herbam tondeamus, sed quod virtutes martyrum decerpamus; non quod ornatam floribus terram cernamus, sed quod corpora donis spiritualibus adfluentia contemplemur.

§. IV.

Et vtplurimum ad istas particulares ecclesias adstricta, vbi martyres passi & sepulti.

VNDE obseruare licet, quod hæc festa initio non fuerint festa generalia, sicut festa dominica, obseruata per vniuersam ecclesiam, sed præcipue celebrata in hisce particularibus ecclesiis, vbi martyres passi erant & iacebant sepulti. Ita festum *Polycarpi* potissimum *Smyrnæ* celebrabatur, & festum *Cypriani Carthagine*, in locis, in quibus episcopi fuerant & passi: quod hoc maxime ad populi ædificationem faceret, exempla martyrum suorum ad imitandum sibi proposita habere. Et hoc peculiari obseruatione confirmatur, a SOZOMENO [*l*] facta

καρποῦνται τὴν ὠφέλειαν, μετὰ πολλῆς τῆς τέρψεως κατανεύσαντα, καὶ τὴν πόαν διὰ ὀδόντων ἀποκείραντα, καθαρόν τε ἀέρα ἀναπνεύσαντα, καὶ πρὸς ἀκτῖνα βλέποντα ὀξεῖαν καὶ φαιδρὰν, παρὰ λίμνας καὶ πηγὰς σκιρτῶντα καὶ ποταμούς· φέρει δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ γῆ τὴν τέρψιν, τοῖς ἄνθεσι καλλωπιζομένη πανταχόθεν· οὐκ ἐπ' ἐκείνων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν ὠφέλειαν· πλήρης μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἔνδον ἡ τράπεζα τῶν πνευματικῶν ἐδεσμάτων παρέκειτο, ἀλλ' ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ὁδὸς τούτους ἔχει τινὰ καὶ ψυχαγωγίαν, καὶ κέρδος τῆς ψυχαγωγίας οὐκ ἔλαττον, οὐκ ἐπειδὴ καθαρὸν τὸν ἀέρα ἀναπνέομεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὰ τῶν γενναίων τούτων κατορθώματα βλέπομεν· οὐ παρὰ ποταμοὺς ὑδάτων, ἀλλὰ παρὰ ποταμοὺς χαρισμάτων σκιρτῶντες· οὐ κατανεύοντες, καὶ πόαν κείροντες τοῖς ὀδοῦσιν, ἀλλὰ μαρτύρων ἀρετὰς ἀποδρεπόμενοι· οὐ γῆν ὁρῶντες καλλωπιζομένην ἄνθεσιν, ἀλλὰ σώματα βλέποντες χαρίσμασι βρύοντα πνευματικοῖς.

(*l*) Sozom. lib. V. c. III. ἑκατέρα ἰδίως ἐπίσκοπον καὶ κλῆρον ἔχει, καὶ πανηγύρεις μαρτύρων, καὶ μνείας τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων ἱερέων.

de

de duabus ecclesiis *Gazæa* & *Constantiensi* in *Palæstina*, quod licet non plus viginti stadiis altera ab altera dissita esset, vtraque tamen suum seorsum habuerit episcopum, suum clerum, dies item festos martyrum suorum & commemorationes episcoporum, qui ipsis præfuerint. Quam in rem quælibet ecclesia suos habere solebat fastos siue kalendaria martyrum, & publicos notarios, qui dicta & gesta martyrum, quæque cum illis agebantur in eorum passionibus, scriptis mandarent; ex quibus posterior ætas martyrologia, hisce particularibus narrationibus vniuersis in vnum corpus collectis, confecit, quam primam originem HENRICVS VALESIVS [m] & ANTONIVS PAGIVS [n] fuisse fatentur *Romani* & reliquorum martyrologiorum omnium, quæ kalendariis recentiora sunt. Nam istiusmodi kalendaria & acta publica primis temporibus in vnaquaque ecclesia custodiebantur ad conseruandam martyrum suorum memoriam. Quomodo ex TERTVLLIANO [o] manifestum est, qui ecclesiam dicit habere suos census, suos fastos, hoc est, vti NICOLAVS RIGALTIVS & alii bene interpretantur, libros rationum, expensas in pauperibus subleuandis factas complexos, & martyrologia sua. Quo CYPRIANVS [p] etiam manifeste respicit, quando in exsilio agens clerum suum per litteras hortatur, vt dies, quibus excedant martyres, adnotent, quo anniuersaria eorum memoria celebretur.

§. V.

Acta, siue passiones martyrum in festis eorum legi solitæ.

HAEC *acta* siue passiones martyrum, studiose perscriptæ & genuinæ sine corruptione conseruatæ, in anniuersaria commemoratione & festiuitate martyrum communiter legebantur in ecclesia. Concilium *Carthaginense* tertium, quod omnes li-

(m) Vales. de martyrologio Romano, ad calcem Eusebii. Nobiliores ecclesiæ suos semper fastos habuerunt, in quibus & episcoporum nomina & martyrum, qui apud ipsos passi fuerant, natales dies perscripti habebantur, cetera.

(n) Pagi critic. in Baron. an. LXIV. n. VI. tot.

(o) Tertull. de coron. milit. cap. XIII. Habes tuos census, tuos fastos.

(p) Cypr. epist. XXXVII. al. XII. ad Cler. p. 27. (p. 258. edit. Fell. Amstelod. MDCC.) Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.

bros reliquos, præter ſcripturas canonicas, in eccleſia legi vetat, paſſiones martyrum excipit [q], tamquam libros, quos legi liceat, quum anniuerſarii eorum dies celebrentur. AVGVSTINVS, LEO pontifex *Romanus* & GELASIVS ſæpe meminerunt lectionis iſtiuſmodi hiſtoriarum in eccleſiis *Africanis* & *Romana*. CAESARIVS ARELATENSIS & ALCIMVS AVITVS & FERREOLVS de eadem loquuntur in eccleſiis *Gallicanis*. Et nonnulli, idque non improbabiliter, exiſtimant, iſtiuſmodi hiſtorias & paſſiones martyrum peculiariter inde dictas eſſe *legendas*, quod in eccleſia in martyrum ſollemnitatibus legi conſueuerint. Enimuero fabuloſi vitarum ſcriptores, cuiuſmodi eſt auctor *legendæ aureæ*, cum aliis impoſtoribus monachis vitas ſanctorum & martyrum adeo corrupte poſterioribus temporibus ſcripſerunt, vt bonam vetuſti vocabuli ſignificationem mutarint, *legendam*que fecerint haberi pro ficta narratione & mera impoſtura. Qua de re viri eruditi inter ipſos *Romanenſes*, LVDOVICVS VIVES, MELCHIOR CANVS, DANIEL PAPEBROCIVS [r] & ANTONIVS PAGIVS [s] frequenter & iuſte quidem conqueſti ſunt, ac confeſſi, quod ipſa *breuiaria* & *paſſionalia* ſæpius adeo peregrinis & ſtolidis fabulis repleta ſint, vt viros ſapientes tædeat audire ea in publicis eccleſiæ officiis legi, & quæ penitus aboleri ex animo cupiant. Inprimis autem PAGIVS fabuloſam hiſtoriam explodit *Vrſulæ* [t] & vndecim mille virginum, quæ *Coloniæ* tempore *Cyriaci*, fictitii pontificis *Romani*, paſſæ dicuntur, narratque martyrologium *Romanum* & breuiarium numerum iſtum tamquam incredibilem omiſiſſe; idem quoque feciſſe editores *Colonienſes* & ſcholam *Sorbonicam*, retento ſolo *Vrſulæ* nomine, non obſtante, quod HERMANNVS CROMBAK tomum integrum de *Vrſula vindicata*, ad defendendam hanc abſurdam fabulam, compoſuerit. Facile eſſet, plura alia iſtiuſmodi dare exempla, ſed hoc ſufficit ad oſtendendam differen-

(*q*) Concil. Carth. III. c. XLVII. Liceat legi paſſiones martyrum, quum anniuerſarii eorum dies celebrantur.

(*r*) Papebroc. conat. hiſtor. chronol. p. 43.

(*s*) Pagi critic. in Baron. an. CCCII. § XVIII. XIX. (§. XX. XXI. edit. Antuerp. MDCCV.)

(*t*) Pagi critic. an. CCCLXXXIII. §. III. (§. V. VI. edit. cit.)

tiam

tiam inter recentiora paſſionalia & ſimplicitatem eorum, quæ in antiqua eccleſia fuerunt, quorum lectio pars erat ſollemnis eorum exercitii in iſtis feſtiuitatibus.

§. VI.

Et orationes panegyricæ in eos recitari.

HISCE communiter addebant orationem panegyricam, ſiue ſermonem a ſe compoſitum in laudem virtutum martyris, ad excitandum auditorium ſuum, quod tali occaſione ſolebat eſſe frequentiſſimum, ad eorum imitationem. Sexcenta iſtiuſmodi orationum exempla habemus in CHRYSOSTOMO, BASILIO, NAZIANZENO, NYSSENO, AVGVSTINO, AMBROSIO, LEONE, CHRYSOLOGO & aliis. Vbi oratores id agunt maxime, vt ſancti, de quo tum verba faciunt, excellentias ita extollant, vt auditores ſuos egregiarum eius virtutum amore inflamment. Hic ſcopus & finis erat iſtarum feſtiuitatum & conuentuum, qui talibus occaſionibus agitabantur, partim vt debitum honorem ac reuerentiam memoriæ defunctorum exhiberent, partim vero vt ſemetipſos ad imitanda iſtiuſmodi magna & præclara exempla excitarent. Hinc eſt, quod eccleſia *Smyrnenſis* in epiſtola ad eccleſiam apud *Philomelium* ſcribit, animum ſe induxiſſe eo in loco, vbi *Polycarpi* oſſa condita ſint, ſingulis annis conuenire natalemque eius martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioſo certamine perfuncti ſint, tum ad poſteros huiuſmodi exemplo erudiendos & confirmandos. De alio autem quocumque honore & religioſo cultu (ad quem *Polycarpo* exhibendum eos propenſos eſſe iudæi calumniabantur) declarant, nihil tale ſibi eſſe propoſitum: Se enim nec *CHRISTVM* vmquam poſſe relinquere, qui pro ſalute omnium, quotquot ex genere humano ſalui futuri ſint, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. *Illum*, inquiunt [u], *vtpote filium Dei adoramus: martyres vero, tamquam diſcipulos & imitatores domini, merito amore proſequimur, ob eximiam ipſorum beneuolentiam, quam ergo regem ac ma-*

(u) Euſeb. lib. IV. c. XV. τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας ὡς μαθητὰς τοῦ κυρίου καὶ μιμητὰς ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκεν εὐνοίας ἀνυπερβλήτου, τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγ-

gistrum suum declararunt. Quorum nos quoque consortes ac condiscipulos fieri omnibus modis optamus. Similiter AVGVSTINVS [*x*]: *Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum: quia si pie vixerunt, non sic habentur, vt tales quaerant honores: sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante laetantur, meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt per imitationem, non adorandi propter religionem.* Sic iterum, calumniae respondens *Manichaeorum*, qui non verebantur falso accusare catholicos, quod mortuos adorarent, ait [*y*]: *Christianus populus memorias martyrum religiosa sollemnitate concelebrat & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur: ita tamen, vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum, constituamus altaria. Quis enim antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari, aliquando dicit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit apud memorias eorum, quos coronauit: vt ex ipsorum locorum admonitione maior adfectus exsurgat ad acuendam caritatem & in illos, quos imitari possumus, & illum, quo adiuuante possumus.* Imitatio ergo, vt videmus, magna res erat, quam in hisce festiuitatibus & eloquentibus sermonibus in martyres propositam sibi habebant. Non tam buccinatores laudatoresque esse studebant martyrum, qui supra ipsos positi nec laudis indigi erant, quam auditores inflammare & adducere ad gloriosarum actionum & virtutum martyrum imitationem. Id quod CHRYSOSTOMVS auditoribus suis diserte declarat, panegyricum quemdam his ordiens verbis [*z*]: *Ad sacram istam sollemnitatem festumque conuentum beatus nos Barlaam conuocauit: non vt ipsum laudemus, sed vt ipsum aemulemur: non vt laudum simus auditores, sed vt praeclarorum eius facinorum fiamus imitatores. Tunc enim maxime honoris proprii sensum capiunt martyres, quum suos conseruos ad bonorum suorum consortium viderint peruenisse.*

κοινωνὸς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι. Conf. §. I. sub litt. (b) pag. 133.

(*x*) Augustin. de vera relig. c. LV.

(*y*) Aug. contr. Faust. lib. XX. c. XXI.

(*z*) Chrysostom homil. LXXIII. de Barlaam martyr. tom. I. p. 886. (p. 784. edit. Francof.) Συνεκάλεσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἱερὰν ταύτην ἑορτὴν καὶ πανήγυριν ὁ Μακάριος Βαρλαάμ· οὐχ ἵνα αὐτὸν ἐπαινέσωμεν, ἀλλ᾽ ἵνα αὐτὸν ζηλώσωμεν· οὐχ ἵνα ἀκροαταὶ γενώμεθα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ᾽ ἵνα μιμηταὶ γενώμεθα τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων· τότε γὰρ μάλιστα τῆς οἰκείας τιμῆς αἴσθησιν λαμβάνουσιν οἱ μάρτυρες,

Ita-

Itaque si quis martyres laudare velit, martyres imitetur. Si quis religionis athletas celebrare præconiis velit, illorum labores æmuletur. Hoc nihilo minorem quam propria recte facta martyribus adferet voluptatem. Et eumdem sermonem hac adhortatione concludit: *Miles Christi es, dilectissime; armare, non comere. Athleta es generosus; viriliter age, ne concilia venustatem. Ita sanctos istos imitemur, ita fortes bellatores, coronatos athletas, Dei amicos honoribus prosequamur. Et quum per eamdem cum illis viam incesserimus, easdem cum illis coronas consequemur.* Hic summus omnium panegyricorum atque sermonum eorum in istis festiuitatibus scopus erat, persuadere hominibus, quod imitatio exempli martyrum maximus sit honor, quem quis hisce inclutis christianæ fidei athletis exhibere possit. Et sane hoc in hominum mentibus multum semper habebat ponderis & efficacitatis. Nam de temporibus persecutionis, TERTVLLIANVS [a] gentilibus libere profitetur, tantum abesse, vt martyrum cæde imminuatur numerus christianorum, vt augeatur mirifice. *Ne quicquam*, inquit, *proficit exquisitior quæque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ. Plures efficimur, quoties metimur a vobis. Semen est sanguis christianorum.* Et alio loco [*]: *Hanc sectam tunc magis ædificari scias, quum cædi videtur.* Ita CHRYSOSTOMVS [b], ipsam martyrum memoriam admiranda in hominum mentibus efficere, adfirmat. *Portus*, inquit, *non tam idonei sunt ad refocillandos nautas, quam recreantur fideles sanctorum sollemnitatibus. Nautas quidem littora liberant ab inundatione, multoque impetu marinorum fluctuum; sanctorum autem memoria fideles, ad martyrum festa confluentes, erigit a malignis im-*

ὅταν τοὺς συνδούλους τοὺς ἑαυτῶν πρὸς τὴν ἰδίων ἀγαθῶν κοινωνίαν φθάσαντας ἴδωσιν· ὥστε εἴ τις βούλεται ἐγκωμιάζειν τοὺς ἀθλητὰς τῆς ἐυσεβείας, ζηλούτω τὸν ἐκείνων πόνον· τοῦτο τοῖς μάρτυσι οὐκ ἐλάττω τῶν οἰκείων κατορθωμάτων οἴσει τὴν ἡδονήν. Ibid. p. 789. στρατιώτης εἶ τοῦ χριστοῦ ἀγαπητὲ, ὁπλίζου, μὴ καλλωπίζου· ἀθλητὴς εἶ γενναῖος, ἀνδρίζου, μὴ ὡραΐζου· οὕτω μιμησώμεθα τοὺς ἁγίους τούτους· οὕτω τιμήσωμεν τοὺς ἀριστέας, τοὺς στεφανίτας, τοὺς θεοῦ φίλους, καὶ βαδίσαντες τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ὁδὸν στεφάνων ἐπιτευξόμεθα.

(a) Tertull. apol. c. L.

(*) Id. ad Scapul. c. V.

(b) Chrysost. homil. XX. tom. V. p. 220. (homil. XXI. p. 261. edit. Francof.) οὐ γὰρ οὕτως οἱ λιμένες πλωτῆρας, ὡς αἱ τῶν ἁγίων τούτων ἑορταὶ τοὺς πιστοὺς ἀνακτᾶσθαι πεφύκασιν· ἐκείνους μὲν γὰρ θαλαττίων κυμάτων ἐμβολῆς, καὶ ἐρεσίας μακρᾶς ἀπαλλάττουσι λιμένες· τοὺς δὲ εἰς πανήγυριν μαρτύρων ἀπαντῶντας, πνευμά-

mundisque spiritibus, atque absurdis cogitationibus, magna animabus eorum reddita tranquillitate. Sic alio loco [c]: *Martyrum mors fidelium est exhortatio, ecclesiarum fiducia, christianismi confirmatio, mortis destructio, resurrectionis demonstratio, dæmonum ignominia, diaboli accusatio, philosophiæ doctrina, ad res sæculi huius spernendas adhortatio, & ad futuras desiderandas via, solatium in malis, quibus obsidemur, occasio patientiæ, materia tolerantiæ, bonorum omnium radix, fons ac parens.* Et interiectis quibusdam [d]: *Quum martyres videris vitam omnem adspernari, quamuis omnium sis stupidissimus, maiores animos concipies, ac delicias contemnes, pecuniam despicies, & in cælis versari concupisces. Quod si paupertate premaris, siue aliis quibusuis ærumnis vexeris, quoties oculos ad acerbitatem tormentorum, quæ illi sustinuere, conuertes, sufficientem malorum omnium, quibuscumque vexeris, consolationem percipies. Propterea maxime commemorationes martyrum diligo & amplector, atque omnes quidem, sed tum præcipue, quum mulierum (* e. gr. *Drosidis,* de qua iam loquebatur*) certamina proponuntur. Quanto enim infirmius est vas, tanto maior est gratia, tanto illustrius est tropæum, tanto insignior est victoria, non ob imbecillitatem sexus athletarum, sed quod per ea, quibus vicerat inimicus, nunc etiam vincatur. Per virginem olim Adamum diabolus interemit, per*

των πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων, λογισμῶν ἀτόπων, πάσης τῆς ἐν ψυχῇ γινομένης ζάλης, ἡ τῶν ἁγίων μνήμη τούτων ἐξαρτίζειν εἴωθε.

(c) Id. homil. LXVII. de S. Droside. Tom. V. p. 991. (homil. LXX. p. 888. ed. Frf.) μαρτύρων θάνατος πιστῶν ἐστι παράκλησις, ἐκκλησιῶν παῤῥησία, χριστιανισμοῦ σύστασις, θανάτου κατάλυσις, ἀναστάσεως ἀπόδειξις, δαιμόνων γέλως, διαβόλου κατηγορία, φιλοσοφίας διδασκαλία, παραίνεσις τῆς ὑπεροψίας τῶν παρόντων πραγμάτων, καὶ τῆς τῶν μελλόντων ἐπιθυμίας ὁδὸς, παραμυθία τῶν κατεχόντων ἡμᾶς δεινῶν, καὶ ὑπομονῆς πρόφασις, καρτερίας ἀφορμὴ καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ῥίζα, καὶ πηγὴ καὶ μήτηρ.

(d) Ibid. p. 994. (p. 889. edit. cit.) ὅταν γὰρ ἴδῃς τούτους ἁπάσης καταφρονοῦντας τῆς ζωῆς, κἂν ἁπάντων ἀναισθητότερος ᾖς καὶ νωθρότατος, ὑψηλότατον δέξῃ φρόνημα, καὶ καταγελάσῃ τρυφῆς, ὑπερόψει χρημάτων, καὶ ἐπιθυμήσεις τῆς ἐκεῖ διατριβῆς· κἂν ἐν ἀῤῥωστίαις ᾖς, εἰς ὑπομονὴν ἀφορμὴν λήψῃ μεγίστην, τὰ τῶν μαρτύρων παθήματα· κἂν πενίᾳ πιέζῃ, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον τῶν χαλεπωτάτων, πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνοις ἐπαχθεισῶν βασάνων βλέπων ἀρκοῦσαν ἕξεις παραμυθίαν τῶν κατειληφότων ἁπάντων δεινῶν· διὰ τοῦτο μάλιστα φιλῶ τῶν μαρτύρων τὰς μνήμας, καὶ ἀσπάζομαι πάσας μὲν, μάλιστα δὲ ὅταν γυναῖκες ἀγωνιζόμεναι τύχωσιν· ὅσῳ γὰρ τὸ σκεῦος ἀσθενέστερον, τοσούτῳ μείζων ἡ χάρις, τοσούτῳ λαμπρότερον τὸ τρόπαιον, τοσούτῳ περιφανεστέρα ἡ νίκη, οὐ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως τῶν ἀθλητῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ δι' ὧν ἐκράτησεν ὁ ἐχθρὸς, τούτοις ἁλίσκεται νῦν· διὰ παρθένου γοῦν ἀπέκτεινε πρώην τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος, διὰ παρθένου μετὰ

vir-

virginem deinde CHRISTVS diabolum ſuperauit: & ille gladius, quem ipſe in nos exacuerat, caput draconis amputauit. Sæpe hunc inſignem aphoriſmum repetit, quod honor martyrum [e] ſit fortitudinem & virtutem eorum æmulari. Et frequenter TERTVLLIANI inculcat obſeruationem, quod ſanguis martyrum pulchras eccleſiæ plantas perenni irrigatione fœcundet [f]. *Sicut plantæ*, inquit alio loco [g], *rigatæ magis creſcunt, ita & fides noſtra oppugnata, magis floret: & vexata, incrementa maiora ſumit: neque horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi ſunt, vt eccleſiæ, ſi martyrum irrigentur ſanguine.* Quam ob cauſſam veteres omnem eloquentiæ vim, ad martyrum conſtantiam & fortitudinem in feſtis eorum illuſtrandam, adhibebant, vt hoc ipſo auditores ſuos ad imitationem tam magnorum tamque illuſtrium exemplorum inducerent.

§. VII.

Communio hiſce diebus ſemper adminiſtrata.

ET quia, obſeruante CHRYSOSTOMO [h], ſanguis *CHRISTI*, quem ipſe prius pro martyribus fudit, tot millia hominum ad vitam ſumma cum alacritate gaudioque pro cauſſa eius ponendam accinxerat, vt paſſionibus illius communicarent & morti eius conformes fierent: Idcirco hæ martyrum ſolle-

ταῦτα κατηγωνίσατο τὸν διάβολον ὁ χριστὸς, καὶ τὸ ξίφος, ὅπερ ἦν ἠκονημένον αὐτῷ καθ᾽ ἡμῶν, τοῦτο τὴν τοῦ δράκοντος ἀπέτεμε κεφαλήν.

(e) Chryſoſt. homil. XLVII. in Iulian. martyr. tom. I. p. 611. (p. 540. edit. Frf.) τιμὴ μαρτύρων οὐ τὸ παραγενέσθαι πρὸς αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου ζηλῶσαι τὴν ἀνδρείαν αὐτῶν.

Homil. LXII. de martyr. tom. I. p. 696. edit. Francof. Τιμὴ μάρτυρος, μίμησις μάρτυρος.

(f) Homil. LXXIV. de martyrib. tom. I. p. 898. (p. 793. edit. Frf.) αἷμα διηνεκῶς τὰ καλὰ τῆς ἐκκλησίας ἄρδον φυτά.

(g) Homil. XL. in Iuuentin. & Maxim. tom. I. p. 547. (p. 484. edit. Francof.) καθάπερ τὰ φυτὰ ἀρδευόμενα αὔξεσθαι πέφυκεν· οὕτω καὶ ἡ πίστις ἡ ἡμετέρα πολεμουμένη μᾶλλον ἀνθεῖ, καὶ ἐνοχλουμένη πλεονάζει, καὶ οὐχ οὕτω τοὺς κήπους εὐθαλεῖς ἡ τῶν ὑδάτων ἀρδεία ποιεῖν εἴωθεν, ὡς τὰς ἐκκλησίας τῶν μαρτύρων τὸ αἷμα ποτίζειν πέφυκε.

(h) Chryſoſt. homil. LXXIV. de martyr. tom. I. p. 899. (p. 713. edit. Frf.) δι᾽ ἐκεῖνο τὸ αἷμα τοῦτο ἐξέρρευσεν· ἐξ οὗ γὰρ ἐνύγη ἡ πλευρὰ τοῦ δεσπότου, μυρίας ὁρᾷς λοιπὸν πλευρὰς νυττομένας· τίς γὰρ οὐ μεθ᾽ ἡδονῆς ἀπεδέξατο πολλῆς πρὸς τοὺς ἀγῶνας τούτους, μέλλων κοινωνεῖν δεσποτικῶν παθημάτων, καὶ συμμορφοῦσθαι τῷ θανάτῳ χριστοῦ; *Propter illum ſanguinem* (Chriſti) *hic* (martyrum) *effluxit* :

mini-

mnitates numquam finiebantur fine generali communione totius ecclefiæ, participantis benedicta corporis ac fanguinis *CHRISTI* fymbola, quorum oblatio iftiufmodi occafione femper celebrabatur. Hoc ex eodem difcimus CHRYSOSTOMO, qui auditores fuos ab intemperantia in hifce follemnitatibus auocaturus, perpendere (*i*) eos iubet, „quam ridiculum fit, poft „eiufmodi conuentum, poft vigilias, poft facrarum auditionem „fcripturarum, *poft diuinorum participationem myfteriorum*, poft fpi„ritualem largitionem, virum aut mulierem totos dies in po„pinis tranfigentes videri„. Ratio argumenti eius nititur hoc fuppofito, quod eucharittiam in ecclefia antea acceperint, in celebranda martyrum memoria. Et hoc modo rem repræfentat SIDONIVS APOLLINARIS, quando de fefto beati *Iufti*, martyris cuiufdam *Lugdunenfis*, loquens (*k*) dicit, quod peractis per antegreffam noctem vigiliis, ad horam tertiam (fiue fecundum horologium noftrum, ad nonam matutinam) denuo conuenerint, quum facerdotes rem diuinam, hoc eft, oblationem facerent feu confecrarent euchariftiam, quemadmodum IOANNES SAVARO id recte interpretatur.

§. VIII.

Et in hac diftincta martyrum commemoratio facta, dicta oblatio fiue facrificium laudis & gratiarum actionis, pro illis Deo oblatum, & precatio pro generali confummatione & faufta refurrectione.

Hoc tempore præcipue follemniorem faciebant commemorationem martyrum in oblatione euchariftiæ, quæ quum effet facrificium laudis & gratiarum actionis, Deo oblatum pro mirificæ fortitudinis eorum exemplo in fubeunda propter

ex quo enim domini latus apertum eft, fexcenta deinde latera effoffa contueris. Quis enim non fumma cum alacritate gaudioque fefe ad agones iftos incundos dominicis paffionibus communicaturus, & Chrifti morti conformis futurus accinget?

(*i*) Chryfoft. homil. LIX. de martyr. tom. V. p. 779. (homil. LXII. p. 697. ed. Frf.) ἐννόησον ἡλίκος γέλως, μετὰ τοιαύτην σύνοδον, μετὰ παννυχίδας, μετὰ γραφῶν ἁγίων ἀκρόασιν, **μετὰ μυστηρίων θείων κοινωνίαν**, καὶ μετὰ πνευματικὴν χορηγίαν, ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἐν καπηλείῳ φαίνεσθαι διημερεύοντας.

(*k*) Sidon. lib. V. epift. XVII. Vid. infr. §. IX. fub litt. (q) in textu.

reli-

religionem morte, idcirco communiter dicebatur oblatio, siue sacrificium factum pro natalitiis martyrum. Ita apud TERTVLLIANVM [*l*] legimus: *Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus.* Similiter apud CYPRIANVM [*m*]: *Dies eorum* (martyrum), *quibus excedunt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus.* Et paullo post: *Celebrentur heic a nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum.* Sic rursus in alia epistola [*n*]: *Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus.* Est quidem aliqua disputatio inter veteres, quid intelligendum sit per hæc sacrificia siue oblationes pro martyribus. AVGVSTINVS sacrificia tantum laudis pro gloriosis mortibus egregiisque exemplis eorum intelligi existimat. Et hæc sine dubio pars quaedam fuit sacrificii, de quo loquuntur. Quando autem dicit [*o*], iniuriam esse pro martyre orare, quia martyres ad nonnullam perfectionem in hac vita peruenerint, nec precum ecclesiæ egeant: hoc cum generali consuetudine ecclesiæ conciliari non potest, quæ pro patriarchis, prophetis, apostolis ac martyribus orare solebat, vtpote considerans eos in statu quodam imperfectionis, quoad corpora eorum in sepulcris permanerent. Quod ipse apostolus agnoscit, quando Deum pro nobis potius quiddam prouidisse dicit, ne absque nobis consummarentur. Idcirco ecclesia credi potest per sacrificia & oblationes pro martyribus intelligere preces æque ac laudes & gratiarum actiones, vt ipsi & omnes fideles perfectam consummationem in futura vita per

(*l*) Tertull. de coron. milit. c. III.

(*m*) Cypr. epist. XXXVII. al. XII. p. 27. (p. 188. edit. Amsterd. MDCC.)

(*n*) Cypr. epist. XXXIV. al. XXXIX. p. 77. (p. 224. edit. cit.)

(*o*) Augustin. serm. XVII. de verbis apostol. tom. X. p. 132. (p. 343. edit. Basil. MDLXIX.) In patria nullus orandi locus erit, sed tantum laudandi. Quare orandi nullus locus erit? Quia nihil deest. Quod heic creditur, ibi videtur: quod heic speratur, ibi tenebitur, quod heic petitur, ibi accipitur. Perfectio tamen in hac vita nonnulla est, ad quam sancti martyres peruenerunt. Ideoque habet ecclesiastica disciplina, quod fideles nouerunt, quum martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipsis oretur, pro ceteris autem commemoratis defunctis oretur. *Iniuria est enim, pro martyre orare*, cuius nos debemus orationibus commendari. Certauit enim contra peccatum vsque ad sanguinem.

beatam resurrectionem obtineant. Ecclesiam vero aliquando sacrificium precum pro ipsis martyribus obtulisse, libro quodam superiore [*] plenius demonstrauimus. Adeoque plura hac de re hoc loco dicere nihil attinet.

§. IX.

Nox istiusmodi aliquam festiuitatem antecedens, communiter obseruata vt vigilia, cum psalmodia & precibus.

OBSERVANDVM autem est, ad hasce martyrum festiuitates sollemnibus cærimoniis & ritibus celebrandas, vigiliam nocte præcedente agi, eamque, perinde ac illam ante diem dominicam aliaque maiora festa, psalmodia, hymnis ac precibus ad lucem vsque matutinam duci consueuisse. Patet hoc ex CHRYSOSTOMI adhortatione ad populum in istiusmodi quadam festiuitate [p]: *Noctem conuertistis in diem* διὰ τῶν παννυχίδων τῶν ἱερῶν, *per sacras istas vigilias: nolite rursus diem in noctem per ebrietatem & crapulam ac meretricios cantus conuertere.* Similem in modum SIDONIVS APOLLINARIS, describens rationem celebrandi festum *Iusti*, episcopi quondam *Lugdunensis*, non solum ipsam diei istius obseruationem, sed præmissam quoque vigiliam enarrat: *Conueneramus*, inquit [q], *ad sancti sepulchrum: processio fuerat antelucana, sollemnitas anniuersaria, populus ingens sexu ex vtroque, quem capacissima basilica non caperet, & quamlibet cincta diffusis cryptoporticibus. Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine monachi clericique psalmicines concelebrauerant, quisque in diuersa secessimus, non procul tamen, vtpote ad tertiam præsto futuri, quum sacerdotibus res diuina facienda*, hoc est, eucharistia consecranda, esset, tamquam die festo. Sic festiuitates martyrum perinde ac dies dominici semper cum vigilia capiebant initium.

(*) Lib. XV. cap. III. §. XVI. volum. VI. p. 330 -- 338.

(p) Chrysost. homil. LIX. de martyr. tom. V. p. 779. (homil. LXII. p. 697. edit. Francof.) ἐποιήσατε τὴν νύκτα ἡμέραν διὰ τῶν παννυχίδων τῶν ἱερῶν· μὴ ποιήσατε πάλιν τὴν ἡμέραν νύκτα διὰ τῆς μέθης, καὶ τῆς κραιπάλης, καὶ τῶν ᾀσμάτων τῶν πορνικῶν.

(q) Sidon. lib. V. epist. XVII.

§. X.

§. X.

Communia conuiuia a ditioribus ad refocillandos pauperes his diebus instituta iuxta monumenta martyrum, donec propter abusum abrogarentur.

SOLEBANT etiam hisce diebus ditiores conuiuia liberalia pro pauperibus iuxta monumentum martyrum instituere. Quidam viri docti [r] existimant, hæc conuiuia per sacrificia & oblationes, quæ ad sepulchra martyrum factæ dicuntur, intelligi posse; & alii [s] eas solum intelligendas esse contendunt; quia vocabulum *natalitia* in propria sua significatione munera potius & dona, quæ homines in natalibus suis distribuere soliti sint, quam natales ipsos denotet. Vt ne autem hac de materia cum quopiam disputemus acutius, certum est, habuisse eos *συμπόσια* sua, siue conuiuia communia his diebus iuxta sepulchra martyrum. Vetustus auctor, qui nomine ORIGENIS [t] scripsit, hoc diserte adfirmat, quando ait: *Celebramus (* diem mortis *) religiosos cum sacerdotibus conuocantes, fideles vna cum clero, inuitantes adhuc egenos & pauperes, pupillos & viduas saturantes, vt*

(r) Caue *prim. christ.* par. 1. chap. 1. p. 204. edit. Anglican. (p. 169. edit. Germ. Lipſ. MDCCXXIII.) *Von dieser gewohnheit zu beten, zu loben, und allmosen auszutheilen zur selbigen zeit, kam es eben her, daß nach diesem die altväter so oft von denen opfern und darbringung der geschencke geredet haben, so an mærtyr-tagen sind dargebracht worden. - - Tertullianus sagt oft hie und da: bey diesen jæhrlichen fest-tagen* opfern *wir für die, so dahin und verstorben seyn, zum gedæchtniß ihrer geburtstage. So oft (spricht Cyprianus) als wir bey jæhrlicher feierung den leidens-und sterbetag der mærtyrer begehen, so oft* opfern *wir für sie; und dergleichen redens-arten kommen nun gar oft bey denen altvætern vor. Woraus denn klærlich erscheinet, daß sie nichts anders dadurch verstanden haben, als ihre öffentlichen gebete, und daß sie Gott für die frömmigkeit, beständigkeit, und für die gute exempel ihrer mærtyrer gelobet haben; deßgleichen haben sie dadurch das heilige abendmahl verstanden, so dabey zugleich zum gedæchtniß des opfers Christi ausgespendet wurde; item ihr allmosen geben und liebes-wercke, deren iedweder stück wol mit recht mag ein opfer genennet werden, wie es auch in der that also geschehen ist, und selbst von etlichen bescheidenen Catholicken also ausgeleget wird.*

(s) Hospin. de festis cap. III. p. 10. (p. 18. §. *Quæritur* &c. & pag. 19. edit. Geneu. MDCLXXIV.)
Iunius not. in Tertull. de coron. milit. c. III.

(t) Origen. in Iob. lib. III. p. 437. (p. 274. h. edit. Parif. MDCIV.)

fiat festiuitas nostra in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suauitatis in conspectu æterni Dei. Idem dicit CONSTANTINVS [u]: *Sobria conuiuia celebrantur a multis tum ad mendicorum, tum ad eorum, qui patria & bonis exciderunt, inopiam subleuandam.* Ita CHRYSOSTOMVS [x] dissuasurus populo, ne ad diabolica properent conuiuia, quæ in *Daphne*, suburbano quodam *Antiochiæ*, fieri solebant, inter alia ait: *Quod si placeat voluptate perfundi, quid iucundius hoc conuentu? quid theatro spirituali gratius, membris tuis, fratrum tuorum congressu? At etiam corporalis mensæ vis fieri particeps: heic soluto conuentu licet iuxta martyrium sub ficu, vel vite diuersanti, etiam corpori recreationem indulgere & condemnatione conscientiam liberare. Martyr enim e propinquo spectatus, & quum sit vicinus, ipsique mensæ adstet, voluptatem in peccatum effundi non sinit; sed tamquam pædagogus aut pater optimus oculis fidei conspectus risum comprimit: indecoras voluptates circumcidit: lasciuos omnes insultus carnis tollit, quos illic non licet euadere. Quid ita? quia nimirum saltantium virorum chori die crastino suburbium occupabunt: at eiusmodi hominum conspectus sæpenumero illum etiam, qui temperanter gerere se voluerit, sensim ad eiusdem turpitudinis imitationem impellit: ac tum maxime, quum in medio illorum diabolus adfuerit: adest enim a meretriciis cantilenis, a verbis obscenis, a diabolica pompa vocatus.* Ex quibus conuiuia illa

(u) Constantin. orat. ad sanctos c. XII. σωφρονέστατα δὲ πολλῶν καὶ τὰ συμπόσια, πρὸς ἔλεον καὶ ἀνάκλησιν τῶν δεομένων ποιούμενα, καὶ πρὸς βοήθειαν τῶν ἐκπεσόντων.

(x) Chrysost. homil. XLVII. in sanct. Iul. tom. I. p. 613. (p. 541. edit. Francof.) εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν τέρψεως ἀπολαῦσαι, τί τερπνότερον τοῦ συλλόγου τούτου; τί χαριέστερον τοῦ θεάτρου τοῦ πνευματικοῦ; τῶν μελῶν τῶν σῶν; τῆς τῶν ἀδελφῶν συνουσίας; ἀλλὰ καὶ σωματικῆς θέλεις τραπέζης μεταλαχεῖν; ἐνταῦθα ἔξεστι μετὰ τὸ λυθῆναι τὸν σύλλογον, τῷ μαρτυρίῳ πλησίον ὑπὸ συκῆν ἢ ἄμπελον καταλύσαντι, καὶ τῷ σώματι χαρίσασθαι τὴν ἄνεσιν, καὶ τὸ συνειδὸς ἀπαλλάξαι καταγνώσεως· ὁ γὰρ μάρτυς ἐγγύθεν ὁρώμενος καὶ πλησίον ὢν καὶ παρεστηκὼς αὐτῇ τῇ τραπέζῃ, οὐκ ἀφίησι τὴν ἡδονὴν εἰς ἁμαρτίαν ἐκχυθῆναι· ἀλλ᾽ ὥσπερ τις παιδαγωγὸς, ἢ πατὴρ ἄριστος τοῖς τῆς πίστεως ὁρώμενος ὀφθαλμοῖς κατασέλλει τὸν γέλωτα· περικόπτει τὰς ἡδονὰς τὰς ἀτόπους· τὰ σκιρτήματα τῆς σαρκὸς ἅπαντα ἀναιρεῖ, ἅπερ ἐκεῖ οὐκ ἔστι διαφυγεῖν· τίνος ἕνεκεν; ὅτι χοροὶ ἀνδρῶν αὔριον τὸ προάστειον καταλαμβάνουσιν· ἡ δὲ τῶν τοιούτων ὄψις καὶ τὸν βουλόμενον σωφρονεῖν ἄκοντα ὑπεξάγει πολλάκις πρὸς τὴν τῆς αὐτῆς ἀσχημοσύνης μίμησιν· καὶ μάλιστα ὅταν καὶ ὁ διάβολος μέσος ἐκείνοις παρῇ· καὶ γὰρ πάρεστιν ὑπὸ τῶν πορνικῶν ᾀσμάτων, ὑπὸ τῶν αἰσχρῶν ῥημάτων, ὑπὸ τῆς δαιμονικῆς πομπῆς καλούμενος.

ma-

magna cum ſobrietate & grauitate tunc celebrata, & ex priſco ſcopo ſuo in vſum & beneficium pauperum potiſſimum inſtructa fuiſſe intelligimus. Et vt talia laudantur & commendantur a NAZIANZENO [y], THEODORETO [z], PAVLINO [a] & aliis, vtpote quæ re ipſa nihil erant aliud, quam iſta communia & ſollemnia conuiuia, *agapæ* dicta, & ex praxi apoſtolica deriuata, iam vero applicata ad feſtiuitates martyrum. Vt autem res optimæ hominum culpa ſæpe in vitia degenerant, ita laudatæ huic conſuetudini vſu venit. Alii enim ea abutebantur tamquam opportunitate gratificandi auaritiæ ſuæ, & turpis lucri cupidini: alii inde occaſionem captabant indul-

(y) Nazianz. carm. X. de diuerſis vitæ generibus. Tom. II. p. 80. fin.

Οὐδ᾽ ἱερὴν ἐπὶ δαῖτα γενέθλιον ἠὲ θανόντος,
Ἢ τινα νυμφιδίην σὺν πλεόνεσσι θέων.
Non epulum natale *adiens cum pluribus*, *aut quod*
Funereum eſt, *vel quod connubiale petens.*

(z) Theodoret. therapeutic. ſerm. VIII. (tom. IV. p. 605.) οὗτοι πάντες, ζῶντες μὲν ἦσαν περίβλεπτοι, καὶ τοὺς βαρβάρους ἐνίκων καὶ μετὰ τὰς νίκας πομπὰς ἐπετέλουν καὶ ἑορτάς· ἐπειδὰν δὲ ἐτελεύτησαν, οὐδὲν τῶν πολλῶν διαφέρουσιν· οὔτε γὰρ τάφους ἔχουσιν ἐπισήμους, οὔτε δημοθοινίαις ἐτησίοις γεραίρονται. *Hi omnes* (duces bellici), *quum viuerent, illuſtres conſpicuique erant*, *& barbaros vincebant & poſt victorias triumphos ducebant*, *ſollemnitateſque celebrabant*: *mortui autem a plebeiis nihil differunt. Neque enim conditi ſunt inſignibus monumentis*, *neque* annui epuli ſollemnitatibus honorantur. Et pag. 607. Ἀντὶ τῶν Πανδίων καὶ Διασίων καὶ Διονυσίων καὶ τῶν ἄλλων ὑμῶν ἑορτῶν, Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ Θωμᾶ καὶ Σεργίου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Λεοντίου, καὶ Παντελεήμονος, καὶ Ἀντωνίου, καὶ Μαυρικίου, καὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων ἐπιτελοῦνται δημοθοινίαι· καὶ ἀντὶ τῆς πάλαι πομπείας, καὶ αἰσχρουργίας, καὶ αἰσχρορρημοσύνης, σώφρονες ἑορτάζονται πανηγύρεις, οὐ μέθην ἔχουσαι, καὶ κῶμον, καὶ γέλωτα, ἀλλ᾽ ὕμνους θείους, καὶ ἱερῶν λογίων ἀκρόασιν, καὶ προσευχὴν ἀξιεπαίνοις κοσμουμένην δακρύοις. *Pro Pandiis Diaſiiſque ac Dionyſiis*, *& aliis feſtis veſtris*, *Petri*, *& Pauli*, *& Thomæ*, *& Sergii*, *& Marcelli*, *& Leontii*, *& Panteleemonis*, *& Antonii*, *& Mauritii aliorumque martyrum ſollemnitates peraguntur & pro illa veteri pompa*, *turpique rerum ac verborum obſcenitate*, *modeſtæ celebrantur feſtiuitates*, *non ebrietatem & iocos riſuſque exhibentes*, *ſed diuina cantica*, *ſacrorumque ſermonum auditionem*, *& preces laudabilibus lacrimis ornatos*

(a) Paulin. natal. Felic. VI. v. 8. ſeqq.

Concordate meis precor & complaudite fratres
Carminibus, caſtoque animos effundite luxu,
Gaudia ſancta decent & carmina caſta fideles.

 gendi

gendi nocturnis gaudiis & saltationibus; alii tam vanæ mentis erant, vt ebrietates & luxuriosa conuiuia, istis temporibus celebrata, honorem martyrum interpretarentur. Quorum abusuum vltimus adeo inualuerat apud multitudinem, vt *Manichæi* inde occasionem arriperent vituperandi ecclesiam eamque calumniandi, tamquam quæ istiusmodi detestandas consuetudines in populo suo comprobaret adiuuaretque. Quæ etsi malitiosa erat & falsa criminatio, quod ad ipsam ecclesiam, quæ, quantum poterat, populum suum ab eiusmodi intemperantia auocare studebat, de populo tamen res omnino ita sese habebat, & manifestior erat, quam vt generatim de omnibus negari posset. Ideoque AVGVSTINVS respondens obiectioni, ex parte imputationem vt veram fateri cogitur. *Noui*, inquit [b], *multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores: Noui, multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos se ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni. Nunc vos illud admoneo, vt aliquando ecclesiæ catholicæ maledicere desinatis, vituperando mores hominum, quos & ipsa condemnat, & quos quotidie tamquam malos filios corrigere studet.* Et alio loco, eidem respondens criminationi, ait [c]; *Qui se in memoriis martyrum inebriant, quomodo a nobis adprobari possunt, quum eos, si in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnat? Sed aliud est, quod docemus, aliud quod sustinemus: aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare præcipimur, & donec emendemus tolerare compellimur. Ambrosius* hanc intemperantiam feliciter correxit *Mediolani* [d], prohibendo omnia istiusmodi conuiuia in ecclesia. Et AVGVSTINVS hoc eius exem-

(b) Augustin. de morib. eccles. cathol. cap. XXXIV. tom. I. p. 331. (p. 774. edit. Basil. MDLXIX.)

(c) Augustin. contr. Faustum, lib. XX. c. XXI.
Vid Ambros. de Elia & ieiunio c. XVII. Quid obtestationes potentium loquar? Bibamus, inquiunt, pro salute imperatoris, & qui non biberit, sit reus indeuotionis -- Hæc vota ad Deum peruenire iudicant, sicut illi, qui calices ad sepulchra martyrum deferunt, atque illic in vesperam bibunt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant: qui existimant, illos ebrietate placari, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt.

(d) Vid. Augustin. confess. lib. VI. c. II. tot.

plum

plum adhibebat, ad perſuadendum *Aurelio* primati *Carthaginenſi* [*e*], vt auctoritate vtens ſua idem faceret in eccleſiis *Africanis*. Quo facto *Aurelius* canonem faciendum curabat in concilio tertio *Carthaginenſi* [*f*] in hanc ſententiam: *Vt nulli epiſcopi vel clerici in eccleſia conuiuentur, niſi forte tranſeuntes hoſpitiorum neceſſitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiuſmodi conuiuiis, quantum fieri poteſt, prohibeantur.* Hoc iam ante prohibitum erat a concilio *Laodiceno* [*g*]: *Quod non oportet in locis dominicis, vel in eccleſiis eas, quæ dicuntur, agapas facere & in domo Dei comedere & accubitus ſternere.* Prohibitum quoque eſt poſtea a concilio ſecundo *Aurelianenſi* [*h*] in *Gallia*, in quo generalis regula data legitur huiuſmodi, *Ne quis in eccleſia votum ſuum cantando, bibendo vel laſciuiendo exſoluat: quia Deus talibus votis irritatur potius, quam placatur.* Alia praua conſuetudo obtinuit in *Gallia*, tempore regis *Clodouei* ſecundi, circa annum DCL, quando concilium primum *Cabillonenſe* habitum eſt, quod eam canone quodam [*i*] abolere adlaborabat. Per feſtiuitates nimirum martyrum & dedicationes baſilicarum mulieres ante baſilicas turpia quædam & obſcena cantica decantare ſolebant, dum diuino cultui debebant eſſe intentæ: Quas proinde repelli, &, ſi in peruerſitate iſta perſiſterent, cenſuris eccleſiæ ſubiici concilium illud iubebat. BASILIVS [*k*] alius abuſionis in hiſce feſtiuitatibus meminit, quæ erat nundinarum celebratio, hiſce temporibus

(*e*) Auguſtin. epiſt. LXIV. ad Aurel. tot.

(*f*) Concil. Carthagin. III. c. XXX.

(*g*) Concil. Laodic. c. XXVIII. ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν.

(*h*) Concil. Aurel. II. c. XII.

(*i*) Concil. Cabill. I. c. XIX. Noſcitur valde eſſe indecorum, quod per dedicationes baſilicarum, vel feſtiuitates martyrum, ad ipſa ſollemnia confluentes chorus femineus turpia quædam & obſcena cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire. Vnde conuenit, vt ſacerdotes loci talia a ſeptis baſilicarum, vel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atriis vetare debeant & arcere. Et ſi voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant aut diſciplinæ aculeum ſuſtinere.

(*k*) Baſil. regul. maior. quæſt. XL. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰς ἐν τοῖς μαρτυρίοις γινομένας ἀγορασίας οἰκείας ἡμῖν ὁ λόγος δείκνυσιν· οὐ γὰρ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐν τοῖς μαρτυρίοις, ἢ ἐν τοῖς περὶ αὐτὰ τόποις φαίνεσθαι ἐπιβάλλει χριστιανοῖς ἢ προσευχῆς ἕνεκεν, καὶ

et

et locis hoc quidem ſpecioſo titulo inſtitui ſolita, vt cibaria aliæque res hiſce feſtiuitatibus tanto melius apparari poſſent. At enim vero ille nundinationem iſtam, tamquam grande pietatis impedimentum, acriter reprehendit, quæ minime conveniat talibus ſollemnitatibus, quæ orandi & virtutes ſanctorum hominum commemorandi cauſſa celebrentur, & vt ad ſimilis fortitudinis æmulationem incitemur. Monet etiam iſtiuſmodi homines, cogitent, quanta olim ira exarſerit dominus in eos, qui circum templum vendendis emendiſque mercibus operam dando orationis domum in latronum ſpeluncam converterint. Plures abuſus & corruptiones per hanc ianuam in eccleſiam poſterioribus ſæculis irrepſerunt, vt inuocatio ſanctorum & martyrum, cultus reliquiarum, peregrinationes & viſitationes capſarum ſacrorum oſſium, & ſimiles ſuperſtitioſæ praxes; quæ vt purioribus eccleſiæ ætatibus prorſus incognitæ fuerunt & illicitæ, ita noſtri non eſt inſtituti, eas hoc loco longius perſequi.

§. XI.

Quænam feſtiuitates in memoriam apoſtolorum celebratæ ſint.

Qvaeri autem poteſt, Num certi dies in apoſtolorum & primorum diſcipulorum *CHRISTI* memoriam conſtituti fuerint. Ad quod reſpondeo, quod nulla ſit ratio dubitandi, quin, quotquot ex illis martyres fuerint, & de tempore & lo-

τοῦ εἰς ὑπόμνησιν ἐλθόντας τῆς τῶν ἁγίων ὑπὲρ εὐσεβείας μέχρι θανάτου ἐνστάσεως πρὸς τὸν ζῆλον τὸν ὅμοιον προτραπῆναι, μεμνημένους τῆς φοβερωτάτης ὀργῆς τοῦ κυρίου, ὅτι καὶ πάντοτε, καὶ πανταχοῦ πρᾶος ὤν, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καθὼς γέγραπται, μόνοις τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν πωλοῦσι καὶ ἀγοράζουσι τὴν μάστιγα ἐπανετείνετο, ὡς τῆς ἐμπορίας τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς μεταποιούσης εἰς σπήλαιον λῃστῶν. *Verum enim vero neque nundinationes illæ, quæ in martyriis celebrari ſolitæ ſunt, conuenire nobis putandæ ſunt: neque enim vllam aliam ob cauſſam adeſſe decet chriſtianos in martyriis, aut iſtis contigua loca inuiſere, quam orandi cauſſa & vt conſtantia ſanctorum admoniti, in qua illi, ne pietatem amitterent, ad necem vſque fortiter perſeuerarunt, ipſi quoque ad ſimilis fortitudinis æmulationem inuitentur. Nimirum memoria tenendum eſt illud, quam terrifica & formidabili ira olim exarſerit dominus, qui, quum ſemper & vbique manſuetus & humilis corde fuiſſet, in eos tamen ſolos flagellum intendit, qui circum templum vendendis emendiſque cibis operam dabant, quippe quaſi nundinatio illa orationis domum in latronum ſpeluncam conuerteret.*

CO

co passionis eorum constiterit, anniuersariam habuerint commemorationem inter reliquos martyres, ad minimum ab eo inde tempore, quo festiuitates martyrum in ecclesia obseruari cœptæ sunt. Sic martyrium *Petri* & *Pauli* apostolorum *Romæ* obseruatum est vel III kalendas *Iulias*, vel VIII kalendas *Martias*: Est enim de die controuersia inter IOANNEM PEARSONIVM [*l*] & ANTONIVM PAGIVM [*m*], nec istam controuersiam inter eos dirimere mihi sumo. In confesso autem apud vete-

(*l*) Pears. annal. Cypr. an. CCLVIII. p. 63. (p. 50. edit. Fell. Amstelod. MDCC.) Huius obseruationis vtilitas diem respicit, quo facta esse dicitur translatio, nempe tertium kalendas Iulii; quo die vulgo putant eos apostolos passos esse, contra veterum sententiam, qui vltimo Neronis anno eorum martyrium adscribunt. Vltimo enim Neronis anno, vicesimo nono Iunii pati non potuere, quia ipse Nero sexto die Iunii periit. Sed si alio die depositio facta est, alio translatio, quam sequuta est postea sollemnitas; salua erit veterum sententia. Et sane ante Pseudo-Isidori ætatem, ante gesta pontificalia, natalibus SS. apostolorum Petri & Pauli alius dies adsignabatur. Nam Polemius Syluius in laterculo suo sacra profanaque festa continente, A. D. CCCCXLIX euulgato, hæc habet, *VIII kal.* (Martii) *depositio SS. Petri & Pauli.* De qua varietate alibi latius a nobis disputatum est.

(*m*) Pagi critic. in Baron. an. CCLVIII. §. III. Nihil a Sixto in suo pontificatu gestum reperimus, nisi quod in indiculo depositionis martyrum habetur: *Tertio kalendas Iulii Petri in catacumbas, & Pauli Ostiense, Tusco & Basso coss.* Bucherius, quum hoc arcanum non intelligeret, scripsit in margine: *Nescio, quid heic sibi velint hi consules, forte aliunde luxati.* Verum non de sanctorum apostolorum passionis, sed de translationis tempore heic agitur. Idem habet gestorum pontificalium auctor, sed pontifices permutauit, vt sæpe solet, & pro Sixto Cornelium posuit, indeque Pseudo-Isidorus eamdem historiam fictitiæ Cornelii epistolæ inseruit. Caius, qui circa annum Christi CC scripsit, tradit, apostolorum tropæa tunc temporis in Vaticano & Ostiensi adseruata fuisse. Heic igitur tropæa in catacumbas transtulisse videtur Sixtus, magis in dies sæuiente persecutionis ardore, vt ibi tutius stationes haberi possent. Ita recte Pearsonius, qui subiungit: *Huius obseruationis vtilitas* cet. vid. sub litt. anteced. (*l*). Hæc Pearsonius, cuius librum, in quo de ea varietate agit, non vidi. Verum enim vero obseruatio hæc vanissima. Petrus enim non vltimo Neronis anno, sed vndecimo martyrium subiit, vt suo loco demonstraui, eiusque natale die vicesimo nono Iunii celebratum. Sed quia translationes sanctorum eo sæpe die, quo ad Deum migrarunt, vel colebantur, fieri solitæ erant, is dies a Sixto ad eam translationem faciendam electus quod etiam in S. Vrbani papæ translatione præstitum fuisse anno CCXXXI notauimus. Neque refert, quod in laterculo Syluii legitur. Hinc enim tan-

 res

res æque ac recentiores est, ambos vno eodemque tempore *Romæ* in persecutione *Neronis* martyrium subiisse. Demonstrat hoc EVSEBIVS [n] e CAIO ROMANO, TERTVLLIANO, ORIGENE & DIONYSIO episcopo *Corinthiorum*, qui *Petrum* cruci suffixum, *Paulum* vero capite truncatum esse, eorumque tropæa siue monumenta, alterius quidem in *Vaticano*, alterius autem in *via Ostiensi* conspici dicit, donec *Xystus* pontifex ea in

tum inferendum, aliam SS. apostolorum translationem, quæ etiam depositionis nomine ab antiquis designatur, in festo cathedræ S. Petri factam esse. Nam VIII kalendas Martii cathedram S. Petri, non vero natalem eius celebratum fuisse, certum sit ex indiculo depositionis martyrum, laterculo Syluii antiquiore; in eo enim legitur: *Octauo kalendas Martii, natale Petri de cathedra;* vbi vides, etiam natalis nomen cuilibet festo attributum fuisse.

(n) Eusebi. lib. II. c. XXV. Παῦλος δὴ ἐν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν ἱστοροῦνται· καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν, ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις· οὐδὲν δ' ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ, Γάιος ὄνομα, κατὰ Ζεφυρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον· ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων, ἔνθα τῶν εἰρημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν· ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι· ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν· ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν, ὧδέ πως παρίστησιν· ταῦτα καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε· καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν. *Paulus quidem Romæ capite truncatus, Petrus autem cruci suffixus fuisse eodem* (Nerone) *regnante, traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quæ in vrbis Romæ cœmiteriis etiam nunc visuntur. Sed & Caius quidam vir catholicus, qui Zephyrini Romanæ vrbis episcopi temporibus floruit, in eo libro, quem scripsit aduersus Proculum patronum sectæ Cataphrygarum, de loco, in quo prædictorum apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur. Ego vero, inquit, apostolorum tropæa possum ostendere. Nam siue in Vaticanum, siue ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum, qui ecclesiam illam fundauerunt. Porro ambos vno eodemque tempore martyrium subiisse, Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens testatur his verbis: Ita & vos, inquit, tanta admonitione vestra, sementem, quæ Petri ac Pauli satione succreuerat, Romanos scilicet & Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in vrbem nostram Corinthum ingressi, sparso doctrinæ euangelicæ semi-*

cata-

catacumbas, vt vetuſtus *indiculus depoſitionis martyrum* vocat, maioris ſecuritatis gratia, feruente adhuc perſecutione, transferret. Et hinc eſt, quod HIERONYMVS [o] dicit, quod, dum eſſet *Romæ* puer, & liberalibus ſtudiis erudiretur, ſolitus ſit cum ceteris eiuſdem ætatis & propoſiti, diebus dominicis ſepulchra apoſtolorum & martyrum circuire. Vt adeo, quum *Petrum* & *Paulum Romæ* martyrium ſubiiſſe indubitatum ſit, dubitari haud debeat, quin eorum feſtiuitates priſcis temporibus illic & alibi, quemadmodum ceteræ feſtiuitates martyrum, obſeruatæ fuerint. Idem quoque de reliquis apoſtolis omnibus concludi poteſt, qui martyrium in diuerſis, vbi euangelium prædicarunt, regionibus paſſi ſunt.

§. XII.

De feſto innocentum.

PRAETEREA vetus eccleſia feſtum celebrabat in memoriam infantium, non multo poſt natum *CHRISTVM* ab *Herode* interfectorum. De his loquens CYPRIANVS [p] ait: *CHRISTI natiuitas a martyriis infantium ſtatim cœpit, vt ob nomen eius, a bimatu & infra qui fuerant, necarentur. Aetas, nec dum habilis ad pugnam, idonea exſtitit ad coronam; vt appareret, innocentes eſſe, qui propter Chriſtum necantur, infantia innocens ob nomen eius occiſa eſt. Oſtenſum eſt, neminem eſſe a periculo perſequutionis immunem, quando & tales martyria fecerint.* In eamdem ſententiam HILARIVS [q] *Bethlehem* martyrum ſanguine redundaſſe, eoſque in æternitatis

ne nos inſtituerunt; & in Italiam ſimul profecti, quum vos ſimiliter inſtituiſſent, eodem tempore martyrium pertulerunt. Id. libr. III. c. I. Ὃς (Πέτρος) ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν· τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν -- καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος; ταῦτα Ὠριγένει κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν ἐξηγητικῶν εἴρηται. *Qui (Petrus), ad extremum Romam veniens, crucifixus eſt capite deorſum demiſſo: ſic enim vt in cruce collocaretur, orauerat. De Paulo iam quid attinet dicere? qui -- poſtremo Romæ ſub Nerone martyrio perfunctus eſt. Hæc Origenes in tertio volumine expoſitionum in geneſin diſertis verbis commemorat.*

(o) Hieron. comment. in Ezech. cap. XI. p. 63. (p. 45. edit Pariſ. MDCXLIII)

(p) Cypr. epiſt. LVI. al. LVIII. ad Thibaritanos p. 123. (p. 25. edit. Amſtel.)

(q) Hilar. in Matth. cap. I. p. 613. edit. Pariſ. MDCXCIII. Poſt iudæorum infeſtationem & in exſtinguendo eo profanæ plebis adſenſu, Chriſtus ad gentes inaniſſimis religionibus deditas tranſit: & iudæam relinquens, igno-

pro-

profectum per martyrii gloriam elatos esse, dicit. Ita quoque AVGVSTINVS [r], *Moriuntur*, inquit, *paruuli pro CHRISTO nescientes, parentes plangunt martyres morientes. Nec dum loquuntur & Christum confitentur. Praestitit eis Christus, vt pro Christo morerentur, praestitit, vt suo sanguine ab originali peccato diluerentur.* Similiter PRVDENTIVS in carmine quodam eorum laudes celebrat in hunc modum [s]:

Saluete, flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.
Vos prima Christi victima,
Grex immolatorum tener
Aram ante ipsam simplices
Palma & coronis luditis.

CHRYSOSTOMVS [t] eadem erat sententia, quando infantibus caedem istam nihil obfuisse, sed eos ad tranquillissimum tutissimumque portum tanto celerius euexisse, contendit. Et auctor *operis imperfecti* sub nomine CHRYSOSTOMI [u], de *Herodis* loquens crudelitate in infantes, *Omnibus*, inquit, *vitam aeternam praestitit propter vnum;* intelligens, quod eos omnes fecerit martyres caussa *CHRISTI*, cuius de caede inter eos cogitauerat. Ante hosce omnes IRENAEVS [x] ait: *Propter hoc & pueros*

ranti eum saeculo colendus infertur, *Bethlehem*, id est iudaea, *martyrum sanguine redundante.* .... Non enim non erant ii, qui mortui putabantur; in aeternitatis enim profectum per martyrii gloriam efferebantur.

(r) Augustin. de symbolo lib. III. cap. IV. tom. IX. p. 303. (p. 1123. 1124 edit. Basil. MDLXIX.) It. epist. XXVIII. ad Hieron. vid. sub litt. seq. (a).
Id. de liber. arbitrio lib. III. c. XXIII. Non frustra etiam infantes illos, qui, dum dominus Iesus Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia, cetera.

(s) Prudent. cathemerin. hymn. XII. de epiphania, v. 135. seqq. (p. 80. edit. Halens. MDCCIII.)

(t) Chrysost. homil. IX. in Matth. p. 23. (p. 101. edit. Francof.) *τί τοίνυν ἐβλάβη τὰ παιδία ἀναιρεθέντα ἐπὶ ὑποθέσει τοιαύτῃ, καὶ πρὸς τὸν ἀκύμαντον ταχέως ἀπενεχθέντα λιμένα; Quid igitur obfuit in tali caussa paruulis interemtis, & ad tranquillissimum & tutissimum portum celeriter euectis?*

(u) Opus imperfect. in Matth. II. p. 780.

(x) Iren. lib. III. c. XVIII.

(scil.

(ſcil. innocentes) *eripiebat, qui erant in domo Dauid, bene ſortiti illo tempore naſci, vt eos præmitteret in ſuum regnum; ipſe infans quum eſſet, infantes hominum martyres parans, propter Chriſtum, qui in Bethlehem natus eſt Iudæ, in ciuitate Dauid interfectos, ſecundum ſcripturas.* LEO [y] pontifex *Romanus* & FVLGENTIVS in eumdem modum de illis loquuntur, tamquam martyribus, qui paſſionis *CHRISTI* conſortes facti mortem pro ipſo pertulerint inſcii, & priuſquam eum potuerint confiteri coram hominibus.

ORIGENES autem paullo vlterius progreditur, eoſque non ſolum primitias martyrum appellat, ſed eorum quoque memoriam ſemper in eccleſiis celebrari [z] dicit, ſecundum ordinem ſanctorum, vt primorum pro domino occiſorum. Et AVGVSTINVS plus vice ſimplici [a] dicit, quod eccleſia eos

(y) Leo ſerm. VII. in epiphan. p. 33. (biblioth. patr. tom. VII. p. 1010. ſ. edit. Lugd. MDCLXXVII. Ad hanc vos ſimilitudinem paruulorum myſterium hodiernæ feſtiuitatis inuitat, & hanc vobis humilitatis formam adoratus a Magis puer ſaluator inſinuat, qui vt imitatoribus ſuis quid gloriæ pararet, oſtenderet, *ortus ſui tempore editos martyrio* conſecrauit, vt in Bethlehem, vbi Chriſtus natus eſt, geniti per communionem ætatis conſortes fierent paſſionis.

Fulgent. homil. IV. de epiphania & innocentibus p. 541. (p. 810. edit. Baſil. MDCXXI. 8uo.) Non ſolum iſtum puerum (Ieſum) non inueniſti: ſed nec illis pueris aliquid nocuiſti; immo inſcius, quod illis proderat, hoc egiſti. Per ſæuitiam quippe tuam *ſancti ſunt martyres*; qui per infantiam ſuam fuerant innocentes: quando per gratiam huius pueri pro eo meruerunt mori; priuſquam eum poſſent coram hominibus confiteri. Iſte itaque puer, qui mundum creauit, qui mundum regit, qui omnia, quæcumque vult, facit, qui cuncta mirabili atque inſeparabili ordine diſponit, hoc ordinauit, hoc egit, vt per tuam inuidiam furioſam *illi pueri mortem ſuſciperent pretioſam:* & quod eis ad ſalutem tuam præſtare non poſſes amicus, hoc ad damnationem tuam faceres inimicus. Ad hoc ergo te permiſit infantes occidere, vt illos de te faceret triumphare. Te ergo permiſit ad nequitiam, *illos perduxit ad palmam.*

(z) Origen. homil. III. de diuerſis tom. II. p. 436. (p. 232. g. edit. Pariſ. MDCIV.) Horum & memoria ſemper, vt dignum eſt, in eccleſiis celebratur, ſecundum integrum ordinem ſanctorum, vt primorum martyrum, pro domino occiſorum & vt ipſa Bethleem primitias domino martyrum, in qua natus eſt ipſe ſaluator, obtuliſſe videatur.

(a) Auguſtin. de libero arbitrio lib. III. c. XXIII. tom. I. p. 29. vid. ſub anteced. litt. (r) pag. 16. Item epiſt. XXVIII. ad Hieron. p. 106. edit. Baſil. MDLXIX. Non fruſtra etiam infantes illos, qui, quum dominus noſter Ieſus Chriſtus

in honorem martyrum receperit. Quod videtur arguere, peculiare aliquod feſtum eorum commemorationi fuiſſe adſignatum. Vtrum vero initio id fuerit feſtum ab epiphania diſtinctum, an potius eodem die celebratum ſit, res eſt in vtramque partem diſputabilis: Quia PRVDENTIVS, FVLGENTIVS & LEO de innocentibus paruulis hoc ſolum die, non vlla occaſione alia, loquuntur.

§. XIII.

De feſto Maccabæorum.

PORRO autem obſeruandum eſt, antiquis temporibus non ſolum martyrum chriſtianorum, ſed quorumdam etiam celebriorum in veteri teſtamento dies feſtos agitari conſueuiſſe. Huiuſmodi erat feſtum ſeptem *Maccabæorum*, quorum fortitudo, quam in opponendo ſeſe tyranno *Antiocho Epiphani* & moriendo pro lege iudaica oſtenderunt, generatim per vniuerſam eccleſiam chriſtianam ſollemniter ſæculo quarto commemorata eſſe videtur, circa quam tempeſtatem ſexcentos panegyricos de illis habitos inuenias. In CHRYSOSTOMO [*b*] tres repeiiuntur homiliæ, hac occaſione recitatæ, in quibus de eorum feſto loquitur, tamquam cum inſolita populi frequentia celebrato *Antiochiæ*. Chriſtianos heic baſilicam habuiſſe, nomine *Maccabæorum* appellatam, auctor eſt AVGVSTINVS [*c*]. Et hic ipſe duos ſermones [*] habet in eorum ſollemnitatem recitatos, in quibus eos re ipſa chriſtianos martyres fuiſſe demonſtrat. Vnde eorum feſtum in eccleſiis *Africanis* ſollemniter celebratum fuiſſe apparet. Nam primum ſermonem hiſce verbis exorditur: *Iſtum diem vobis ſollemnem gloria Maccabæorum fecit.* GREGORIVS NAZIANZENVS ſermonem in camdem ſollemnitatem habet, in quo ait [*d*]: *Maccabæorum no-*

---

necandus ab Herode quæreretur, occiſi ſunt, in honorem martyrum receptos commendat eccleſia.

(*b*) Chryſoſtom. homil. XLIV. XLIX. & L. tom. I.

(*c*) Auguſtin. homil. CIX. de diuerſis tom. X. p. 555. (homil. CCC. tom. V. opp. p. 1221. edit. Monachor. Benedictin. Pariſ. MDCLXXXIII.) Sanctorum Maccabæorum baſilica eſſe in Antiochia prædicatur: in illa ſcilicet ciuitate, quæ regis ipſius perſecutoris nomine vocatur.

(*) Homil. CIX. CX. (homil. CCC. CCCI. edit. cit. monach. Benedictin.)

(*d*) Nazianz. orat. XXII. de Maccabæis tom. I. p. 397. τούτων (Μακκαβαίων) ἡ

mine

mine diem hunc festum agitamus, qui, quamquam apud multos non honorentur, quia non post Christum decertarunt, digni tamen sunt, qui ab omnibus honore adficiantur, quoniam pro legibus institutisque patriis fortem animum præstiterunt. Similes sermones inter eos, qui a *Gaudentio* episcopo BRIXIENSI [e], EVSEBIO EMISENO [f] & LEONE [g] episcopo *Romano* habiti sunt, inuenimus. Quod aperte indicat, fuisse hoc festum magni nominis per vniuersam ecclesiam. Cuius rei ratio a GREGORIO NAZIANZENO redditur, quod omnino admirabiles fuerint in actionibus suis, immo certo respectu magis admirabiles, quam martyres, qui post natum Christum mortem pro diuina religione oppetiere. *Qui ante Christi passiones*, inquit [†], *martyrium subierunt, quid tandem facturi erant, si post Christum persecutionem passi fuissent, eiusque mortem nostræ salutis caussa susceptam ad imitandum propositam habuissent? Nam qui sine huiusmodi exemplo tanta virtutis laude floruerunt, an non multo fortiores se præbuissent, si cum exemplo periculum adire ipsis contigisset?* Quam ob caussam hoc festum in tota *CHRISTI* ecclesia fuit celebratum, quo autem die, non habeo dicere, nisi quod in martyrologio *Romano* kalendis *Sextilis* illud adsignetur.

§. XIV.

De generali omnium martyrum festiuitate.

EST autem aliquid, quod propius ad hasce martyrum festiuitates spectat: Quod, quum earum multitudo magna admodum esset, nec ecclesia quælibet particularis eas singulatim posset obseruare, ideo visum fuerit, vnum quemdam diem sollemnem generali omnium martyrum commemorationi præstituere. Hic dies quidam erat non multo post pentecosten,

παροῦσα πανήγυρις, οὐ παρὰ πολλοῖς μὲν τιμωμένων, ὅτι μὴ μετὰ χριστὸν ἡ ἄθλησις· πᾶσι δὲ τιμᾶσθαι ἀξίων, ὅτι περὶ τῶν πατρίων ἡ καρτερία.

(e) Gaudent. serm. XV. de Maccabæis.

(f) Euseb Emisen. hom. de iisdem.

(g) Leo serm. LXXXII. de septem Maccabæis p. 81. Valerian. homil. XIIX. de Maccabæis, ibid. p. 740.

(†) Nazianz. ibid. καὶ οἱ πρὸ τῶν χριστοῦ παθῶν μαρτυρήσαντες, τί ποτε δράσειν ἔμελλον μετὰ χριστὸν διωκόμενοι, καὶ τὸν ἐκείνου ὑπὲρ ἡμῶν μιμούμενοι θάνατον; εἰ γὰρ χωρὶς ὑποδείγματος τοιούτου, τοσοῦτοι τὴν ἀρετήν, πῶς οὐκ ἂν ὤφθησαν γενναιότεροι, μετὰ τοῦ ὑποδείγματος κινδυνεύοντες;

quem-

quemadmodum ex homilia quadam CHRYSOSTOMI [h], hac occasione habita, discimus, vbi ait: *Nondum septem dierum elapsus est numerus, ex quo sacram pentecostes sollemnitatem celebrauimus, & nos rursus martyrum chorus adsequutus est, vel martyrum castra potius & exercitus, nihilo minor illis angelorum castris, quæ patriarcha Iacob vidit, sed æmulus illis & æqualis.* Hæc igitur vel illa dies videtur fuisse, quam nos *dominicam trinitatis* vocamus, vel alia quædam dies isti proxima. *Græci* enim hanc vocant κυριακὴν τῶν ἁγίων, *dominicam omnium sanctorum*, quemadmodum LEO ALLATIVS [i] ex *synaxario* CALLISTI demonstrat & LEONE SAPIENTE, qui orationem habet in hanc diem, inscriptam *in vniuersæ terræ sanctos vniuersos.* Nomen *dominicæ trinitatis* recentioris tantum vsus est. Veteribus non fuit istiusmodi festum, quia singuli dies dominici sacrosanctæ trinitati festi habebantur. GVILIELMVS DVRANDVS [k] *Gregorium IV*, qui pontificatum *Romæ* tenuit circa annos *CHRISTI* DCCCXXXIV. primum instituisse

(h) Chrysostom. homil. LXXIV. de martyribus totius orbis, tom. I. p. 895. (p. 789. edit. [illegible]) Ἐξ ἧς τὴν ἱερὰν πανήγυριν τῆς πεντηκοστῆς ἐπετελέσαμεν, οὔπω πεπλήρωται ἡμερῶν ἑπτὰ ἀριθμός, καὶ πάλιν κατέλαβεν ἡμᾶς μαρτύρων χορός, μᾶλλον δὲ μαρτύρων παρεμβολή, καὶ παράταξις, τῆς παρεμβολῆς τῶν ἀγγέλων, ἣν ὁ πατριάρχης εἶδεν Ἰακώβ, κατ' οὐδὲν οὖσα χείρων, ἀλλ' ἐφάμιλλος αὐτοῖς καὶ ἴση.

(i) Allat. de hebdomad. & dominicis Græcor. n XXXI. Post pentecosten sequuntur hebdomades & dominicæ, quæ Matthæi, quod in illis euangelium Matthæi per sectiones inter officia legatur, dicuntur; nec a præcedente dominica, sed subsequente, numerantur. Feria itaque secunda & tertia proximæ dominicæ pentecostes erunt feriæ primæ hebdomadis; quia dominica proxime sequens erit *prima post pentecosten* apud Latinos, apud Græcos erit πρώτη τοῦ Ματθαίου *prima Matthæi.* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστήν, τὴν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, inquit Callistus in synaxario, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύῃ, καὶ Εὐρώπῃ, Βορρᾶτε καὶ Νότῳ ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die dominica post pentecosten vbique per vniuersam terram exsistentium, siue in Asia, siue in Libya, siue Europa, Austro atque Septentrione, sanctorum omnium diem festum celebramus.* Edita est oratio Leonis imperatoris, κυριακῇ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν εἰς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς ἁγίους πάντας, ὅτε τὸν ἀλάστορα τοῦ γένους ἡμῶν ἄθλοις κατέβαλον, καὶ ἡ παγκόσμιος ἐκκλησία τούτους τιμᾷ. *Dominica post pentecosten in vniuersæ terræ sanctos vniuersos, quando generis nostri aduersarium suis in certaminibus prostrauerunt & vniuersalis Dei ecclesia illos honorat.*

(k) Durand. rational. lib. VII. c. XXXIV.

ait,

ait, vt *festum trinitatis* & angelorum celebraretur. POTHO [*l*] autem, *Prumiensium* presbyter, qui floruit circa annos domini MCLII. haud diu ante hæc tempora hanc a monachis sollemnitatem institutam esse, statuit. Ex decreto etiam *Alexandri III* apparet, *Romæ* ipsius quidem tempore, hoc est an. MCLXXIX hoc festum non esse obseruatum. Verba eius hæc sunt [*m*]: *Festiuitas S. trinitatis, secundum consuetudinem diuersarum regionum, a quibusdam consueuit in octauis pentecostes, ab aliis in dominica prima ante aduentum domini celebrari. Ecclesia siquidem Romana in vsu non habet, quod in aliquo tempore huiusmodi celebret spiritualiter festiuitatem, quum singulis diebus Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, & similia dicantur, ad laudem pertinentia trinitatis.* Vt adeo, quando festum trinitatis veteribus plane ignotum fuit sub hac speciali appellatione, probabilissimum sit, fuisse hunc diem, in quo omnium totius orbis martyrum commemoratio facta sit, vti inscriptio homiliæ CHRYSOSTOMI habet. Quando enim vasta martyrum multitudo erat, fieri non poterat, vt singulis martyribus singuli dies adsignarentur. Ideoque vnaquæque ecclesia suorum ipsius martyrum celebrabat dies, (qui sæpe duo vel tres [*n*] in vna eademque hebdomade occurrebant) & vnum sollemnem diem addebat in commemorationem omnium. Qua de re non habeo, quod specialius obseruem, nisi quod veteres hoc die plerumque omnem oratoriam vim dicendi (qua multi eorum longe excellebant) adhibuerint in descri-

(*l*) Potho de statu domus Dei lib. III. ap. Hospin. de festis p. 73. (p. 113. edit. Geneuens. MDCLXXIV.) Miramur satis, quid visum fuerit *hoc tempore* quibusdam monasteriis, mutare colorem optimum, nouas quasdam inducendo celebritates. Numquid patribus doctiores aut deuotiores sumus? Superba mente præsumimus, quidquid ipsorum in talibus prudentia præteriuit. Neque vero noui in huiusmodi aliquid inuenire possumus, quod eorum quiuerit diligentiam præteriisse. Quæ igitur ratio hæc festa celebranda nobis induxit? Frustra videlicet *S. Trinitatis*, & festum transfigurationis domini &c.

(*m*) Decretal. Gregor. lib. II. tit. IX. de feriis cap. II. Vid. Microlog. de obseruat. ecclesiast. cap. LX. tot. (in bibliothec. patr. tom. XVIII. p. 489. 490. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(*n*) Vid. Chrysostom. homil. XL. in Iuuentin. tom. I. p. 546. (p. 484. ed. Francof.) Theodoret. serm. VIII. de martyr. tom. IV. p. 605. Vid. lib. XIII. c. IX. §. V. sub litt. (k) vol. V. p. 294. 295.

bendis paſſionibus, & prædicanda gloria harum victoriarum & tropæorum, quibus tam frequenter tamque admirabiliter potiti fuerant martyres. Elegantiſſima ſunt verba CHRYSOSTOMI, quæ in homilia quadam in iſtam ſollemnitatem habet [o], quibus hoc caput de feſtiuitatibus martyrum finiemus. *Ne doleamus*, inquit, *quod mortales redditi ſimus, ſed gratias agamus, quod martyrii ſtadium nobis ſit a morte reſeruatum, & ab interitu præmiorum materiam acceperimus, vnde & certaminum occaſionem nacti ſumus. Vides ſapientiam Dei, quo pacto maximum illud malorum caputque calamitatis, quod inuexit diabolus, mortem inquam, eam in honorem gloriamque noſtram conuertit, ac per hanc ipſam athletas ad martyrii brabia deduxit? Diabolus inuexit, vt perderet, & ad terram reductis ſpem ſalutis omnem præſcinderet. Chriſtus autem id arreptum immutauit, & in cælum nos rurſus per ipſum introduxit. Heic vt in aliis præliis binæ ſunt acies, vna quidem martyrum, altera vero tyrannorum. Ac tyranni quidem armati ſunt; martyres autem nudo pugnant corpore; ſed a nudis tamen, non ab armatis, victoria reportatur. Quis non obſtupeſcat, quando is, qui virgis cæditur, cædentem vincit, & vinctus ſolutum, exuſtus vrentem, & qui moritur interficientem? Vides, vt hæc illis terribiliora ſint? Nam illa quidem quamquam formidabilia ſunt, tamen ex ordine naturæ fiunt: hæc autem exſuperant naturam omnem rerumque omnem conſequentiam: vt intelligas, diuinæ gratiæ accepta ferenda eſſe, quæ heic cum laude præſtantur.* Ita veteres martyres ſuos iuſtis

(o) Chryſoſtom. homil. LXXIV. de martyr. totius orbis. Tom. I. p. 896. (p. 792. edit. Francof. ὥστε μὴ ἀλγῶμεν, ὅτι ἐγενόμεθα θνητοί, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ θανάτου ἀνεῴχθη ἡμῖν τὸ στάδιον τοῦ μαρτυρίου· ἀπὸ τῆς φθορᾶς ἐλάβομεν ὑπόθεσιν τῶν βραβείων· ἐντεῦθεν ἔχομεν ἀφορμὴν τῶν παλαισμάτων· ὁρᾷς σοφίαν Θεοῦ· πῶς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν, τὸ κεφάλαιον τῆς ἡμετέρας συμφορᾶς, ὅπερ εἰσήγαγεν ὁ διάβολος, τὸν θάνατον λέγω, τοῦτον εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἡμετέραν μετέβαλε, διὰ τούτου πρὸς τὰ τοῦ μαρτυρίου βραβεῖα τοὺς ἀθλητὰς ἄγων· --- ἐκεῖνος εἰσήγαγεν, ἵνα ἀπολέσῃ, καὶ πρὸς τὴν γῆν ἐπαναγαγὼν πᾶσαν ἐκκόψῃ σωτηρίας ἐλπίδα· ὁ χριστὸς δὲ αὐτὸ λαβὼν μετέστρεψε, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἡμᾶς δι' αὐτοῦ πάλιν εἰσήγαγε. --- καὶ ἐνταῦθα δύο παρατάξεις, ἡ μὲν τῶν μαρτύρων, ἡ δὲ τῶν τυράννων· ἀλλ' οἱ μὲν τύραννοί εἰσι καθωπλισμένοι, οἱ δὲ μάρτυρες γυμνῷ τῷ σώματι μάχονται, καὶ ἡ νίκη τῶν γυμνῶν, οὐ καθωπλισμένων, γίνεται· τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, ὅτι ὁ μαστιζόμενος περιγίνεται τοῦ μαστίζοντος, ὁ δεδεμένος τοῦ λελυμένου, ὁ καιόμενος τοῦ καίοντος. ὁ ἀποθνήσκων τοῦ ἀναιροῦντος; εἶδες πῶς ταῦτα ἐκείνων φρικωδέστερα; ἐκεῖνα μὲν εἰ καὶ φοβερά, ἀλλὰ κατὰ φύσιν γίνεται. ταῦτα δὲ πᾶσαν ὑπερβαίνει φύσιν καὶ πάντων πραγμάτων ἀκολουθίαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτός ἐστι τὰ κατορθούμενα.

lau-

laudibus extollebant aliosque ad pietatis & virtutum studium exemplo ipsorum inuitare adlaborabant: Qui præcipuus harum sollemnitatum & frequentium ad martyrum monumenta conuentuum scopus & finis erat.

LIBRI VICESIMI
CAPVT OCTAVVM
DE ALIIS QVIBVSDAM FESTIS RECENTIORIS ORIGINIS ET MINORIS OBSERVATIONIS.

§. I.
De encæniis, siue dedicationibus templorum.

PRAETER hæc festa, quæ plus antiquitatis habebant in ecclesia, alia quædam erant, sæculo quarto & quinto addita, quæ vel propter nouitatem suam vel magis circumscriptam sui obseruationem prioribus multo inferiora erant & minoris pretii in ecclesia. Hisce accenseri possunt *encænia*, siue festa anniuersaria, in memoriam dedicationis ecclesiarum habita. De prima dedicatione siue consecratione ecclesiarum (quæ ætate *Constantini* post earum destructionem in persecutione *Diocletianea*, & earumdem instaurationem, pacis temporibus postea insequutis, initium habuit) sub alio capite [*] plura diximus; Hoc loco vnam tantum rem notabimus, quæ proprie huius loci est, anniuersariam videlicet festiuitatem, quæ olim in primæ dedicationis ecclesiarum memoriam obseruari consueuit. Huius rei illustre nobis exemplum dat SOZOMENVS [a] de basilica, a *Constantino* magno in honorem seruatoris nostri *Hierosolymis* in *Golgatha* monte ædificata. Dicit enim, *Hierosolymitanos* sollemnem quotannis festiuitatem admodum splendide celebrare, adeo, vt baptismi sacramenta eo die tradantur & per continuos septem dies collectæ fiant, multique ex omni fere terrarum orbe conueniant, qui huius festiuitatis tempore

(*) Lib. VIII. cap. IX. §. i. seq. volum. III. p. 31. seqq.

(a) Sozom. lib. II. c. XXVI. ἐτήσιον ταύτην ἑορτὴν λαμπρῶς μάλα ἄγει ἡ τῶν Ἱεροσολύμων ἐκκλησία· ὡς καὶ μυήσεις ἐν αὐτῇ τελεῖσθαι, καὶ ὀκτὼ ἡμέρας ἐφεξῆς ἐκκλησιάζειν· συνιέναι τε πολλὰς σχεδὸν ἐκ πάσης τῆς ὑφ' ἥλιον, οἱ καθ' ἱστορίαν τῶν ἱερῶν τόπων πάντοθεν συντρέχουσι κατὰ τὸν καιρὸν ταύτης τῆς πανηγύρεως.

ad ſacra loca perluſtranda vndique accurrant. Et ab hoc exemplo conſuetudo iſta recepta & propagata eſt in aliis eccleſiis. BEDA [b] enim narrat, *Gregorium* magnum in epiſtola ad *Auguſtinum* & *Mellitum*, primos epiſcopos *Saxones* heic in *Anglia*, præcepiſſe, vt libertatem indulgerent populo, in anniuerſariis feſtis ſuis tabernacula ſibi circa eccleſias, quæ ex fanis commutatæ ſint, faciendi, ibique conuiuiis ſollemnitatem celebrandi loco ſacrificiorum, quæ olim immolaſſent malo dæmoni, dum eſſent adhuc a religione chriſtiana alieni. HOSPINIANVS [c] lingua *Germanica* hæc feſta *Kyrchweihe*, vocari dicit, vnde vocabulum noſtrum *Anglicanum Church-Wakes*, quod eiusdem ſignificatus eſt.

§. II.

De anniuerſariis feſtiuitatibus ordinationum epiſcoporum.

ALIVD genus feſtiuitatum, eiuſdem cum prioribus naturæ, anniuerſariæ erant ſollemnitates, quas epiſcopi in eccleſiis ſuis in memoriam ſuæ ipſorum ordinationis celebrabant. Hæ interdum vocantur *natales epiſcopi* vel *epiſcopatus*, qua appellatione non ſignificantur dies naturalis eorum natiuitatis, nec dies mortis, vt in priori caſu martyrum: Sed dies ordinationis eorum ſiue natiuitatis ad epiſcopale officium thronumue eccleſiæ. Perinde ac natales imperatorum, vt ſupra oſtendimus [*], ſæpe denotant non naturalis eorum natiuitatis dies, ſed dies, quibus diadema imperii nacti ſunt. Iſtas dies anniuerſaria ſollemnitate celebrari conſueuiſſe, iam libro quodam ſu-

(b) Bed. hiſtor. lib. I. c. XXX. Quia boues ſolent in ſacrificia dæmonum multos occidere, debet eis etiam hac de re aliqua ſollemnitas immutari. Vt *die dedicationis* vel natalitiis ſanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula ſibi circa eaſdem eccleſias, quæ ex fanis commutatæ ſunt, de ramis arborum faciant & religioſis conuiuiis ſollemnitatem celebrent, nec diabolo iam animalia immolent, ſed ad laudem Dei in eſu ſuo animalia occidant, & donatori omnium de ſatietate ſua gratias referant, cetera.

(c) Hoſpin. de feſtis, in appendice de encæniis p. 113. (p. 173. edit. Geneuenſ. MDCLXXIV.) Nos Germani ea vocamus *kyrchweihe*, vel corrupte *kyrwi*, aut *kylwi*: quo ſignificamus, feſta hæc originem ſumſiſſe a templorum dedicationibus, in quibus populus frequentius concurrere ſolebat ad audiendum verbum Dei.

(*) Lib. XX. cap. I. §. IV. ſupr. pag. 9.

peri-

periore [†] occaſionem habuimus demonſtrandi ex diuerſis AVGVSTINI & LEONIS homiliis, quæ in iſtis ſollemnitatibus habitæ fuere. Quibus heic addemus, quæ de *Donatiſtis* idem dicit AVGVSTINVS [*d*], quod hac in praxi cum eccleſia concordarint. Quamuis enim *Optatus Gildonianus* nullius frugis homo eſſet, non dubitabant tamen illius natalitia ſiue anniverſariam feſtiuitatem ordinationis eius magna celebratione frequentare, honorantes ipſum oſculo pacis inter ipſa ſacramenta, & dantes ei ac viciſſim recipientes ex manu eius euchariſtiam. Quæ circumſtantiæ plane oſtendunt, quod per natalitia eius nihil aliud quam anniuerſaria ordinationis eius celebratio intelligi poſſit, quando epiſcopus vicinos epiſcopos ſuos inuitare ſolebat, vt in iſta ſollemnitate ſibi ſeſe adiungerent ſocios, quæ lectione, pſalmodia, verbi diuini prædicatione, precatione & euchariſtiæ ſumtione, perinde atque aliæ ſollemnes feſtiuitates, celebrabatur. PAVLINVS [*e*] itidem huius peculiaris circumſtantiæ meminit, quod epiſcopi collegas ſuos inuitare ſoliti ſint ad celebrandos ſecum hoſce ſpirituales natales ſuos. Ita enim ſe ab *Anaſtaſio* epiſcopo *Romano* inuitatum eſſe dicit. Idem in [*f*] AMBROSII, HILARII pontificis *Romani* & plurium aliorum epiſtolis legimus.

IAM ſcopus harum anniuerſariarum ſollemnitatum inſignis omnino erat, vt epiſcoporum animi ad dignam magni ac grauis, ipſis in ordinatione impoſiti, oneris reuocarentur conſiderationem, & vt ipſis eſſet opportuna occaſio ad ſe reuertendi & expendendi, quam fideliter, quam religioſe, & quam di-

(†) Lib. IV. c. VI. §. XV. vol. II. p. 188.

(*d*) Auguſtin. contr. litter. Petil. lib. II. c. XXIII. Cuius natalitia tanta celebratione frequentabatis, cui pacis oſculum inter ſacramenta copulabatis, in cuius manibus euchariſtiam ponebatis, cui viciſſim danti manus porrigebatis &c.

(*e*) Paulin. epiſt. XVI. ad Delphinum. Nos ipſos ad natalem ſuum inuitare dignatus eſt.

(*f*) Ambroſ. epiſt. V. ad Felic. epiſc. Comenſem. Tum ego noſtris fabulis intexui diem natalis tui. Natalem tuum proſequemur noſtris orationibus &c. Hilar. epiſt. II. ad Tarracon. concil. tom. IV. p. 1035. Lectis in conuentu fratrum, quos natalis mei feſtiuitas congregarat, litteris veſtris.
Sixt. epiſt. ad Ioan. Antioch. Concil. tom. III. p. 1261. Audiuit vniuerſa fraternitas, quæ ad natalis mei conuenerat diem.

ligenter demandato sibi officio defuncti essent. Ita AVGVSTINVS rem in sermone quodam in tali festiuitate habito, repræsentat. „Die quidem omni, inquit [g], & omni hora & cura „omnino continua, dilectissimi, cogitare debet episcopus, „quantæ dispensationis sarcinam gerat, qualem de illa ratio„nem domino reddat suo. Verumtamen quum dies anniuer„sarius nostræ ordinationis exoritur, tunc maxime honor hu„ius officii, tamquam primo imponatur, attenditur. Interest „autem, quod eo die, quo id prius suscepimus, tantum, quem„admodum gerendum esset, cogitauimus: at vero consequen„tibus diebus, præcipueque illo, quo eius sollemnitas agitur, „non solum futura eius, quemadmodum deinceps geri debe„ant, cauta præuisione consulimus, verum etiam præterita, „quemadmodum gesta sint, sollicita recordatione recolimus: „vt nosmet ipsos in benefactis imitemur, & si qua culpanda „transierunt, ne repetantur curemus, vt ignoscantur oremus: „& accusationem diaboli, vbi possimus, recte agendi sedulita„te fugiamus: vbi autem non possumus, confitendi pietate „vincamus. Sicut enim futura peccata negligendo iustitiam „committuntur, ita præteritam iniustitiam defendendo fir„mantur. Sicut ergo, ne fiant, prospicit caritas, ita facta de„let humilitas: vt quæ iam non possunt recte agendo non ad„mitti, possint saltem non superbiendo dimitti. Didicimus „quippe dicere patri nostro, qui est in cælis, *Dimitte nobis debi„ta nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quod vt ve„raciter dicere possimus, etiam inimicos nostros oportet vt di„ligamus: quos tamen habere, nisi cogente iustitia, non de„bemus. Nam si homines nobis pro nostris malis meritis i„nimici sunt, non curandum est, vt eis debita dimittamus, sed „timendum potius, ne reddamus. Quoniam si nos merito „nostræ iniquitatis oderunt, nos eorum, non ipsi nostri sunt „debitores. Die ergo isto sollemni episcopatus mei, prius „paucis adloquar debitores meos, qui mihi nescientes apud De„um suffragantur, dum faciunt debita, quæ dimittam, vt & „mea mihi debita dimitti promerear. Vobis itaque dico siue „præsentibus, siue absentibus, quibus inimicus efficior verum

(g) Augustin. homil. XXIV. ex L. tom. X. p. 172. (p. 472. edit. Basil. MDLXIX.)

præ-

„prædicans, quibus confulendo videor onerofus, quorum re-
„quirens vtilitatem cogor offendere voluntatem: *Nolite fieri,*
„*ficut equus & mulus, non habentes intellectum.* Nam & hæc iumen-
„ta eos calce morfuque appetunt, a quibus curantur, vt cu-
„rentur eorum vulnera, contrectantur. Non parcis, non par-
„co: aduerfaris, aduerfor: refiftis, refifto. Lucta nos com-
„parat, fed cauffa feparat. Tu inimicus es medico, ego mor-
„bo. Tu diligentiæ meæ, ego peftilentiæ tuæ. *Retribuebant,*
„inquit, *mihi mala pro bonis: ego autem orabam.* Quid orabat,
„nifi, *Pater, ignofce illis: quia nefciunt quid faciant? Quum vobis,* in-
„quit, *detraxerint, & dixerint omne malum aduerfum vos propter iu-*
„*ftitiam, gaudete & exfultate, quia merces veftra multa eft in cælis.* Vos
„tamen corrigite peruerfitatem veftram, agnofcite caritatem
„noftram, reddite dilectionem dilectioni, nolumus maiorem
„cum veftra perditione mercedem. Hæc debitoribus meis,
„quibus dimitto, vt dimittatur mihi, nunc pauca fufficerent.
„Deinde adloquendi funt paullulum etiam illi, quibus debitor
„fum, non ficut ait apoftolus, *Græcis, & Barbaris, fapientibus &*
„*infipientibus debitor fum.* Nam talis debitor etiam ego pro me-
„arum virium exiguitate, difpenfationifque portiuncula, non
„quibufdam, fed omnibus fum. Verum nunc de his debitis
„loquor, quæ mihi dimitti, non a me exigi cupio. Neque e-
„nim fic tumore vanæ mentis extollor, vt audeam dicere, ex
„quo huius muneris farcinas porto, nullum a me hominem
„perperam læfum: hoc cuilibet homini tam multis & moleftis
„actibus occupato atque diftento, ne dicam impoffibile, cer-
„te difficile eft: quanto magis mihi, qui noui infirmitatem me-
„am, quam cum meis & pro me veftris orationibus diebus ac
„noctibus offero fanandam domino Deo meo. Diuerfarum
„ergo curarum æftibus ac difficultatibus conturbatus, fi quem
„forte non, vt pofcebat, audiui, fi quem triftius, quam opus
„erat, afpexi, fi in quem verbum durius, quam oportebat, e-
„mifi, fi quem corde contribulatum & opis indigum refponfi-
„one incongrua conturbaui, fi quem pauperem mihi in aliud
„intento importunius infiftentem vel prætermifi, vel diftuli, vel
„etiam nutu afpero contriftaui, fi cui de me falfi aliquid tam-
quam

„quam homini de homine ſuſpicanti, iuſto acerbius indigna-„tus ſum, ſi quis in ſua conſcientia non agnouit, quod de illo „humanitus ſuſpicatus ſum. vos, quibus pro his atque huiuſmo-„di offenſis eſſe me fateor debitorem, ſimul me veſtrum cre-„dite debitorem. Nam pullos, quos fouet, ſæpe in anguſtiis, „ſed non toto pedis pondere calcat & mater: nec ideo deſinit „eſſe mater. *Dimittite, vt dimittatur vobis.* Dimittite amanti „vos debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita cru-„delitatis tenere debetis. Ad ſummam omnes obſecro, com-„mendate domino curam pro vobis meam. Hanc enim iuſte „expeto pro me veſtram, vt quicquid mearum eſt in præterito „offenſionum, propitius ignoſcat, non ſeuerus agnoſcat. Quod „enim deinceps temporis ſub hac ſarcina erit iter agentem „regat, & ſuis oculis placentem vobiſque vtilem faciat, vt non „horrorem & pœnam meam, ſed gaudium & coronam meam, „vos eius conſpectus inueniat„. Hæc pia cogitata ſunt & præclaræ contemplationes cum magnæ humilitatis & caritatis declaratione enuntiatæ. Faciuntque eo, vt nobis oſtendant, quam intime veteres adfecerit ardui oneris officii epiſcopalis ſenſus, & quemadmodum illi auditores ſuos vtilibus ſermonibus in hiſce anniuerſariis ſuæ ipſorum ordinationis feſtiuitatibus excipere conſueuerint.

§. III.

De feſtis in memoriam magnæ cuiuſdam liberationis, vel diuinitus in eccleſiam collati beneficii, habitis.

ALIVD feſtorum genus obſeruari ſolebat, tamquam ſupplicatio, Deo pro ſingulari quodam merito & beneficio, in eccleſiam ſuam collato decreta. Ita SOZOMENVS [b] narrat, *Alexandrinos* die XII kalendarum *Auguſti* quotannis gratulationem ad templa Dei O. M. feciſſe pro liberatione ſui a ter-

(b) Sozom. lib. VI. cap. II. *ἀμέλει τοι τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τάδε συνέβη, ἣν γενέσια τοῦ σεισμοῦ προσαγορεύουσιν, εἰσέτι καὶ νῦν Ἀλεξανδρεῖς ἐτησίαν ἑορτὴν ἄγουσι· λύχνους τε πλείστους ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν καίοντες, καὶ χαριστηρίους λιτὰς τῷ θεῷ προσφέροντες, λαμπρῶς μάλα καὶ εὐλαβῶς ταύτην ἐπιτελοῦσιν.*
Vid. Ammian. Marcellin. lib. XXVI. in fine. Hoc nouatore adhuc ſuperſtite, cuius actus multiplices docuimus & interitum diem duodecimum kal. Auguſtas, conſule Valentiniano primum cum fratre, horrendi terrores per

ribili

ribili terræ motu & inundatione maris, quæ *Iuliano* imperante tanto cum impetu illis contigerit, vt post recessum maris super tectis domorum reperta sint nauigia. Huius in beneficii memoriam eum diem, quo hæc contigerant, quem etiam *γενέσια τοῦ σεισμοῦ*, *natalem terræ motus* appellabant, agebant festum, & memoria quidem SOZOMENI, plurimis lucernis per vniuersam vrbem accensis, preces cum gratiarum actione offerentes Deo, splendide simul ac religiose eum diem celebrabant. *Constantinopolitani* aliam istiusmodi sollemnitatem VIII kal. *Octobris* obseruarunt in memoriam liberationis a terræ motu, cuius MARCELLINVS COMES [*i*] in *chronico* meminit, vt qui vndecim dies continuos durauerit. Hisce accensere etiam possumus supplicationes pro insignibus victoriis; cuiusmodi illa erat, quam de *Licinio* tyranno reportauit *Constantinus*, per quam christiani omni metu eorum, a quibus antea opprimebantur, liberati sunt, Deumque hymnis ac laudibus tam per agros quam per ciuitates pro felici armorum *Constantini* successu celebrarunt, quemadmodum EVSEBIVS [*k*] iterum iterumque de-

omnem orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabulæ nec veridicæ nobis antiquitates exponunt. Paullo enim post lucis exortum, densitate præuia fulgurum acrius vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis, mareque dispulsum retro fluctibus euolutis abscessit, vt retecta voragine profundorum, species natantium multiformes limo cernerentur hærentes: valliumque vastitates & montium tunc, vt opinari dabatur, suspicerent radios solis, quos primogenia rerum sub immensis gurgitibus amandauit. --- Ingentes aliæ naues extrusæ rabidis flatibus, culminibus insedere tectorum, vt Alexandriæ contigit.

(*i*) Marcellin. chron. cos. Basilio (ap. Euseb. chronic. p. 45.) Vrbs regia per XL (sic ibi legitur) continuos dies adsiduo terræ motu quassata magnopere sese adflicta deplanxit. Ambæ Troadenses porticus corruerunt, aliquantæ ecclesiæ vel scissæ sunt, vel collapsæ. Statua Theodosii magni in foro Tauri super cochlidem columnam posita corruit, duobus fornicibus eiusdem collapsis. Hunc formidolosum diem Byzantii celebrant VIII kal. Octobris.

(*k*) Euseb. histor. lib. X. c. IX. *ἀφῄρητο ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος, τῶν πρὶν αὐτοὺς πιεζόντων· λαμπρὰς δ᾽ ἐτέλουν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας. κ. τ. λ.* *Homines omni metu eorum, a quibus antea opprimebantur, penitus amoto, festos dies cum maximo splendore & celebritate egerunt.* Lib. II. de vit. Constantin. c. XIX. *χοροὶ δ᾽ αὐτοῖς καὶ ὕμνοι τὸν παμβασιλέα θεὸν πρώτιστα πάντων, οὕτω δὴ τοῦτον ἐδίδασκον, ἐγέραιρον κ. τ. λ.* *Choris præterea & hymnis, primum quidem Deum omnium regem, prout instituti fuerint, celebrabant, cetera.*

clarat, vbi præclara *Conſtantini* in eccleſiam chriſtianam merita deſcribit. Ita ille ipſe, cuius iuſſu feſti martyrum dies quam fieri poterat ſplendidiſſime obſeruabantur [l], aliquam in panegyricis, qui in eo fiebant, partem habebat, & poſt Deum tamquam magnus fidei chriſtianæ cuſtos ac conſeruator celebrabatur. Verum hæ ſollemnitates non diu continuatæ, ſed cum vita imperatoris, cuius in honorem in eccleſia obſeruabantur, terminatæ eſſe videntur.

§. IV.

De feſto adnuntiationis.

Ex hoc autem tempore feſta in eccleſia nimium quantum multiplicari cœpta ſunt. HOSPINIANVS [m] feſtum *adnuntiationis* iam *Athanaſii* tempore cognitum fuiſſe exiſtimat, quia mentio eius habetur in ſermone quodam, qui nomine eius circumfertur [n]. Alii originem eius adhuc altius repetunt, a *Gregorii Thaumaturgi* ætate, quia apud illum ſermo exſtat in eamdem ſollemnitatem. Sed optimi critici, GVILIELMVS CAVEVS[o],

(l) Vid. Euſeb. de vita Conſtantin. lib. IV. c. XXIII. *τῷ νεύματι βασιλέως καὶ μαρτύρων ἡμέρας ἐτίμων, καιροὺς θ' ἑορτῶν ἐκκλησιαστικὰς ἐδόξαζον. Iidem feſtos martyrum dies iuſſu principis obſeruabant & eccleſiaſticarum feſtiuitatum tempora debito honore proſequebantur.*

(m) Hoſpinian. de feſtis (p. 69. edit. Geneu. MDCLXXIV.) Feſtum hoc a pontificiis celebratur hodie in ſolius b. virginis Mariæ honorem & memoriam eius, quod conceptio filii Dei iuxta carnem Mariæ adnuntiata ab angelo Gabriele fuit. Athanaſius, qui floruit circa annos domini CCCXL primus de feſto hoc quædam retulit, in enarratione euangelii de ſancta deipara. Sed vt ex illius verbis apparet, non tam in honorem Mariæ, quam Chriſti domini celebratum olim fuit: immo huius potius, quam illius feſtum fuit. Sic enim Athanaſius, *Feſtum hoc*, inquit, *vnum eſt ex dominicis, atque adeo primarium & prorſus venerandum, vtpote quod pro ordine & digeſtione rerum, quæ in euangelio de Chriſto prædicantur, ſacroſanctum habeatur, quippe in quod de filii e cælis deſcenſu agatur.*

(n) Athanaſ. ſerm. de S. deipara. (tom. II. p. 393. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *Πρότερον ἐπισημαινόμενοι ὑπομιμνήσκομεν, ὅτι μία τῶν δεσποτικῶν πρώτη τε καὶ πάνσεπτος ἐστὶ κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ σύνταξιν τῶν ὑποκειμένων ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν κηρύγμασιν, ὑπάρχουσα, τῇ θείᾳ εὐαγγελισμοῦ κλητὴ ἁγία ἡμέρα, περὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ καταβάσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ καλλωπίζει τὸ κήρυγμα.*

(o) Caue hiſtor. litter. tom. I. pag. 95. Scripta ei (Gregorio Thaumaturgo) ſuppoſita: -- *In adnuntiationem S. Dei genitricis ſermones III.* quorum tertius ſub nomine Chryſoſtomi apud Lipomanum & Surium habetur. Et pag.

ELLI-

ELLIES DVPIN [p], HAMMONDVS LESTRANGIVS [q] & ANDREAS RIVETVS [r] hæc ſcripta vt ſpuria repudiant. Quid? quod ipſe ROBERTVS BELLARMINVS & PHILIPPVS LABBEVS ea in dubiis habent. Scripta ſunt a MAXIMO vel ab alio quopiam auctore, poſt ſubnatam hæreſin *Monothelitarum*, hoc eſt, ſæculo ſeptimo. Adeoque huius feſti antiquitas ex illis demonſtrari haud poteſt. Neque hiſce temporibus dies ille feſtus eſſe potuit per antiquas regulas eccleſiæ, quæ omnes feſtiuitates in quadrageſima prohibuerat, præter ſabbatum & diem dominicam, quemadmodum ex concilio, *Laodiceno* [s] videre eſt. Ante tempus autem concilii *Trullani* venit in conſuetudinem. Nam concilium illud [t], antedictam prohibitionem *Laodicenſem* renouans, diem *adnuntiationis* quoque excipit. *In omnibus ſanctæ quadrageſimæ ieiunii diebus*, inquit, *præterquam ſabbato & dominica & ſancto adnuntiationis die, ſacrum præſanctificatorum miniſterium.* Ex quibus nota hoc tempore feſtiuitas fuiſſe intelligitur. Et idcirco originem eius ex ſæculo ſeptimo arceſſere nobis licebit, vbi ſermones in eam haberi cœpiſſe animaduertimus.

---

146. *Sermo* (Athanaſii) *in euangelium de ſanctiſſima Deipara virgine & adnuntiationis ac incarnationis myſterus*: poſt hæreſeos Monotheleticæ exortum ſcriptus, quippe quam ſæpiſſime exagitat.

(*p*) Du Pin bibliothec. tom. I. (p. 289. edit. Latin. Pariſ. MDCXCII.) Tres conciones (Gregorii Neocæſarienſis) de adnuntiatione redolent ſtilum Procli Conſtantinopolitani, ſicut obſeruatum eſt ab illo, qui in huius auctoris homilias notas compoſuit. Id. tom. II. p. 70. edit. Lat. Homilia de adnuntiatione eſt etiam auctoris Athanaſio recentioris. Quia conſulto Neſtorii & Monothelitarum errores refellit, cetera.

(*q*) Ham. Leſtrange *Alliance of div. offic.* cap. 5. p. 140.

(*r*) Riuet critic. ſacr. lib. III. c. V. Homilia (Athanaſii) de adnuntiatione ſeu de ſanctiſſima deipara virgine eſt ſuppoſititia. Et tamen oblectant ſe eius allegatione Ieſuitæ, quia Mariæ innocentia hic ſtabilitur. &c.

(*s*) Concil. Laodic. c. LI. ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι καὶ κυριακαῖς. *Quod non oportet in quadrageſima martyrum natales peragere, ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis.*

(*t*) Concil. Trullan. c. LII. Ἐν πάσαις τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία.

§. V.

De festo purificationis Mariæ, *olim* hypapante *vocitato.*

ALIVD recentioris originis festum, erat, quod festum *purificationis Mariæ* communiter vocitatur. Hoc apud *Græcos* initio nominabatur *hypapante*, ὑπαπαντὴ, quod obuiationem, domino per *Simeonem* in templo factam, denotat, in cuius occursus commemorationem hæc sollemnitas in ecclesia initio instituta fuit; aliis quidem *Iustini* imperatoris, aliis *Iustiniani* successoris illius ætate, ad annum *CHRISTI* DXLII id factum esse, existimantibus. Est quidem homilia quædam inter opera CHRYSOSTOMI [*u*], quæ si genuina esset, hoc festum vltra centum annos altius remitteret; nam in hoc festo recitatam eam esse, ipsa inscriptio indicat. Apud omnes autem viros doctos in confesso est, non esse eam CHRYSOSTOMI. In primis autem LEO ALLATIVS [*x*] locum ex GEORGII HAMARTOLI *chronico* allegat, qui ostendit, non obtinuisse tempore CHRYSOSTOMI istiusmodi festum in ecclesia, sed imperante demum *Iustiniano* esse institutum. *Hoc tempore*, inquit, *hypapante celebrari cœpit, quæ haud numerabatur in festis dominicis. Namque CHRYSOSTOMVS ita ait; Sex diebus creauit Deus omnia opera sua, vt scriptum est, & septima requieuit. Quapropter & vltimis diebus Dei verbum inuestigans, & deperditum saluare sibi complacens, & hominem adsumens, secundum numerum dierum creationis mundi, dies festos suæ œconomiæ nobis tradidit. Primus est sollemnitatum radix, Christi secundum carnem ex sancta virgine Maria post conceptionem natiuitas; secundus epiphania; tertius salutiferæ passionis dies; quartus gloriosissima*

(*u*) Chrysost. tom. VI. homil. XXII. (p. 207. edit. Francof.) εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα λόγος. *De occursu domini nostri Iesu Christi deque deipara & Simeone oratio.*

(*x*) Hamartol. chron. in vita Iustin. ap. Allat. de hebdom. Græcorum §. I. p. 1403. *καὶ ἡ ὑπαπαντὴ ἔλαβεν ἀρχὴν ἑορτάζεσθαι, ἥτις οὐκ ἔστιν ἐναρίθμιος ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, ὁ γάρ τοι θεῖος Χρυσόστομος οὕτως λέγει· ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ ἔργα αὐτοῦ πάντα, καθὼς γέγραπται, τῇ δὲ ἑβδόμῃ κατέπαυσε· διὸ καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ζητήσας καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς εὐδοκήσας καὶ ἐνανθρωπήσας τὸν αὐτὸν τρόπον κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν τῆς κοσμοποιΐας τὰς ἑορτὰς παρέδωκεν ἡμῖν τῆς αὐτοῦ οἰκονομίας· πρώτη μὲν ἐστι καὶ ῥίζα τῶν ἑορτῶν τοῦ Χριστοῦ ἡ κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας μετὰ τὴν σύλληψιν γέννησις· δευτέρα ἡ ἐπιφάνειος· τρίτη ἡ τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρα· τετάρτη ἡ ὑπερ-*

resur-

resurrectio, in qua & in subterranea progrediens saluator, vna secum in vitam reuocauit iustos, & eos, qui crediderunt; quintus, in cælum eiusdem adsumtio; quemadmodum & quinto hebdomadis die perfecta est: sextus aduentus spiritus sancti; septimus, vniuersæ resurrectionis mortuorum magnus, & sine vlla successione dies: tunc enim vere celebrabunt festum cum multo gaudio & lætitia, qui hæredes futuri sunt eorum, quæ oculos non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hactenus GEORGIVS HAMARTOLVS ex CHRYSOSTOMO. Omnes etiam, qui eum sequuntur, historici in eadem re consentiunt, quod hoc festum ante ætatem *Iustini* vel *Iustiniani* in ecclesia non fuerit cognitum. CEDRENVS [*y*] originem eius reiicit in vltimum annum *Iustini*. LANDVLPHVS autem SAGAX [*z*], SIFFRIDVS PRESBYTER [*a*], MARTINVS POLONVS [*b*], NICEPHORVS CALLISTVS [*c*], SIGEBERTVS [*d*] & PAVLVS DIACO-

---

ἔνδοξος ἀνάςασις, καθ᾽ ἣν καὶ ἐν τοῖς καταχθονίοις γινόμενος ὁ λυτρωτὴς συνανέςησε τοὺς δικαίους, καὶ τοὺς πιςεύσαντας· πέμπτη δὲ ἡ πρὸς οὐρανοὺς αὐτοῦ ἀνάληψις, ὡς καὶ ἐν πέμπτῃ διεπράχθη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα· ἕκτη δὲ ἡ τῆς ἐπιφοιτήσεως ἡμέρα τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἑβδόμη ἡ προσδοκωμένη τῆς καθολικῆς ἀναςάσεως τῶν νεκρῶν μεγάλη καὶ ἀδιάδοχος ἡμέρα· τότε γὰρ ἑορτάσουσιν ὄντως μετὰ πολλῆς χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης οἱ μέλλοντες κληρονομεῖν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

(*y*) Cedren. compend p. 300. (pag. 366. edit. Paris. MDCXLVII.) Επὶ αὐτοῦ [Ιουςίνου] ἐτυπώθη ἑορτάζειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς, τῆς μέχρι τότε μὴ ἑορταζομένης. *Sub eodem* (Iustino) *institutæ sunt feriæ, quæ* hypapante *dicuntur, prius numquam habitæ.*

(*z*) Landulph. vit. Iustin. Anno XV. Iustiniani imperii mense Octobri facta est mortalitas Byzantii. Et eodem anno *hypapante* domini sumsit initium, vt celebraretur apud Byzantium secunda die Februarii mensis.

(*a*) Siffrid. epitom. histor. lib. I. Sub Pelagio papa & Iustiniano imperatore sumsit initium apud Constantinopolim, vt ὑπαπαντὴ domini, id est purificatio beatæ Mariæ virginis, sollemniter celebraretur.

(*b*) Polon. chronic. vid. sub litt. seq. (f).

(*c*) Niceph. lib. XVII. c. XXVIII· τάττει δὲ καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρῶτος, ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάζεσθαι. *Idem imperator* (Iustinianus) *tum primum seruatoris exceptionem toto orbe terrarum festo die honorare instituit.*

(*d*) Sigebert. an. DXLII. Constantinopoli mortalitate magna insurgente, statuta est sollemnitas purificationis beatæ Mariæ, quæ Græce, ὑπαπαντὴ, id est

NVS [e], a XYLANDRO [f] & SVICERO [g] citati, a tempore *Iustiniani* id deriuant. Nec ipse BARONIVS [h] id inficiatur, modo in honorem *Mariæ* virginis primum constitutum esse dictitat, quod autem ipsum nomen *hypapante* confutat, quod obuiam itionem illam *Symeonis* significat, quando impulsore spiritu in templum veniebat ad occurrendum domino, secundum factam sibi reuelationem, qua diuinitus nuntiatum ipsi erat, ipsum non visurum mortem, priusquam vidisset *CHRISTVM* illum domini. Et *Græci* in illis festis id habent, quæ vocant festa dominica, hoc est, in honorem domini nostri *IESV CHRISTI* instituta, vti fidem nobis facit ipse LEO ALLATIVS.

§. VI.

De origine festorum, quæ in honorem confessorum aliorumque sanctorum hominum instituta sunt.

QVI plura de festorum accumulatione & incremento le-

obuiatio, dicitur, eo quod die illo Simeon obuiauerit oblato in templum domino, & ita mortalitas illa cessauit.

(*e*) Paul. Diac. lib. XVI. vid. sub litt. seq. (f).

(*f*) Xylander. not. in Cedren. p. 658. (p. 15. n. 147. edit. Par. MDCXLVII.) *Hypapantæ*] quod nimirum quasi in occursum prodiretur Christo in templo dedicando. Est enim sollemnitas, quam vsitate purificationis dicimus, quod primum ex Martini Poloni chronicis didici, qui tamen pestis caussa institutam dicit sub Iustiniano magno: quod idem est apud Nicephorum lib. XVII. c. XVIII. & consentit, quod Sigebertus perhibuit, id fuisse anno a Christi natalibus DXLII, quo sane tempore Iustinus decesserat, vel ipso Cedreno teste. Meminit Paulus Diaconus lib. XVI. rer. Romanarum.

(*g*) Suicer. thesaur. ecclesf. tom. II. p. 13 4.

(*h*) Baron. ann. DXLIV. tom. VII. p. 350. (p. 353. edit. Antuerp. MDCLVIII.) Quod vero non amplius quam tribus mensibus ciuitatem Constantinopolitanam occupauit (pestis), miraculo tribuitur, quod, licet neque a Procopio vel Euagrio recenseatur, haud tamen obliuione sepultum penitus relictum est: nam tantum beneficium sollemni die festo Dei genitricis Mariæ instituto, anniuersarioque die in ecclesia repetendo, remansit posteris perpetua memoria commendatum, quum videlicet idem hypapante est nominatum, nempe hominis occursus Symeonis, quum deipara suum filium dominum nostrum Iesum Christum in templum intulit; cuius festi diei in occidente Gelasium papam fundamenta iecisse, quum lupercalia penitus abstulit, in notis ad Romanum martyrologium diximus.

gere

gere auet, is HOSPINIANVM [i] conſulat, qui ſingulorum feſtorum, prout in ſequentibus eccleſiæ ætatibus inſtituta ſunt, originem adnotauit. Illud tantum obſeruamus, quod confeſſorum aliorumque ſanctorum hominum memoriam aliquanto maturius, quam ipſe IOANNES BONA concedit, annua ſollemnitate recoli cœpiſſe ſtatuat. BONA [k] enim hunc honorem ſolis martyribus, proprie ſic dictis, per quatuor priora ſæcula exhibitum eſſe exiſtimat, non confeſſoribus nec vllis ſanctis aliis: Dicitque in FRONTONIS kalendario, ante nongentos annos ſcripto, non niſi quatuor adſcriptos eſſe, *Martinum* ſcilicet *Turonenſem*, *Gregorium magnum*, *Leonem* papam & *Syluestrum*. At HOSPINIANI obſeruatio exactior eſt. Nam SOZOMENVS [l] diſerte adfirmat, *Palaſtinos* longe ante anniverſaria celebritate ſanctos viros honorare conſueuiſſe, qui pietate & virtute inter eos præ aliis floruiſſent, exempli gratia *Hilarionem Gazæum*, *Aurelium Anthedonium*, *Alexionem* ortum *Bethagathone*, & *Alaphionem* ex *Aſalea*, qui non fuerint martyres,

(i) Hoſpinian. de feſtis cap. IV.

(k) Bona rer. liturgic. lib. I. c. XV. §. II. Citati patres (Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus) de ſolis martyribus loquuntur, quæ confeſſorum feſtiuitates ſerius in eccleſia receptæ ſunt; & in Frontonis kalendario, ante nongentos annos ſcripto, non niſi quatuor adſcripti ſunt, Martinus ſcilicet Turonenſis, Gregorius M. Leo papa, & Sylueſter.

(l) Sozom. lib. III. c. XIV. *διέπρεπε δὲ τότε ἐνθάδε Ἱλαρίων ὁ θεσπέσιος· --- ἐπὶ τοσῦτον δὲ θεοφιλὴς ἐγένετο, ὡς ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τῷ αὐτῦ τάφῳ πολλὰς ἰᾶσθαι κάμνοντας καὶ δαιμονῶντας· καὶ τόγε παραδόξατον, παρά τε Κυπρίοις, ὗ πρότερον ἐτάφη, καὶ παρὰ Παλαιςινοῖς, παρ' οἷς ἐςὶ νῦν· συμβὰν γὰρ, αὐτὸν ἐν Κύπρῳ διατρίβοντα τελευτῆσαι, πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ἐκηδεύθη, καὶ ἐν πολλῇ τιμῇ καὶ θεραπείᾳ παρ' αὐτοῖς ἦ· μετὰ δὲ ταῦτα Ἡσύχας, ὃς εὐδοκιμώτατος ἐγένετο τῶν αὐτῦ μαθητῶν, κλέψας τὸ λείψανον, διεκόμισεν εἰς παλαιςίνην καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ μοναςηρίῳ ἔθαψε· καὶ τὸ ἐξ ἐκείνυ, δημοτελῆ καὶ μάλα λαμπρὰν ἐνθάδε ἐτήσιον ἑορτὴν ἄγυσιν οἱ ἐπιχώριοι· ὧδε γὰρ Παλαιςινοῖς ἔθος γεραίρειν τὰς παρ' αὐτοῖς ἄνδρας ἀγαθὰς γενομένυς, ὥσπερ ἀμέλει καὶ Αὐρήλιον τὸν Ἀνθηδόνιον, καὶ Ἀλεξίωνα τὸν ἀπὸ Ἀσαλέας· οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν γενόμενοι χρόνον, ἐπὶ τῆς προκειμένης βασιλείας εὐσεβῶς καὶ ἀνδρείως ἐν φιλοσοφίᾳ ἐπολιτεύσαντο, καὶ ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς ἐν ἑλληνιζύσαις ἄγαν ταῖς τῇδε πόλεσι καὶ κώμαις, εἰς ἐπίδοσιν ἤγαγον θρησκείαν.* Florebat in ea (Palæſtina) tunc temporis diuinus Hilarion. --- Ceterum ita acceptus fuit Deo, vt ad tumulum eius multi ægri ac dæmoniaci etiam nunc curentur: & quod magis mirere, tam apud Cyprios, vbi primum ſepultus eſt, quam in Paleſtina, vbi nunc iacet. Nam quum in in-

ſed

ſed tantum viri pietatis laude conſpicui, quorum virtutibus chriſtiana religio in multis vrbibus ac vicis, ſuperſtitioni gentilium admodum deditis, ſub *Conſtantii* principatu magnopere prouecta fuerit; quam ob cauſſam iſtorum locorum incolæ eorum memoriam quotannis recoluerint. Atque ita BARONIVS [m] ex HIERONYMO [n] ipſum *Hilarionem* anniuerſariam dormitionis *Antonii* diem, præuiis nocturnis vigiliis, celebraſſe, obſeruat. Qualiſcumque igitur conſuetudo fuerit in eccleſia *Occidentali*, in partibus certe *Orientalibus* anniuerſariam confeſſorum aliorumque excellentiorum ſanctorum commemorationem paullo maturius receptam eſſe, manifeſtum eſt.

ſula Cypro, vbi tum degebat, mori eum contigiſſet, ſepultus eſt ab incolis, magnoque honore & cultu ab iis adficiebatur. Poſtea vero Heſychius, qui inter eius diſcipulos celeberrimus fuit, reliquias eius furatus, in Palæſtinam deportauit, & in monaſterio Ipſius ſepeliuit. Atque ex eo tempore huius regionis incolæ diem feſtum quotannis celebrem ac ſplendidum publice agunt. Hoc enim modo Palæſtini honorare ſolent viros ſanctos, qui apud ipſos vixere: exempli gratia, Aurelium Anthedonium, Alexionem ortum Bethagathone, & Alaphionem ex Aſalea: qui quum eodem tempore ſub Conſtantii viuerent principatu, monaſticam philoſophiam pie ac viriliter excoluerunt, & virtutum ſuarum exemplo, in vrbibus ac vicis ſuperſtitioni gentilium admodum deditis, chriſtianam religionem magnopere prouexerunt.

(*m*) Baron. an. CCCLVIII. n. XXIII. De ſancto Hilarione ſcribit Hieronymus, quod cognito, licet longe abſens, Antonii obitu, illuc magno labore ſe contulit, ea nimium ex cauſſa, vt anniuerſarium illius dormitionis diem eodem, in quo defunctus erat, loco, præuiis nocturnis vigiliis celebraret.

(*n*) Hieron. vit. Hilar. c. XXVI. Confeſſus eſt fratribus, inſtare diem dormitionis beati Antonii, & peruigilem noctem in ipſo, quo defunctus fuerat loco, a ſe debere celebrari.

LIBER

LIBER VICESIMVS PRIMVS
DE IEIVNIIS VETERIS ECCLESIAE.

CAPVT PRIMVM
DE IEIVNIO QVADRAGESIMALI.

§. I.

Quid hoc ieiunium initio fuerit, vtrum quadraginta dierum, an quadraginta horarum?

CONSIDERATIS festiuitatibus, quae in veteri ecclesia obseruari consueuerunt, iam proxime contemplanda nobis sunt sollemnia eorum ac stata tempora ieiunii. Horum, perinde ac festiuitatum, alia erant hebdomadalia, alia annua, hoc est, talia, quae semel quotannis certa tempestate reuertebantur. Inter ea, quae semel singulis annis obseruabantur, quadragesimale celeberrimum erat. *Graeci* τεσσαρακοστὴν, *Latini quadragesimam* vocabant, quod vtrumque vocabulum numerum XL denotat, vnde hoc ieiunium ex quadam ratione vocabatur *quadragesimale*; vtrum vero ideo, quod quadraginta dies, an vero quod quadraginta horas duraret, de eo quidem viri docti inter se controuersantur. *Romanenses* scriptores generatim contendunt, fuisse id semper ieiunium quadraginta dierum, & vt tale ab ipsis apostolis institutum. Et sunt ex protestantibus, qui idem sentiunt. Alii ecclesiasticae tantum institutionis esse, adeoque, vt per ecclesiae potestatem variare potuerit & mutari, ita varie in diuersis ecclesiis fuisse obseruatum, & gradatim ex ieiunio quadraginta horarum in ieiunium quadraginta dierum increuisse, nomine *ieiunii quadragesimalis* sub omnibus eius mutationibus manente. Hoc est, quod THOMAS MORTONIVS [a], IEREMIAS TAYLORIVS [b], PETRVS MOLI-

(a) Morton *Catholic. Appeal.* lib. II. c XXIV. p. 304.

(b) Taylor. ductor dubitant. Book 3. chap. 4. p. 531. (p. 504 -- 523. edit. Germ. Brem. MDCCV.)

NAEVS [c], IOANNES DALLAEVS [d] & DANIEL CHAMIERVS [e] copioſe aduerſus *Romanenſes* tuiti ſunt. Et quidam ex ipſis pontificiis non imi ſubſellii ſcriptoribus, exempli gratia, MELCHIOR CANVS [f] & THOMAS CAIETANVS [g] dicunt, eſſe eiuſmodi regulam & conſuetudinem apoſtolicam, quæ eccleſiæ relicta ſit pro arbitrio ſuo mutanda, ſicut alia quædam ex idoneis & iuſtis rationibus mutarit, & abroganda per contrariæ praxis introductionem. Verum hæc controuerſia eſt, quam hoc loco non decidemus, ſed in rem facti duntaxat inquiremus, a quo hoc ieiunium primum inductum ſit, & quamdiu durauerit, quando primum in eccleſia cœpit obſeruari. GVILIELMVS CAVEVS [*] hoc ieiunium omnino antiquum, non autem apoſtolicæ inſtitutionis eſſe, dicit, & HERBERTVM THORNDIKIVM de *religioſis conuentibus* vna cum IEREMIA TAYLORIO pro eadem citat ſententia.

(c) Moulin *Novelty of* Popery lib. VII. contr. V. c. VII. p. 516. (p. 711-718. ed. Germ.)

(d) Dall. de ieiun. & quadrageſ. lib. III. c. IX.

(e) Chamier. panſtrat. tom. III. lib. XIX. c. VII.

(f) Can. loc. theol. lib. III. c. V. p. 194. Alteras traditiones apoſtoli ipſi ſpiritu ſancto ſuggerente ad eccleſiæ vtilitatem ediderunt. Quas tamen eis Chriſtus, dum in terra degeret, nunquam edidit. Et pag. 195. In aliis, quæ videlicet apoſtoli conſtituerunt tamquam eccleſiæ paſtores, poterit quidem ſummus pontifex, vt in ceteris eccleſiæ legibus, diſpenſare, ſic enim ſchola loquitur, poteritque item contrarius populi mos inſtituta huius generis abrogare. Vt trina immerſio, quam ex apoſtolica traditione in baptiſmi ſacramento eccleſiam habuiſſe, canon apoſtolorum XLIX oſtendit, per contrariam conſuetudinem abolita eſt. Eiuſdem quoque ordinis eſt quadrageſimæ ieiunium, cetera.

(g) Caietanus hoc nomine reprehenditur a *Catharino* Vid. Illyricum de ſectis papiſticis p. 143.

(*) Cave *primit. chriſtian.* p. 182 (p. 149. edit. Germ. Lipſ. MDCCXXIII.) *Ihre jährliche faſte geſchahe auch würcklich zu unſer ietzigen faſten-zeit vor oſtern, damit ſie ſich auf ſolche weiſe zum feſt der auferſtehung unſers heilandes deſto beſſer zubereiten möchten. Und iſt an dem, es iſt dieſe faſte (aber nicht in ſolchem verſtande, wie ſie heutiges tages genommen wird) ſchon ſehr lange vor alters im ſchwange geweſen, ob ſie ſchon nicht vermöge eines apoſtoliſchen ſchluſſes iſt eingeführet worden, wie ſolches ein gelehrter Prælat unſerer kirche* (Taylor. duct. dub. lib. 3 c. 4. p. 629.) *augenſcheinlich dargethan hat. Schon bey den allererſten zeiten der chriſtlichen kirche war es herkommens, daß man vor dem oſterfeſte faſtete, aber wie lange es eigentlich gewähret und gedauret hat, das kan man ſo genau*

§. II.

§. II.

Quædam probabilitas, initio fuisse tantum ieiunium quadraginta horarum, siue duorum dierum a passione ad resurrectionem CHRISTI.

RATIONES autem, quibus viri docti inducuntur, vt hoc ieiunium credant non ab apostolis esse institutum, ad minimum non vt regulam necessariam, omnibus hominibus quadraginta dies ieiunare præcipientem, sequentes sunt:

I. QVIA quædam datur probabilitas, fuisse initio tantum ieiunium quadraginta horarum, siue istius temporis, quando seruator noster in sepulchro iacuit, hoc est, duorum dierum pascha proxime antecedentium, temporis, quo *CHRISTVS* sponsus discipulis suis inter passionem & resurrectionem suam ablatus erat. TERTVLLIANVS iam *Montanista* factus, disputans contra catholicos [h], putare eos dicit, hosce duos tantum dies ieiunio determinatos esse, in quibus ablatus sit sponsus. Hoc alibi [i] ieiunium paschæ vocat, quod communiter omnes tamquam publicum ieiunium religiose obseruent. Et rursus opponens [k] catholicis, quod alia ieiunia citra hosce duos dies, in quibus *CHRISTVS* ablatus sit, obseruent, exem-

nicht sagen, weil es nach unterscheid der zeit und orte auch unterschiedlich war, indem einige so viel tage, andere so viel wochen, wieder andere so viel tage in iedweder woche fasteten (vid. Thorndike rel. assembl. c. 8. p. 276.) *Und es ist gar wahrscheinlich, dass diese jährliche fasten nicht um desswillen ist* quadragesima *genennet worden, weil sie etwa 40 tage soll gewähret haben; sondern weil sie 40 stunden gedauret, nemlich von freytage zu mittage um 12 uhr an (um welche zeit unser heyland in die gewalt des todes gefallen ist) bis auf den sonntag des morgens, da er wieder von den todten auferwecket ist. Nach diesem wurde sie weiter auf noch längere tage und wochen hinaus gesezt, bis es endlich gar auf drey, und endlich auf sechs oder sieben wochen gekommen.*

(*h*) Tertull. de ieiun. c. II. Certe in euangelio illos dies ieiunio determinatos putant, in quibus ablatus est sponsus; & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum christianorum.

(*i*) Tertull. de orat. c. XIV. Sic & die paschæ, quo communis & quasi publica ieiunii religio est, merito deponimus osculum.

(*k*) Tertull. de ieiun. c. XIII. Conuenio vos & præter pascha ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus est sponsus: Et stationum semiieiunia interponentes & vos interdum pane & aqua victitantes, vt cui quæ visum est: Denique respondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio.

 pli

pli gratia ſemiieiunia dierum ſtationariorum & reliqua ieiunia, in quibus ſolo pane & aqua veſcantur; reſpondere eos facit, hæc ieiunia ex arbitrio agi non ex imperio; vt adeo ipſi crediderint, debere ſe tantum obſeruare duos iſtos dies, in quibus ſponſus ab ipſis ablatus ſit. Hoc IRENAEVS vocat *ieiunium* quadraginta horarum ante paſcha, ſi vulgatam & communem lectionem retineamus. Scribens enim ad *Victorem* epiſcopum *Romanum* de differentia inter eccleſias *Orientales* & *Occidentales* de tempore celebrandi paſcha [*l*], *Non de die paſchatis ſolum*, inquit, *controuerſia eſt, ſed etiam de ieiunii ratione & modo. Quidam enim exiſtimant, vnico die ſibi eſſe ieiunandum: alii duobus, alii pluribus: Nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem ſuum* (vel potius, VT VALESIVS [*] legendum eſſe recte obſeruat, *ieiunium ſuum*) *metiuntur. Atque hæc in obſeruando ieiunio varietas non noſtra primum ætate nata eſt, ſed longe antea apud maiores noſtros cœpit: qui negligentius, vt veriſimile eſt, præſidentes ex ſimplicitate & imperitia ortam conſuetudinem poſteris tradiderunt. Nihilominus tamen omnes iſti pacem inter ſe retinuerunt & nos inuicem retinemus. Ita ieiuniorum diuerſitas conſenſionem fidei commendat.* Non celem heic oportet lectorem, eſſe viros doctos, qui verba quædam in hoc loco paullo aliter legi debere ſentiant. Dicunt enim

(*l*) Iren. ap. Euſeb. lib. V. c. XXIV. *οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας· οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν* [*νηστείαν* vid. not. ſeq.] *αὐτῶν· καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατούντων, τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων· καὶ οὐδὲν ἔλαττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησιν.*

(*) Valeſ. in loc. *συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν*] Miror, tot homines eruditos, qui hunc Irenæi locum in ſuis libris expoſuerunt, eius vitium non animaduertiſſe. Quis enim eſt ſenſus horum verborum? aut quis vmquam credat, fuiſſe homines, qui quadraginta horarum ſpatio diem metirentur. Atqui quadraginta horæ biduum ieiunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita ſcripſerit, *οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν.* Qua ſcriptura nihil planius eſſe poteſt. Quare aut Irenæus omnino ita ſcripſit, aut certe ita ſcribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex ſuperiore linea huc translato, locum corruperunt.

HEN-

HENRICI SAVILII codicem ea legere & diſtinguere hunc in modum: *οἱ μὲν γὰρ οἴονται, μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Sic etiam legere codicem illum, quo RVFFINVS in transferenda EVSEBII hiſtoria vſus ſit. Eius enim *latinam* horum verborum verſionem ſic habere: *Quidam enim putant, vno tantum die obſeruari debere ieiunium, alii duobus, alii vero pluribus, nonnulli etiam quadraginta; ita vt horas diurnas nocturnasque computantes, diem ſtatuant.* Hinc ieiunium quadraginta dierum tempore IRENAEI in vſu fuiſſe argumentantur. Ita GVILIELMVS BEVEREGIVS [*m*], SIMON PATRICKIVS [*n*], GEORGIVS HOOPERVS [*o*] & alii, qui de hoc argumento peculiares diſſertationes ediderunt. Ab altera parte omnes codices manuſcripti, quibus vſi ſunt ROBERTVS STEPHANVS & HENRICVS VALESIVS, ita diſtincti ſunt, vt vocabulum *τεσσαράκοντα*, *quadraginta*, non ad dies, ſed ad horas tantum referatur. Non facile eſt, rem inter tot viros doctos tantopere controuerſam decidere. Si qua vero mihi daretur copia coniectandi in tam obſcura materia, propenderem ad faciendum compromiſſum de hac diſputatione, & rem quaſi inter eas diuiderem; dicendo, primum, Quod tempore IRENAEI ac TERTVLLIANI catholici conceſſerint, ieiunium quadraginta horarum inter ſeruatoris noſtri mortem ac reſurrectionem, (ſiue id vnius ſiue duorum dierum ieiunium vocare licuerit) rationem atque indolem præcepti euangelici habere, partim ex exemplo & praxi apoſtolorum, partim vero ex his ſeruatoris ac domini noſtri verbis: *Veniet dies, quo auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Quæ, vti vidimus, de tempore quadraginta circiter horarum, quibus ſeruator in ſepulchro fuit, intelligebant. Vnde primam notionem & nomen quadrageſimalis ieiunii, ſenſu ſtrictiſſimo accepti, originem ſuam traxiſſe, non eſt improbabile. Quod ſufficit ad probandam perpetuitatem ieiunii qua-

(*m*) Beuereg. cod. can. vindic. lib. III. c. VII. tot. (apud Coteler. patr. apoſtol. tom. II. p. 159 -- 1 3. edit. Antuerp. MDCXCVIII.)

(*n*) Patrick *of Faſting in* Lent. chap. 16. p. 143.

(*o*) Hoopers *Diſcourſe of* Lent. part. 1. chap. 3.

dragesimalis ante pascha, tamquam constantis vsus in ecclesia. Deinde, quod eodem tempore, quo IRENAEVS & TERTVLLIANVS scripserunt, alii additicii dies ieiunii istis diebus a diversis ecclesiis adiecti fuerint, magnam tamen partem numero & obseruatione eorum variantibus: quandoquidem cuiuslibet ecclesiæ libertati relictum erat, istorum additiciorum dierum numerum, prout ipsi expedire videbatur, constituere. Qui etsi in aliis ecclesiis plures, in aliis pauciores, & in earum nulla omnino quadraginta dies erant, ad ætatem vsque GREGORII magni; omnes tamen nomine ieiunii quadragesimalis vocabantur, vel quod ad numerum quadraginta dierum prope accederent, vel quod festi paschalis, quod antiquissimis & primis temporibus *quadragesimale* dictum fuit, appendix essent. Quo primum tempore hi dies additicii inuecti fuerint [p], non facile est ad determinandum; Receptos autem fuisse a nonnullis ecclesiis tempore IRENAEI & TERTVLLIANI, id ea quidem, quæ ex vtroque allegauimus, ponunt extra controuersiam. Ambo enim de pluribus quam duobus diebus loquuntur, tamquam obseruatis in quibusdam ecclesiis; hac tantum cum differentia, quod alii sint obseruati, tamquam magis necessarii, vtpote in ipsius *CHRISTI* verbis fundati, alii autem in ecclesiæ libertate ac arbitrio siti, vtpote ex ecclesiastica tantum institutione oriundi, & idcirco numero suo in diuersis ecclesiis variantes, pro sapientia & arbitratu earum, quæ eos præscripsissent. Atque hoc viam aperit ad secundum aliquod argumentum siue rationem, quæ multos viros doctos induxit ad credendum, quod ieiunium antepaschale, prout numerum quadraginta dierum exacte comprehendit, numquam fuerit ab apostolis vel institutum vel obseruatum.

§. III.

Magna varietas in puncto temporis in celebratione huius ieiunii multis in ecclesiis obseruabilis.

QVIA, si qua fuisset istiusmodi apostolica regula vel exem-

(p) Gunning, Lent-*Fast.* p. 114. existimat, mentionem haberi ieiunii cuiusdam decem dierum apud LVCIANVM in dialogo, qui *philopatris* inscribitur.

plum

plum, difficulter comprehendi poſſit, quomodo tanta varietas in puncto temporis in huius ieiunii obſeruatione ſtatim exorta ſit, quam tamen ipſo facto multis in eccleſiis exortam eſſe, certo conſtat; dum aliæ tribus tantum hebdomadibus, aliæ ſex, aliæ ſeptem id obſeruarunt, nec tamen vlla earum exactum quadraginta dierum numerum confecit. SOCRATES [q] rituum ac cærimoniarum in diuerſis eccleſiis vſitatarum deſcribens differentiam, de iſto ieiunio hæc habet: „Ienunia illa, quæ ante paſcha fiunt, aliter apud alios obſeruari reperio. „Nam qui *Romæ* ſunt, tres continuas hebdomadas ante paſcha, „exceptis ſabbato & dominico die, ieiunant. Qui vero in „*Illyrico* & per vniuerſam *Achaiam* & qui *Alexandriæ* degunt, ſex „ante paſcha ſeptimanas ieiunant, idque ieiunium *quadrageſimam* vocant. Alii (videlicet *Conſtantinopolitani*) rurſus diuerſum ab illis morem ſequuti, ſeptima hebdomade ante paſcha „ieiunium ordiuntur; ac tres duntaxat ſeptimanas, quinque „dierum ſingulas per interualla ieiunantes, nihilominus hoc „tempus ipſi quoque *quadrageſimam* appellant. Ac me quidem „mirari ſubit, qua ratione iſti, licet de numero dierum inter ſe „diſſentiant, eodem tamen nomine *quadrageſimam* vocent. Huius autem appellationis pro ſuo quiſque ingenio alius aliam „rationem adfert. Neque vero in dierum numero duntaxat, „verum etiam in ciborum abſtinentia diſcrepare inter ſe reperiuntur. Nam alii quidem ab animatis penitus abſtinent, „alii ex animantibus piſces ſolos comedunt. Nonnulli cum „piſcibus etiam auibus veſcuntur; ex aquis, vt eſt apud *Moyſem*,

(q) Socrat. lib. V. c. XXII. τὰς πρὸ τοῦ πάσχα νηστείας, ἄλλως παρ᾽ ἄλλοις φυλαττομένας ἐστὶν εὑρεῖν. οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ, τρεῖς πρὸ τοῦ πάσχα ἑβδομάδας, πλὴν σαββάτου καὶ κυριακῆς, συνημμένας νηστεύουσιν· οἱ δὲ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι, καὶ οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πρὸ ἑβδομάδων ἕξ, τὴν πρὸ τοῦ πάσχα νηστείαν νηστεύουσι, τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζοντες· ἄλλοι δὲ παρὰ τούτους, οἳ πρὸ ἑπτὰ τῆς ἑορτῆς ἑβδομάδων τῆς νηστείας ἀρχόμενοι, καὶ τρεῖς μόνας πενθημέρους ἐκ διαλειμμάτων νηστεύοντες, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτοὶ τεσσαρακοστὴν τὸν χρόνον τοῦτον καλοῦσι· καὶ θαυμάσαι μοι ἔπεισι, πῶς οὗτοι περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντες, τεσσαρακοστὴν αὐτὴν ὀνομάζουσι· καὶ ἄλλος ἄλλον λόγον τῆς ὀνομασίας εὑρεσιλογοῦντες ἀποδιδόασιν· ἔστι δὲ εὑρεῖν οὐ μόνον περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποχὴν τῶν ἐδεσμάτων οὐχ ὁμοίαν ποιουμένους· οἱ μὲν γάρ, πάντη ἐμψύχων ἀπέχονται· οἱ δέ, τῶν ἐμψύχων ἰχθῦς μόνους μεταλαμβάνουσι· τινὲς δὲ σὺν τοῖς ἰχθῦσι καὶ τῶν πτηνῶν ἀπογεύονται, ἐξ ὕδατος καὶ αὐτὰ κατὰ τὸν Μω-

cos

„eas quoque conditas esse, adfirmantes. Quidam ab omni „arborum fructu & ab ouis abstinent. Quidam solo vescun-„tur pane: alii ne hoc quidem vtuntur. Nonnulli vsque ad „horam nonam ieiunantes, quouis posthac ciborum genere „vtuntur absque discrimine. Aliæ rursus apud alias gentes ob-„seruantiæ & innumerabiles earum caussæ adferuntur. Et quo-„niam nemo scriptum de hac re præceptum proferre potest, „apparet, apostolos arbitrio cuiusque ac voluntati id permi-„sisse, vt vnusquisque, quod bonum est, sua sponte non me-„tu ac necessitate perageret„. SOZOMENVS [r] similia de his variationibus narrat: „Quadragesimam, inquit, quæ festum „paschatis antecedit, in qua populus ieiunare solet, alii qui-„dem sex dierum septimanis computant, vt *Illyrii* & *Occidentales* „totaque *Africa* & *Aegyptus* & *Palæstina*. Alii vero septem heb-„domadas computant; vt *Constantinopoli* & per cunctas in cir-„cuitu prouincias vsque ad *Phœnicen*. Nonnulli e sex aut se-„ptem illis hebdomadis tres per interualla ieiunant. Alii tres „simul hebdomadas, paschale festum proxime antecedentes, „continuant: quidam duas tantum, vt *Montanistæ*„. Hactenus SOCRATES.

§. IV.

Quadragesimale ieiunium non amplius triginta sex diebus esuria-libus in vlla ecclesia constitit, ad ætatem vsque Gregorii magni, *quia omnes dies dominici ieiunio exemti fue-runt, nec non omnia sabbata, præter vnum solum in omnibus ecclesiis* Orientalibus.

σία γεγενῆσθαι λέγοντες· οἱ δὲ καὶ ἀκροδρύων καὶ ᾠῶν ἀπέχονται, τινὲς δὲ καὶ ξηρῷ ἄρτῳ μόνῳ μεταλαμβάνουσιν· ἄλλοι δὲ οὐδὲ τούτῳ· ἕτεροι δὲ ἄχρις ἐννάτης ὥρας νηστεύοντες, διάφορον ἔχουσι τὴν ἑστίασιν· ἄλλως δὲ παρ' ἄλλοις φύλοις καὶ μυρίαι αἰτίαι εἶναι τυγχάνουσι· καὶ ἐπειδὴ οὐδεὶς περὶ τούτου ἔγγραφον ἔχει δεῖξαι παράγγελμα, δῆλον, ὡς καὶ περὶ τούτου τῇ ἑκάστου γνώμῃ καὶ προαιρέσει ἐπέτρεψαν οἱ ἀπόστολοι, ἵνα ἕκαστος μὴ φόβῳ, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἀγαθὸν κατεργάζοιτο.

(r) Sozom. lib. VII. c. XIX. καὶ τὴν πρὸ ταύτης [ἀναστασίμου ἑορτῆς] δὲ καλουμένην τεσσαρακοστὴν, ἐν ᾗ νηστεύει τὸ πλῆθος, οἱ μὲν, εἰς ἓξ ἑβδομάδας ἡμερῶν λογίζονται, ὡς Ἰλλυριοὶ καὶ οἱ πρὸς δύσιν, Λιβύη τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος σὺν τοῖς Παλαιστινοῖς· οἱ δὲ ἑπτὰ, ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τοῖς πέριξ ἔθνεσι, μέχρι Φοινίκων· ἄλλοι δὲ, τρεῖς σποράδην ἐν ταῖς ἓξ ἢ ἑπτὰ νηστεύουσιν· οἱ δὲ, ἅμα τρεῖς πρὸ τῆς ἑορτῆς συνάπτουσιν· οἱ δὲ, δύο, ὡς οἱ τὰ Μοντανοῦ φρονοῦντες.

CAS-

CASSIANVS [s] non nihil eiusdem obseruationis habet. Dicit enim, quasdam ecclesias sex hebdomadibus quadragesimam celebrare, nonnullas adiicere hebdomadam etiam septimam; neutrum tamen numerum quadraginta dierum implere summam. Licet enim sex hebdomades dies quadraginta duos efficiant, omnes tamen dies dominicos ieiunio eximi; atque ita sex diebus subtractis, non plus sex & triginta dies remanere ieiunio persoluendos. Similiter illas ecclesias, quæ septem hebdomadas, hoc est, vndequinquaginta dies, quadragesimæ adsignent, non solum dies dominicos, sed omnia etiam sabbata, vno excepto, numero dierum esurialium subtrahere, adeoque tredecim diebus hac ratione subductis, non nisi triginta sex dies esse residuos. In hunc modum quadragesima obseruata est ad tempus vsque *Gregorii* magni, qui de quadraginta duobus diebus [t] loquitur, tamquam quadragesimali ieiunio deputatis; sed diebus dominicis subtractis triginta tantum & sex remanent. Ita vero rem se habuisse, ex iis liquet, quæ de die dominico & sabbato disseruimus supra [*], vbi plenius demonstrauimus, diem dominicum numquam ieiunio transactum sed semper festum in ipsa etiam quadragesima, in omnibus per vniuersum orbem terrarum ecclesiis habitum, & in ecclesiis *Orientalibus* sabbatum quoque numero dierum esurialium exemtum fuisse. Supra dictis heic vnum tantum locum CHRYSOSTOMI addemus, vbi rationem reddit, cur hi duo dies in quadragesimali ieiunio excipiantur. *Quemadmodum*, inquit [u], *in viis publicis sunt stationes & diuerticula, in quibus fessi viatores & respirent & quiescant, vt alacrius postea iter suum conficiant: & sicut in mari littora sunt & portus, vt in eos e iactatione se recipiant nauigantes, & exspectent, donec ventorum impetus conquiescat, & sic iterum na-*

(s) Cassian. collat. XXI. c. XXIV. XXV. vid. sub litt. (z. XXVII. XXVIII.

(t) Gregor. homil. XVI. in euangelia. tom. III. p. 42. Sex dies dominici subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta & sex dies remanent.

(*) Lib. XX. cap. II. §. V. pag. 36 seqq. Et cap. III. §. V. pag. 50 seqq.

(u) Chrysost. homil. XI. in genes. tom. II. p. 106. (pag. 93. edit. Francof.) *καθάπερ ἐν ταῖς λεωφόροις εἰσὶ σταθμοὶ καὶ καταγώγια, ὥστε τοὺς ὁδίτας κεκμηκότας διαναπαύεσθαι, καὶ τῶν πόνων λήγοντας, οὕτω πάλιν ἅπτεσθαι τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ δὲ ἀκταὶ καὶ αἰγιαλοί, καὶ λιμένες εἰσίν· ὥστε κάμνει τοὺς ναυτιλλομένους, μετὰ τὰ πολλὰ κύματα διαδραμεῖν, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀνέμων ἐμβολὰς ἀν-*

vigare incipiant: ita & nunc, qui in hac quadragesima ieiunii cursum suscepere, quasi stationes & diuerticula, & littora & portus per duos hebdomadæ dies, dominus quietem largitus est, vt & corpori aliquantulum ieiunii labores remittantur, & animum refocillent ieiunantes, & exactis duobus illis diebus in pulchre cœpto itinere alacriter pergant. Ex quibus apparet, in nonnullis ecclesiis *Orientalibus*, in quibus vniuersum tempus quadragesimæ sex tantum hebdomades siue quadraginta duos dies durauerit, subductis sabbatis & diebus dominicis, non amplius triginta vnum dies, & in quibus longissime, non plus triginta sex dies ieiunio fuisse deputatos [w].

§. V.

Quis diem cinerum *& alios tres dies in ecclesia* Romana *initio quadragesimalis ieiunii primum addiderit.*

QVIS *diem cinerum* & tres dies alios initio quadragesimali ieiunii primum addiderit in ecclesia *Romana*, vt exacte quadraginta fierent, inter ipsos eius scriptores res dubia est. Alii a *Gregorio M.* id factum esse dictitant, alii a *Gregorio II.* qui centum circiter annis post illum vixit, sæculo octauo ineunte. Verum, vt AZORIVS [x] dicit, non multum refert, vter eorum huius additamenti auctor fuerit, quum in confesso sit, eos quadragesimæ additos esse, posteaquam sexcentis annis sine illis fuerit obseruata. Atqui hoc planissime demonstrat, quadragesimam, hac saltem notione, quatenus pro exacto quadraginta dierum esurialium numero accipitur, non posse esse institutionis apostolicæ, quidquid illa tandem in alia forma & duratione fuerit.

τισῆναι, μικρὸν ἀνεθέντας, οὕτω πάλιν τῆς ναυτιλίας ἅπτεσθαι· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ νῦν ἐπὶ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, τοῖς τὸν δρόμον τῆς νηστείας καταδεξαμένοις, καθάπερ σταθμοὺς καὶ καταγώγια, καὶ ἀκτὰς, καὶ αἰγιαλὰς, καὶ λιμένας, τὰς δύο ταύτας ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος βραχύ τι διαναπαύεσθαι κεχάρισται ὁ δεσπότης, ἵνα καὶ τὸ σῶμα μικρὸν ἀνέντες ἀπὸ τῶν πόνων τῆς νηστείας, καὶ τὴν ψυχὴν παραμυθησάμενοι, πάλιν παρελθουσῶν τῶν δύο τούτων ἡμερῶν, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ μετὰ προθυμίας ἅπτωνται εἰς τὴν καλὴν ταύτην, καὶ ἐπωφελῆ ὁδοιπορίαν ποιούμενοι.

(w) Vid. Gunnig. *Lent*-Fast p. 156.

(x) Azor. institut. moral. lib. VII. c. XII. part. I.

§. VI.

§. VI.

Num veteres quadragesimale ieiunium pro institutione apostolica habuerint.

ATENIMVERO multi veterum illud vlla in forma apostolicæ institutionis esse negant, sed tantum vtilem obseruantiam, ab ecclesia præscriptam, esse statuunt. Expressis verbis hoc adfirmat CASSIANVS [y]: *Sciendum sane*, inquiens, *hanc obseruantiam quadragesimæ, quamdiu ecclesiæ illius primitiuæ perfectio inuiolata permansit, penitus non fuisse. Non enim præcepti huius necessitate, nec quasi legali sanctione constricti, arctissimis ieiuniorum terminis claudebantur, qui per totum anni spatium æquali ieiunio concludebantur. Verum quum ab illa apostolica deuotione desciscens quotidie credentium multitudo suis opibus incubaret, nec eos vsu cunctorum fidelium secundum apostolorum instituta, diuideret, sed priuatis suis impendiis confidens, non seruare tantum, sed etiam augere contenderet, id tunc vniuersis sacerdotibus placuit, vt homines curis sæcularibus allegatos & pene* (vt ita dixerim) *continentiæ vel compunctionis ignaros, ad opus sanctum canonica ieiuniorum indictione reuocarent & velut legali decimarum necessitate compellerent.* Intelligit, quod triginta sex dies, qui tunc quadragesimali ieiunio constituti erant, per computationem [z] decimam totius anni partem, efficiant. *Cassianus* discipulus fuit *Chrysostomi*, ab eoque notionem ac sententiam suam de origine quadragesimæ videtur accepisse. Nam

(y) Cassian. collat. XXI. c. XXX.

(z) Cassian. ibid. c. XXV. Lege Mosaica vniuerso populo generalis est promulgata præceptio: *Decimas tuas & primitias offeres domino Deo tuo.* Itaque qui substantiarum omniumque fructuum decimas offerre præcipimur, multo magis necesse est, vt ipsius quoque conuersationis nostræ & humani vsus, operumque nostrorum decimas offeramus, quæ profecto in supputatione quadragesimæ euidenter implentur. Omnium enim dierum numerus, quibus reuolutus in orbem annus includitur, triginta sex semis dierum numero decimatur. In septem vero hebdomadibus, si dies dominici & sabbata subtrahantur, quinque & triginta supersunt dies ieiuniis deputati, sed adiecta illa vigiliarum die, qua vsque in gallorum cantum illucente dominica ieiunium sabbati protelatur, non solum sex & triginta dierum numerus adimpletur, verum etiam pro decimis quinque dierum, qui residui videbantur, si illud quod superest adiectum nobis spatium computetur, plenitudini totius summæ omnino non deerit.

CHRYSOSTOMVS prorsus eadem de illa habet [*a*]: *Quam ob caussam*, inquit, *ieiunamus per hos dies quadraginta? Multi quondam temere ac sine iudicio, præcipue vero hoc tempore, quo CHRISTVS ea tradidit, ad sacra mysteria accedebant. Quum igitur intelligerent patres, quantum ex temerario accessu detrimenti caperetur, conuenientes quadraginta dies ieiunii, precum, auditionis verbi Dei & conuentuum designarunt, vt in his diebus omnes per preces, per eleemosynam, per ieiunium, per vigilias, per lacrimas, per confessionem ac per cetera omnia diligenter expurgati, ita pro captu nostro cum conscientia pura accedamus.* AVGVSTINVS interdum mentem suam in eumdem modum declarat, tametsi alio tempore originem quadragesimæ ex euangelii auctoritate deriuare videtur. Vno loco ait [*b*]: *Ego in euangelicis & apostolicis litteris totoque instrumento, quod appellatur testamentum nouum, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto domini vel apostolorum non inuenio definitum.* Alio loco [*c*], diuersas sollemnitates, a christianis obseruatas, fundamentum aliquod & auctoritatem pro illis in sacra scriptura haberi adserit: *Ex euangelio, quia iam manifestum est, quo etiam die dominus crucifixus sit, & in sepultura fuerit, & resurrexerit, adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia & orbi vniuerso christiano persuasum est, eo modo pascha celebrari oportere. Quadragesima sane ieiuniorum habet auctoritatem in veteribus libris ex ieiunio Moysi & Heliæ, & ex euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit.* Addit paullo post [*d*], quod supputatio paschatis & quinquaginta dierum pentecostes firmiter ex scriptura colligatur: *Nam vt quadraginta illi*

(*a*) Chrysostom. homil. LII. in eos, qui primo pascha ieiunant. tom. V. p. 709. (homil. LV. p. 633. edit. Francof.) *τίνος οὖν ἕνεκεν νηστεύομεν τὰς τεσσαράκοντα ταύτας ἡμέρας; πολλοὶ τὸ παλαιὸν τοῖς μυστηρίοις προσῄεσαν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, καθ' ὃν ὁ χριστὸς αὐτὰ παρέδωκε· συνειδότες οὖν οἱ πατέρες τὴν βλάβην τὴν γινομένην ἐκ τῆς ἠμελημένης προσόδου, συνελθόντες ἐτύπωσαν ἡμέρας τεσσαράκοντα νηστείας, εὐχῶν, ἀκροάσεως, συνόδων, ἵν' ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις καθαρθέντες μετ' ἀκριβείας ἅπαντες καὶ δι' εὐχῶν, καὶ δι' ἐλεημοσύνης, καὶ διὰ νηστείας, καὶ διὰ παννυχίδων, καὶ διὰ δακρύων, καὶ δι' ἐξομολογήσεως, καὶ διὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὕτω κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν μετὰ καθαροῦ συνειδότος προσίωμεν.*

(*b*) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casulan. p. 147. (p. 339. c. edit. Basil. MDLXIX.)

(*c*) Id. epist. CXIX. ad Ianuar. c. XV.

(*d*) Ibid. c. XVII.

dies

dies ante pascha obseruentur, ecclesiæ consuetudo roborauit, sic etiam vt octo dies neophytorum (siue tempus, quo recens baptizati alba vestimenta gestabant) *distinguuntur a ceteris, id est, vt octauus primo concinat.* Duo heic in verbis AVGVSTINI probe notanda sunt: 1. Quod auctoritas & fundamentum, quod quadragesimale ieiunium habet ex euangelio, idem sit, quod ex veteri testamento habeat, quod non præceptum erat, sed exemplum *Mosis* & *Heliæ.* 2. Quod quadragesimale ieiunium patrum conciliis & consuetudini ecclesiæ originem suam debeat, perinde ac dies octo neophytorum, & quinquaginta dies pentecostes obseruationem sui eidem debeant origini; quos nemo dubitat, licet remotius aliquod pro illis fundamentum in scripturis esse possit, quum vero nullum expressum mandatum ibi habeatur, originem suam conciliis patrum & consuetudini ecclesiæ vnice acceptam referre.

§. VII.

Quo sensu quidam eorum diuinæ illud institutionis esse dicant.

Ex his iam intelligimus, quid alii ex veteribus velint, quando quadraginta dierum ieiunium diuinæ institutionis esse adserunt, illudque ex auctoritate deriuant scripturarum. Exempli gratia, HIERONYMVS [e] ait: *Moyses ac Helias quadraginta dierum esurie, Dei familiaritate saturati sunt. Et ipse dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis sollemnes ieiuniorum dies relinqueret.* Et iterum [f]: *Ipse Dominus, verus Ionas, missus ad prædicationem mundi, ieiunat quadraginta dies: & hereditatem ieiunii nobis derelinquens, ad esum corporis sui sub hoc numero nostras animas præparat.* Multæ similes locutiones in scriptis occurrunt BASILII [g],

(e) Hieronym. in Esaiam c. LVIII. p. 262. (p. 190. edit. Paris. MDCXLII.)

(f) Id. in cap. III. Ionæ (p. 140. edit. cit. Paris.)

(g) Basil. homil. II. de ieiunio, tom. I. p. 287. a.) *εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περιαγγέλλεται τὸ κήρυγμα· καὶ οὔτε τις νῆσος, οὐκ ἤπειρος, οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐκ ἐσχατιὰ ἀνήκοός ἐστι τοῦ κηρύγματος· ἀλλὰ καὶ στρατόπεδα, καὶ ὁδοιπόροι, καὶ πλωτῆρες, καὶ ἔμποροι, πάντες ὁμοίως καὶ ἀκούουσι τοῦ παραγγέλματος, καὶ περιχαρῶς ὑποδέχονται· ὥστε μηδεὶς ἑαυτὸν ἔξω ποιείτω τοῦ καταλόγου τῶν νηστευόντων, ἐν ᾧ πάντα γένη καὶ πᾶσα ἡλικία καὶ ἀξιωμάτων διαφοραὶ πᾶσαι καταλέγονται· -- πλούσιος εἶ; μὴ καθυβρίσῃς τὴν νηστείαν -- μή ποτέ σε καταγγείλῃ* **ἐπὶ τοῦ νομοθέτου τῶν νηστειῶν.** *Hoc tempore per vniuersum terrarum*

THEOPHILI [h] & CYRILLI [i] *Alexandrinorum*, PETRI CHRYSOLOGI [k] & aliorum, quos hac occasione congessit GVILIELMVS BEVEREGIVS. Enim vero nullus horum vult dicere, quod disertum & expressum mandatum Dei pro eo habeatur, sed tantum exempla quædam in extraordinaria per quadraginta dies ieiunandi praxi seruatoris nostri, vel *Moysis* & *Eliæ*: Quæ res non sufficit ad eliciendum inde & exstruendum præceptum, quia istiusmodi extraordinaria exempla non sunt imitabilia, nec in praxin deduci possunt, nisi inferiore quodam gradu; quod ecclesiæ ansam dare potuit ad iniungendum quadraginta dierum ieiunium, non autem ad imponendum illud tamquam diuinitus mandatum. CHRYSOSTOMVS inter veteres hoc penitus perspiciebat, & hinc in homilia quadam ait [l]: *Non dicit CHRISTVS, ieiunium esse imitandum, quamuis*

orbem vndique denuntiatur ieiunii præconium. Nec vlla est insula, nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non sit auditum ieiunii edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negotiatores, omnes pariter audiunt edictum & summo gaudio excipiunt. Ne quis igitur semet excludat a numero ieiunantium, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatum formæ censentur. -- Diues es, ne ieiunium adfeceris contumelia -- ne quando te reum peragat apud eum, qui de ieiunio legem tulit.

(h) Theophil. paschal. epist. de quo Beuereg. de ieiun. quadrages. c. VIII. §. V. hæc habet: Iisdem fere diebus (quibus Basilius scripsit) Theophilus Alexandrinus tres suas paschales epistolas, quas S. Hieronymus æqualis eius latinas fecit, in lucem edidit, in quibus passim adserit, ieiunium hoc quadragesimale *secundum euangelicas & apostolicas traditiones obseruandum esse.*

(i) Cyrill. homil. paschal. passim. Vid. Beuereg. l. c. vbi statim pergit in hunc modum: Exiguo post eum tempore, Cyrillus, Alexandrinæ itidem ecclesiæ antistes, in paschalibus homiliis a se conscriptis sæpe inculcat, hoc ieiunium ab omnibus celebrandum esse κατὰ τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις & nonnumquam κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παράδοσιν.

(k) Chrysolog. serm. XI. apud Beuereg. l. c. Videtis, fratres, quia quod quadragesimam ieiunamus, non est humana inuentio, auctoritas est diuina: & est mysticum, non præsumtum: nec est de terreno vsu, sed de cælestibus est secretis.

Id. serm. CLXVI. Si ergo quadraginta dierum simplex, purum, æquale tantis testimoniis sub tanti numero sacramenti traditum nobis a domino ieiunium perdocetur; vnde nouitas ista, vnde hebdomadæ nunc resolutæ, nunc rigidæ, nunc indulgentes, nimium nunc seueræ?

(l) Chrysost. homil. XLVII. in Matth. p. 425. (p. 515. edit. Francof.) Μάθετε γάρ, qua-

quadraginta illos dies posset proponere: sed, discite a me, quoniam mitis sum & humilis corde. Immo vero contra, quum apostolos ad euangelizandum dimitteret, non dixit, ieiunate, sed quidquid vobis apponitur, comedite. Hæc dixi, (pergit CHRYSOSTOMVS,) *non quia ieiunium mihi non placeat, quod magnis soleo efferre laudibus: sed quia doleo, si ceteris neglectis, satis ad salutem vobis ieiunium existimetis, quod in choro virtutum vltimum certe locum sortitur. Præcipuæ namque virtutes sunt caritas, humilitas, misericordia, quæ vel virginitatem superant.* Ex quibus manifestum est, non putasse eos, exemplum *CHRISTI* sufficere ad conciliandam impositioni quadraginta dierum ieiunii, tamquam rei diuinitus mandatæ, auctoritatem.

§. VIII.

Quatenus traditionem vel canonem apostolicum esse concesserint.

FATENDVM autem est, quosdam eorum id vocare traditionem vel canonem apostolicum. HIERONYMVS [m] in epistola ad *Marcellam* aduersus *Montanum* hæc habet: *Nos vnam quadragesimam, secundum traditionem apostolorum toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Illi, (Montanistæ) tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores.* cetera. LEO papa [n] id *apostolicam institutionem* vocat, *Quod ergo, dilectissimi,* inquiens, *in omni tempore vnumquemque facere conuenit christianum, id nunc sollicitius & deuotius est exsequendum, vt apostolica institutio quadraginta dierum ieiuniis impleatur.* Et alibi [*]: *In quibus* (quadragesimæ diebus) *merito a sanctis apostolis per doctrinam spiritus sancti maiora sunt instituta ieiunia, vt per commune consortium crucis CHRISTI, et-*

φησιν, ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐνήστευσα· Καί τοι γε εἶχεν εἰπεῖν τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ἀλλ' οὐ λέγει τοῦτο· ἀλλ' ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· πάλιν πέμπων αὐτοὺς, οὐκ εἶπεν, ὅτι νηστεύετε· ἀλλὰ πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε· -- ταῦτα δὲ λέγω, οὐχὶ νηστείαν κακίζων· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπαινῶν· ἀλγῶ δὲ, ὅταν τῶν ἄλλων ἠμελημένων ταύτην νομίζητε ἀρκεῖν εἰς σωτηρίαν ὑμῖν, τὸ ἔσχατον τοῦ χοροῦ τῆς ἀρετῆς ἔχουσαν μέρος· τὸ γὰρ μέγιστον, ἀγάπη καὶ ἐπιείκεια καὶ ἐλεημοσύνη, ἣ καὶ παρθενίαν ὑπερηκόντισεν.

(*m*) Hieron. epist. LIV. ad Marcellam.

(*n*) Leo serm. VI. de quadragesima.

(*) Id. serm. IX.

iam nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus. Verum iudicio LEONIS non parum derogant, quae PAGIVS [o] & QVESNELLVS de ipso obseruant, quod familiare ei fuerit, ea omnia vocare legem apostolicam, quae vel in sua ipsius ecclesia olim obseruata vel decretis antecessorum suorum *Damasi* & *Siricii* sancita inuenerit. Quod autem ad HIERONYMVM attinet, is sese nonnumquam particulares ecclesiarum consuetudines nomine traditionum apostolicarum appellare adfirmat. Scribens enim de sabbato, in quo aliae ecclesiae ieiunabant, aliae autem id festum agebant, ait [p]: *Vnaquaeque prouincia abundet in sensu suo, & praecepta maiorum leges apostolicas arbitretur.* Quod si HIERONYMVS ita heic facit, facile eius mentem capere possumus. Sin aliter, certe fallitur opinione. Siquidem ex ante dictis apparet, ieiunium apostolicum multo breuius fuisse ieiunio, de quo HIERONYMVS loquitur, & per multos gradus ad numerum quadraginta dierum increuisse. Ieiunium apostolicum ieiunium erat paucorum duntaxat dierum ante pascha. Tempore *Dionysii Alexandrini* an. CCL per integram hebdomadem, & forte paullo longius celebratum est. *Romae* circa eamdem aetatem (vt vir quidam doctissimus [q] existimat, qui de hoc argumento accurate scripsit) tribus hebdomadibus durauit, eo tempore, quo *Cornelius* & *Nouatianus* de episcopatu *Romano* inter se contenderunt. Vnde factum, vt sectatores *Nouatiani* illud ad hunc terminum adstringerent tempore SOCRATIS, vbi ieiunium antepaschale in sex hebdomadas *Romae* protrahebatur. Ex tribus hebdomadibus, vt vir ille doctus sentit, primo ad sex auctum est, aut a concilio *Niceno* in quinto eius canone, aut certe non multo ante. Atque tum communiter vocari coepit quadragesima, siue quadraginta dierum ieiunium, quia etsi dies ieiunii proprie non amplius triginta sex, vel triginta vnus e-

(*o*) Pagi critic. in Baron. an. LXVII. §. XV. (§. XIX. p. 57. edit. Antwerp. MDCCV.) Familiare est Leoni, vt quum de apostolica traditione sermonem habet, de ea loquatur, quam ab apostolo Petro ecclesiae Romanae relictam putabat. Ea vero ex b. Petri traditione descendere existimauit, quae & olim obseruata, & decretis sancita inueniebat eorum ecclesiae suae pontificum, quorum monumenta supererant illa aetate. Haec Quesnellus.

(*p*) Hieron. epist. XXVIII. ad Lucin.

(*q*) *Bishop* Hooper *of Lent* p. 139. & 84.

rant,

rant, primus tamen eorum ad minimum quadraginta diebus ante pascha incidebat, a quo integrum ieiunium denominabatur. Atque ita tempore HIERONYMI fuit. Male autem se habet eius conclusio, quod, quum ieiunium aliquod apostolicum paucorum quorumdam dierum fuerit ante pascha, quod postea per varios gradus in quadraginta dierum ieiunium excreuit, ideo ieiunium quadraginta dierum apostolicæ institutionis sit oporteat. Multo autem intolerabilius in illis est, qui, postquam quatuor alii dies triginta sex diebus additi sunt, vt perfectam quadraginta dierum ieiunii summam efficiant, adhuc idem illud ieiunium esse contendunt, quod initio ab apostolis in ecclesia sit institutum. Res equidem in se non magna est, præiudicata autem hominum opinio & confidentia in vrgenda disputatione summa est, quando paradoxum tuentur, quod tanta rei euidentia tam facile confutari potest. Nam, vt IEREMIAS TAYLORIVS [r] scite hanc in rem disserit, „Si quis omnes reges, perinde ac *Adamum*, in perfecta corporis statura „& adulta ætate ab ipso Deo immediate conditos esse, diceret, „is omnium optime ab obstetricibus & nutricibus, a pædagogis & famulis atque omnibus vicinis confutari posset, quippe „qui eos infantes nasci viderunt, de matrum sinu gremioque „susceperunt, lactarunt, in vlnis gestarunt, conuestierunt, litteras docuerunt, adolescere obseruarunt & circa eos fuerunt; „Eadem præsentis rei ratio est. Qui quadragesimam nostram, „siue quadraginta dierum ieiunium ante festum paschatis, ab apostolis, in ista quidem adulta ætate ac statu, in quo illud „iam conspicimus, stabilitum esse dixerit, is testimonio earum

(r) Taylor. dict. dubit. Book III. chap. IV. p. 632. *If any Man should say, that Kings were all created, as* Adam *was, in full stature and Manhood by God himself immediately, he could best be confuted by the Midwives and the Nurses, the Schoolmasters & the Servants of the Family, and by all the Neighbourhood, who saw them born Infants, who took them from their Mothers Knees, who gave them Suck, who carried them in their Arms, who made them Coats, and taught them their Letters, who observed their Growth, and changed their Minsteries about their Persons. The same is the Case of the present Article. He that says our* Lent, *or Forty-Days Fast before* Easter, *was established by the Apostles in that full Growth and State we now see it, is perfectly confuted, by the Testimony of*

„ætatum, quæ id in infantia & pueritia viderunt, & ad præſentem „ætatis granditatem nutrimentis ſuis educarunt, manifeſto con„futatur„. Atque hiſce præſentem diſquiſitionem de origine & progreſſu ieiunii antepaſchalis in primis eccleſiæ ſæculis finiemus.

§. IX.

Quænam cauſſæ & rationes fuerint inſtituendi ieiunium illud antepaſchale. 1. Apoſtolorum luctus & ægritudo e magiſtri ſui amiſſu.

IAM inquirendum erit in cauſſas & rationes huius inſtitutionis. Atque heic primum omnium, ſi ad primitiuam inſtitutionem reſpicimus, ratio a TERTVLLIANO redditur, qui, vti audiuimus antea, catholicos dicere auctor eſt, quod ratio, cur apoſtoli hoc tempore ieiunarint, ſit, quia ſponſus eis ereptus fuerit. Quam ad praxin vt ſeſe conformarent veteres, generatim hoſce duos dies, per quos ſeruator in ſepulchro fuerat, exactiſſime obſeruabant, quemadmodum pluribus videbimus poſtea. *Montaniſtæ* vero, qui de ſpiritu prophetiæ ſe iactabant, ereptionem ſponſi alio ſenſu accipiebant, pro domini adſcenſione ſiue adſumtione in cælum. Et propterea vnam quadrageſimam (tres enim in anno faciebant) poſt adſcenſionem *CHRISTI* celebrabant, vt eccleſiæ, quæ vniuerſum pentecoſtes tempus feſtum habebat, ſeſe opponerent. Hoc ex HIERONYMO diſcimus, qui non tantum [s] *Montaniſtas* tres in anno quadrageſimas facere, ſed vnam quoque poſt adſcenſionem [t] celebrare adfirmat, ex noua inſpiratione ſe cognoſcere dictitantes, quod hoc tempus ſeruator intelligat, *Venient*, in-

those Ages, that ſaw its Infancy and Childhood, and helped to nurſe it up to its preſent Bulk. (Conf. ſis verſ. Germanic. p. 515. edit. Brem. MDCCV. 4to.)

(s) Hieron. epiſt. LIV. ad Marcellam. Illi tres in anno faciunt quadrageſimas, quaſi tres paſſi ſint ſaluatores.

(t) Id. commentar. in Matth. IX. (p. 13. ſin. edit. Pariſ. MDCXLII.) Sponſus, Chriſtus: ſponſa eccleſia eſt. De hoc ſancto ſpirituali connubio apoſtoli ſunt procreati: qui lugere non poſſunt, quamdiu ſponſum in thalamo vident, & ſciunt, ſponſum eſſe cum ſponſa. Quando vero tranſierint nuptiæ, & paſſionis ac reſurrectionis tempus aduenerit, tunc ſponſi filii ieiunabunt. Nonnulli putant, idcirco *poſt dies quadraginta paſſionis ieiunia debere*

qui-

quiens, *dies, quum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt.* Ita catholici & *Montaniſtæ* ſuper ratione ieiunii inter ſe conſentiebant, quamuis diuerſo tempore, ſecundum diuerſam verborum *CHRISTI* acceptionem, id celebrarent.

§. X.

2. Remiſſio chriſtianæ pietatis a priſco & primitiuo feruore ſuo.

ALIAM inſtitutæ quadrageſimæ rationem nobis reddit CASSIANVS, quando „Sciendum ſane, inquit [u], hanc obſeruantiam quadrageſimæ, quamdiu eccleſiæ illius primitiua perfectio „inuiolata permanſit, penitus non fuiſſe. Non enim præcepti „huius neceſſitate, nec quaſi legali ſanctione conſtricti, arctiſ„ſimis ieiuniorum terminis claudebantur, qui per totum anni „ſpatium æquali ieiunio concludebantur. Verum quum ab „illa apoſtolica deuotione deſciſcens, quotidie credentium „multitudo ſuis opibus incubaret, nec eos vſui cunctorum fi„delium ſecundum apoſtolorum inſtituta diuideret, ſed priua„tim impendiis ſuis conſulens, non ſeruare tantum ſed etiam „augere contenderet, *Ananiæ* & *Sapphyræ* exemplum non con„tenta ſectari, id tunc vniuerſis ſacerdotibus placuit, vt homi„nes curis ſæcularibus illigatos, & pene (vt ita dixerim) con„tinentiæ vel compunctionis ignaros, ad opus ſanctum cano„nica ieiuniorum indictione reuocarent, & velut legalium de„cimarum neceſſitate compellerent„. In eamdem ſententiam argumentatur LEO pontifex *Romanus* [w]: „Quamuis nulla ſint „tempora, quæ diuinis non ſint plena muneribus, & ſemper „nobis ad miſericordiam Dei per ipſius gratiam præſtetur ac„ceſſus: nunc tamen omnium mentes maiori ſtudio ad ſpiri„tuales profectus moueri, & ampliori fiducia oportet anima„ri, quando ad vniuerſa pietatis officia illius nos diei, in quo

committi: licet ſtatim dies pentecoſtes & ſpiritus ſanctus adueniens, indicent nobis feſtiuitatem. Et ex huius occaſione teſtimonii, Montanus, Priſca & Maximilla, etiam pentecoſten faciunt quadrageſimam: quod ablato ſponſo, filii ſponſi debent ieiunare.

(*u*) Caſſian. collat. XXI. cap. XXX.

(*w*) Leo ſerm. IV. de quadrageſima. (Bibliothec. patr. tom. VII. p. 1014.) edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

„redemti sumus, recursus inuitat: vt excellens super omnia „passionis dominicæ sacramentum, purificatis & corporibus & „animis, celebremus. Debebatur enim tantis mysteriis ita „incessabilis deuotio & continuata reuerentia, vt tales perma„neremus in conspectu Dei, quales nos in ipso paschali festo „dignum est inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorum est, „& dum carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur, dum„que per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, ne„cesse est de mundano puluere etiam gloriosa corda sordesce„re: magna diuinæ institutionis salubritate prouisum est, vt „ad reparandam mentium puritatem quadraginta nobis die„rum exercitatio moderetur, in quibus aliorum temporum „culpas & pia opera redimerent & ieiunia casta decoque„rent„.

§. XI.

3. Vt homines ad dignam sacræ eucharistiæ in festo paschali receptionem sese præpararent.

TERTIA quædam ratio erat, vt homines mentes suas ad dignam sacræ eucharistiæ in festo paschali receptionem præpararent. Quamquam enim homines initio singulis diebus dominicis eam percipere seque continuo in constanti ad sanctum hoc mysterium præparatione tenere solebant; tamen deficiente primitiuo christianismi ardore, gradatim eo deueniebant, vt potissimum in pascha, & quidam haud vllo tempore alio, ad sacrum illud epulum sumendum accederent. Istorum hominum caussa præcedentis ieiunii obseruantia valde vigebatur, vt per accommoda ac spiritualia exercitia recte præpararentur ad recipiendam in pascha communionem, qui, vt aliis temporibus eam frequentarent, adduci non poterant. Hoc est, quod ex CHRYSOSTOMO [x] antea audiuimus: *Multi quondam temere ac sine iudicio, præcipue vero hoc tempore, quo CHRISTVS ea tradidit, ad sacra mysteria accedebant. Quum igitur intelligerent patres, quantum ex temerario accessu detrimenti caperetur, conuenientes quadraginta dies ieiunii, precum, auditionis verbi Dei & conuentuum*

(x) Chrysostom. homil. III. in eos qui pascha ieiunant. Tom. V. p. 709. (p. 633. edit. Frf.) Vid. Græc. §. VI. sub litt. (a) pag. 188.

desi-

designarunt, vt in his diebus omnes per preces, per eleemosynam, per ieiunium, per vigilias, per lacrimas, per confessionem, ac per cetera omnia diligenter expurgati, ita pro captu nostro cum conscientia pura accedamus. In eumdem modum alio loco [*y*]: *Vt nihil commodi adfert decursio per multa stadia, si a præmio excidas: ita nihil nobis lucri erit ex multis laboribus & sudoribus, ieiunio insumtis, nisi cum pura conscientia sacra mensa frui possimus. Ob hoc enim ieiunium & quadragesima & tot dierum synaxes, auditiones, preces & doctrinæ susceptæ sunt, vt abstersis sceleribus per istiusmodi studium, quæ nobis hoc anno quocumque modo allita inhæserunt, cum spirituali securitate illius incruenti sacrificii participes efficeremur.* Idem dicit HIERONYMVS [z] verbis, ante adductis: *Ipse dominus verus Ionas, missus ad prædicationem mundi, ieiunat quadraginta dies: & hereditatem ieiunii nobis derelinquens, ad esum corporis sui sub hoc munere animas nostras præparat.* Atque hæc, reor, præcipua caussa fuit, quamobrem ecclesia ieiunium suum antepaschale ad quadraginta dies, occasione ita ferente, a tam paruis initiis, quæ in primo ortu suo videtur habuisse, extenderit.

§. XII.

4. *Vt catechumeni sese præpararent ad baptismum.*

PRAETER hasce generales quadragesimam obseruandi caussas, duæ specialiores rationes erant, ad duos hominum ordines in ecclesia peculiariter respicientes, ad *catechumenos* scilicet, qui ad baptismum, & ad *pœnitentes*, qui ad absolutionem recipiendam imbui debebant & præparari. Iam alibi [*] obseruatum nobis est, pascha fuisse sollemne ac statum tempus admittendi catechumenos ad baptismum, pœnitentesque post lapsum & legitimam ac sollemnem actam pœnitentiam restitu-

(*y*) Homil. XXII. de ira. Tom. I. p. 276. (p. 245. edit. Frf.) *ὥσπερ οὐδὲν ὄφελος τῶν πολλῶν διαύλων τοῖς τρέχουσιν, ἂν τῶν βραβείων ἐκπέσωσιν· οὕτως οὐδὲ ἡμῖν ἔσται τι κέρδος ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων καὶ ἱδρώτων, τῶν περὶ τὴν νηστείαν, ἐὰν μὴ μετὰ καθαροῦ συνειδότος δυνηθῶμεν τῆς ἱερᾶς ἀπολαῦσαι τραπέζης· διὰ τοῦτο νηστεία καὶ τεσσαρακοστὴ, καὶ τοσούτων ἡμερῶν σύναξις, καὶ ἀκρόασις, καὶ εὐχαὶ, καὶ διδασκαλία, ἵνα παντὶ τρόπῳ τὰ παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἡμῖν ἁμαρτήματα προστριβέντα διὰ τῆς σπουδῆς ταύτης τῶν θείων ἐνταλμάτων ἀποσμηξάμενοι, μετὰ παῤῥησίας πνευματικῆς μετάσχωμεν εὐλαβῶς τῆς ἀναιμάκτου ἐκείνης θυσίας.*

(*z*) Hieron. in Ion. c. III.

(*) Lib. XI. cap. VI. §. VII. vol. IV. p. 246. seqq.

endi in communionem ecclesiæ. Atqui sollemne ieiunium ad vtrumque hoc beneficium præparatio erat. IVSTINVS MARTYR [a] de generali quodam ieiunio totius ecclesiæ vna cum catechumenis, ad recipiendum baptismum se sistentibus, loquitur. *Quicumque*, inquit, *persuasi fuerint & crediderint vera esse, quæ a nobis traduntur & dicuntur, ac viuere se ita posse receperint, orare ieiunantes, & petere a Deo priorum peccatorum remissionem docentur, nobis cum illis vna & orantibus & ieiunantibus. Deinde eo adducuntur a nobis, vbi aqua est; atque eo regenerationis modo, quo ipsi regenerati sumus, regenerantur.* Hæc verba de publico ante baptismum ieiunio planissime testantur. Postea quando tempus baptismi ad pascha terminatum fuit, ieiunium antepaschale a catechumenis, tamquam præparationem ad baptismum suum, celebratum fuisse exploratum est. Nam CYRILLVS, antistes ecclesiæ *Hierosolymitanæ* [b], catechumenum suum instituens ita adloquitur: *Tempus præsens est tempus confessionis. Omnem humanam sollicitudinem deleas ex animo: nam in animæ cura versaris. Tot annorum circulos transegisti, mundo frustra operam nauans; & quadraginta diebus non vacabis precibus pro anima tua?* Sic iterum [c]: *Satis longum habes interuallum, quum pœnitentia dierum quadraginta tibi datur: habes magnam opportunitatem & exuendi & lauandi, ac rursus induendi, atque intrandi.* Hoc intuitu omnes baptismi candidati nomina ante baptismum dare debebant, quod CYRILLVS ὀνοματογραφίαν [d] *inscriptionem nominum* eodem loco vocat.

(a) Iustin. apol. II. p. 93. *ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσι, ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ αἰτεῖν νηστεύοντες παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς, ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστί, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται.*

(b) Cyrill. catech. I. §. V. *καιρὸς ἐξομολογήσεως ὁ παρών· -- πᾶσαν μέριμναν ἀνθρωπίνην ἐξάλειψον ἀπὸ σοῦ· περὶ ψυχῆς γὰρ τρέχεις· -- τοσούτους κύκλους ἐνιαυτῶν διῆλθες, περὶ τὸν κόσμον μάτην ἀσχολούμενος, καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας οὐ σχολάζεις τῇ προσευχῇ διὰ τὴν σεαυτοῦ ψυχήν.*

(c) Id. in præf. t. § III. *πολλή σοι ἡ προθεσμία· τεσσαράκοντα ἡμερῶν μετάνοιαν ἔχεις· ἔχεις πολλὴν εὐκαιρίαν, καὶ ἐκδύσασθαι, καὶ ἀποπλύνασθαι, καὶ ἐνδύσασθαι, καὶ εἰσελθεῖν.*

(d) Ibid. §. I. *ὀνοματογραφία τέως ὑμῖν γέγονε καὶ στρατείας κλῆσις*, *Nomina iam in Christi militiam vocati dedistis.* Ibid. §. III. *ὄνομά σου ἐνεγράφη.* *nomen tuum inscriptum est.*

Hoc

Hoc est, quod concilium *Carthaginense* innuit, quando ait [*e*]: *Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione, crebra examinatione baptismum percipiant.* Temporis quadraginta dierum non habetur heic diserta mentio, habetur autem in canone quodam SIRICII, qui de baptismo loquitur, in pascha dando [*f*] iis duntaxat, qui ante quadraginta dies nomen dederint & exorcismis quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerint expiati. Ex quibus apparet, hoc quadraginta dierum ieiunium tunc temporis peculiariter ab istis catechumenis fuisse obseruatum, qui ad baptismum in sequente festiuitate paschali sese præpararint.

§. XIII.

Et pœnitentes ad absolutionem recipiendam in festo paschali.

SIMILIS disciplina in pœnitentes obseruabatur, qui, confecto canonicæ pœnitentiæ cursu, circa festum paschale generatim absoluebantur. Vnde rationi consentaneum est credere, quod præcedens tempus quadragesimæ exactius semper ab illis obseruatum fuerit, tamquam debita præparatio ad absolutionem, quam tunc exspectarint. Non quod hoc vnum solum pœnitentiæ tempus fuerit, in primis pro grandibus & atrocibus peccatoribus: Multi enim eorum per plures annos continuos sub pœnitentia detinebantur, quemadmodum libro quodam, superiore ostendimus: Sed sollemne tempus absoluendi eos pascha erat; sicut non solum ex testimonio AMBROSII [*g*] & aliorum, quos antehac, loquentes de absolutione [*], adlegauimus, sed ex GREGORIO etiam NYSSENO [*h*] discimus, qui *Vniuersale festum creationis*, inquit, *quod in præstituto annui circuli ambitu, singulis annis in vniuerso mundo, propter eius*,

(*e*) Concil. Carth. IV. can. LXXXV.

(*f*) Siric. epist. I. ad Himerium. cap. II. Generatim baptismatis tradi conuenit sacramenta his duntaxat electis, qui ante quadraginta vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisque orationibus atque ieiuniis fuerunt expiati.

(*g*) Ambros. epist. XXXIII. ad Marcellin. sororem. Erat dies, quo dominus sese pro nobis tradidit, quo in ecclesia pœnitentialia relaxantur.

(*) Lib. XIX. cap. II. §. X. vol. VIII. p. 226. 227.

(*h*) Nyssen. epist. canon. ad Letoium. (tom. II. opp. pag. 114. edit. Paris. MDCXXXVIII.) ἡ καθολικὴ καὶ αὕτη τῆς κτίσεως ἑορτὴ κατὰ τὴν τεταγμένην

qui

qui ceciderat, resurrectionem peragitur, (casus autem est peccatum, resurrectio vero, ex peccati casu erectio) recte habuerit, si hodierno die non solum eos, qui ex regeneratione per lauacri gratiam transmutati sunt, ad Deum adducamus, sed eos etiam, qui per pœnitentiam & conuersionem a mortuis operibus ad viuentem viam adscendunt, ad spem, quæ saluos eos faciat, tamquam manu deducamus, a qua per peccatum alienati sunt. Idem innuitur in canonibus patrum *Ancyranorum* [*i*] & PETRI ALEXANDRI-

περίοδον τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου καθ' ἕκαστον ἔτος, ἐν παντὶ πληρουμένη τῷ κόσμῳ, ἐπὶ τῇ ἀναστάσει τοῦ πεπτωκότος ἐπιτελεῖται· πτῶσις δέ ἐστιν ἡ ἁμαρτία· ἀνάστασις δὲ ἡ ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνόρθωσις· καλῶς ἂν ἔχοι κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην, οὐ μόνον τοὺς ἐκ παλιγγενεσίας μεταστοιχουμένους, διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ χάριτος τῷ Θεῷ προσάγειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς διὰ τῆς μετανοίας τε καὶ ἐπιστροφῆς ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἔργων εἰς τὴν ζῶσαν ὁδὸν πάλιν ἐπανιόντας, καὶ τούτους χειραγωγεῖν πρὸς τὴν σώζουσαν ἐλπίδα, ἧς διὰ τῆς ἁμαρτίας ἀπεξενώθησαν.

(*i*) Concil. Ancyran. can. VI. Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως, καὶ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυσάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ μετανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων, ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑποπεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. Εἰ δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς ἑξαετίας· εἰ μέντοι κίνδυνος ἢ θανάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι. *De iis, qui supplicii minis & bonorum ablationis, vel exterminationis tantum cesserunt & sacrificarunt, & ad præsens vsque tempus pœnitentiam non egerunt, nec conuersi sunt; nunc autem circa tempus synodi processerunt, & conuersionis cogitationem induerunt: visum est, ad magnum vsque diem eos ad auditionem admitti, & post magnum diem tribus annis esse supplices & substerni, & post alios duos annos communicare sine oblatione, & sic ad id quod perfectum est venire, vt totum sexennium impleant: si qui autem ante hanc synodum ad pœnitentiam admissi sint, ab illo tempore eis sexennium reputari. Sed si periculum mortisque exspectatio ex morbo, vel aliqua alia occasione euenerit, ii sub definitione recipiantur.*

Petr. Alexandr. can. I. ἐπεὶ τοίνυν τέταρτον ἤδη πάσχα ἐπικατείληφε τὸν διωγμὸν, αὐτάρκως ἔχει τοῖς μὲν προσενεχθεῖσι καὶ φυλακισθεῖσι, βασάνους τε ἀνυποίστους ὑπομεμενηκόσι καὶ ἀφορήτους μάστιγας, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀνάγκας δεινὰς, ὕστερον δὲ προδεδομένοις ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· εἰ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς παρεδέχθησαν διὰ τὴν παρακολουθήσασαν μεγίστην πτῶσιν, ὅμως διὰ τὸ πολλὰ αὐτοὺς ἠθληκέναι καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντιμαχέσασθαι· οὐ γὰρ κατὰ προαίρεσιν ἐν τούτῳ ἐληλύθασιν, ἀλλὰ καταπροδοθέντες ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκός· ἐπειδὴ καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐνδείκνυνται ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν, καὶ ἤδη τινὲς τρίτον ἔτος ἔχουσι καταπενθοῦντες· προσεπιτιμηθῆναι αὐτοῖς ἀπὸ τῆς προσελεύσεως καθ' ὑπόμνησιν, ἄλλας τεσσαράκοντα

NI, nec non in epiſtolis CYPRIANI, qui omnes de paſchate loquuntur, tamquam magno illo atque ſollemni tempore admittendi pœnitentes, quemadmodum eruditus quidam eccleſiæ noſtræ præſul [*k*] cum magno iudicii acumine ex illis obſeruavit. Atque hinc concludere nobis licet, pœnitentes, aſperioribus pœnitentiæ regulis per vniuerſum annum adligatos, & nonnumquam per plures annos continuos in longo diſciplinæ curſu conſtitutos, in huius temporis obſeruatione plus operæ ac ſtudii conſumſiſſe, ſub ſpe obtinendi in eius clauſula abſolutionem. Quo illa HIERONYMI ſpectat obſeruatio, *Quadragenarius numerus*, inquientis [*l*], *conuenit peccatoribus & ieiunio, & orationi, & ſacco, & lacrimis, & perſeuerantiæ deprecandi, ob quod & Moyſes quadraginta diebus ieiunauit in monte Sina, & Helias fugiens*

ἡμέρας, ἃς καίπερ νηστεύσας ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἐπειράσθη ἀπὸ τοῦ διαβόλου· εἰς ἃς καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ περισσὸν διαγυμνασθέντες, ἐντονώτερόν τε νήψαντες, γρηγορήγκασιν εἰς προσευχὰς τοῦ λοιποῦ, καταμελετῶντες τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ κυρίου πρὸς τὸν πειράζοντα αὐτὸν, ἵνα προσκυνήσῃ αὐτῷ, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Quoniam autem quartum paſcha perſequutionem iam apprehendit, ſatis eſt iis, qui delati quidem ſunt, in cuſtodiamque coniecti, tormentaque non ſufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graues neceſſitates ſuſtinuerunt, poſtea autem ſunt a carnis imbecillitate proditi: etiamſi non ab initio ſuſcepti ſunt propter grauem lapſum conſequutum: tamen, quia multum decertarunt & diu reſtiterunt: non enim ſponte ad ea deuenerunt, ſed a carnis imbecillitate proditi: nam & ſtigmata Ieſu in ſuis corporibus oſtentant, & nonnulli anno iam tertio deflent: eis ab aduentu per reuocationem in memoriam alii quadraginta dies iniungantur, quos quum ieiunaſſet dominus & ſeruator noſter Ieſus Chriſtus, poſtquam baptizatus fuerat, tentatus eſt a diabolo: In quibus & ipſi quum valde exercitati fuerint & conſtantius ieiunauerint: deinceps in orationibus vigilabunt: meditantes quod dicitur a domino ad eum, qui illum tentat, vt ipſum adoret: Abi pone me, Satana: Scriptum eſt enim, dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies.

Cyprian. epiſt. LVI. edit. Oxon. (& Amſtelod. p. 2[illegible]1.) tot. in primis ſub finem: Quoniam ſcripſiſtis, vt cum pluribus collegis de hoc ipſo pleniſſime tractem, & res tanta exigit maius & impenſius de multorum collatione conſilium, & nunc omnes fere, inter paſchæ prima ſollemnia, apud ſe cum fratribus demorantur; quando ſollemnitati celebrandæ apud ſuos ſatisfecerint & ad me venire cœperint, tractabo cum ſingulis plenius, cetera.

(*k*) *Hooper of Lent* chap. 6. p. 93.

(*l*) Hieron. comment. in Ion. III.

Iezabel indicta fame & Dei desuper ira pendente, quadraginta dies ieiunasse describitur. Ipse quoque dominus, verus Ionas, missus ad prædicationem mundi, ieiunat quadraginta dies: & hereditatem nobis ieiunii derelinquens, ad esum corporis sui sub hoc numero nostras animas præparat.

§. XIV.

Ieiunium quadragesimale generatim ab omnibus christianis obseruatum, licet magna cum libertate, & iusta infirmitatis excusatione, vtpote magnam partem eorum arbitrio relictum.

ITA catechumenos & publicos pœnitentes videmus ieiunii quadragesimalis obseruatione, tamquam aliqua disciplinæ ac præparationis ad baptismum & absolutionem parte, valde obstrictos fuisse. Neque magnum ecclesiæ corpus hoc tempore in ieiuniis & precibus sese illis adiungere detrectabat. Patet hoc ex homilia quadam CHRYSOSTOMI [m], vbi de populi ad ieiunandum hoc quadragesimæ tempore propensione hunc in modum loquitur: „Nos quidem si toto anno clamare ac ieiunium prædicare non cessemus, nemo verbis nostris animum attendit: quod si tantum quadragesimæ tempus aduenerit, licet cohortetur nemo, licet consilium det nemo, etiam is, qui negligentissimus fuerit, excitatur, & oblatum ab ipso tempore consilium & cohortationem admittit„. Quadragesima videtur tunc proprium ieiunandi, pœnitendi ac de peccatis lugendi tempus generatim credita, vt illi, qui alias negligentes erant, hanc opportunitatem acciperent ad se reuertendi, seque deprimendi atque cum debita præparatione veniendi ad percipiendam in festo paschali communionem. Vnde CHRYSOSTOMVS statim subiungit: „Si te interroget iudæus & gentilis, qua de caussa ieiunes, ne dicas, propter pascha, neque propter crucem: sic enim ansam illi nos argu-

(m) Chrysost. homil. LII. in eos, qui pascha ieiunant, tom. V. p. 709. (p. 635. edit. Francof.) ἡμεῖς μὲν ἂν διὰ παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ μένωμεν βοῶντες καὶ κηρύττοντες νηστείαν, οὐδεὶς προσέχει τοῖς λεγομένοις· ἂν δὲ ἐπιστῇ μόνον ὁ τῆς τεσσαρακοστῆς καιρὸς, καὶ μηδενὸς παραινοῦντος, μηδὲ συμβουλεύοντος, καὶ ὁ σφόδρα νωθρότατος διανίσταται, τὴν παρὰ τοῦ καιροῦ λαμβάνων συμβουλὴν καὶ παραίνεσιν· ἂν οὖν ἐρωτᾷ σε ἰουδαῖος καὶ ἕλλην, τίνος ἕνεκεν νηστεύεις; μὴ εἴπῃς, ὅτι διὰ τὸ πάσχα, μηδὲ ὅτι διὰ τὸν σταυρὸν, ἐπεὶ πολλὴν αὐτῷ δίδως τὴν λαβήν· οὐ γὰρ διὰ

endi

„endi præberes. Neque enim ob paſcha ieiunamus, neque „ob crucem, ſed ob peccata noſtra, quoniam ad myſteria ſu„mus acceſſuri: nam alioquin paſcha non ieiunii neque luctus, „ſed gaudii & exſultationis eſt occaſio. Non ob crucem lu„gemus, abſit, ſed ob noſtra peccata; Idcirco ieiunamus„. Tunc enim hoc ieiunium magna cum libertate celebrabatur. Nam eodem loco ait: „Si quis cum pura accedat conſcientia, „paſcha celebrat, ſiue hodie, ſiue cras, ſiue alio quouis tem„pore communionis fiat particeps. Non enim ex temporum „obſeruatione, ſed ex pura conſcientia optimus iudicatur ac„ceſſus„. Hinc alio loco [n] dicit, conſuetudinem omnes habere per quadrageſimam interrogandi, quot quiſque ſeptimanas quadrageſimæ ieiunarit, & dicere hos quidem, quod duas, hos vero, quod tres, illos autem, quod omnes ieiunarint hebdomadas. „Et quod lucrum, (addit ipſe,) ſi recte factis carentes ieiunium tranſegimus? Si alius dicat, totam ieiunaui „quadrageſimam, tu dic: inimicum habebam, & conciliatus „ſum: habebam detrahendi conſuetudinem, & deſtiti: iuran„di tenebar vſu & mos improbus mihi correctus eſt. Nulla „mercatoribus vtilitas, ſi magnam maris longitudinem percur„rerint, ſed ſi cum rerum copia & mercimonio nauigauerint: „Nulla ieiunii nobis vtilitas, ſi infructuoſe ipſum & temere „prætereamus„. Aliis in locis innuit, magnam hominibus

τὸ πάσχα νηστεύομεν, ἐδὲ διὰ τὸν ϛαυρὸν, ἀλλὰ διὰ τὰ ἁμαρτήματα τὰ ἡμέτερα, ἐπειδὴ μέλλομεν μυστηρίοις προσιέναι· ἐπεὶ τόγε πάσχα ἐ νηστείας ἐϛὶν, ἐδὲ πένθες, ἀλλ᾽ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ὑπόθεσις· -- ἐ γὰρ πενθᾶμεν δι᾽ ἐκεῖνον [ϛαυρὸν], μὴ γένοιτο, ἀλλὰ διὰ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα· διὰ τᾶτο νηστεύομεν· --- ἂν μετὰ καθαρᾶ προσέλθῃ συνειδότος, πάσχα ἐπιτελεῖ, κᾂν σήμερον, κᾂν αὔριον, κᾂν ὁποτεᾶν μετάσχῃ τῆς κοινωνίας· ἐ γὰρ ἐν παρατηρήσει καιρῶν, ἀλλ᾽ ἐν συνειδότι καθαρῷ ἡ ἀρίϛη κρίνεται πρόσοδος.

(n) Chryſoſt. homil. XVI. ad popul. Antioch. tom. I. p. 211. (p. 188. edit. Francof.) ἔθος ἅπασιν ἐρωτᾷν κατὰ τὴν τεσσαρακοϛὴν, πόσας ἕκαϛος ἑβδομάδας ἐνήϛευσε, καὶ ἔϛιν ἀκᾶσαι λεγόντων, τῶν μὲν, ὅτι δύο, τῶν δὲ, ὅτι τρεῖς, τῶν δὲ, ὅτι πάσας, ἐνήϛευσαν ἑβδομάδας· καὶ τί τὸ κέρδος, ἐὰν ἔρημοι κατορθωμάτων παρέλθωμεν τὴν νηστείαν; ἐὰν ἕτερος λέγῃ, ὅτι πᾶσαν ἐνήστευσα τὴν τεσσαρακοϛὴν, σὺ εἰπὲ, ὅτι ἐχθρὸν εἶχον καὶ κατηλλάγην· ἔθος εἶχον κατηγορεῖν, καὶ ἐπαυσάμην· ἔθος εἶχον ὀμνύναι, καὶ ἔλυσα τὸ πονηρὸν ἔθος· ἐδὲν ὄφελος τοῖς ἐμπόροις, ἂν πολὺ μῆκος πελάγες παραδράμωσιν, ἀλλ᾽ ἐὰν μετὰ φορτίων πλέωσι καὶ πολλῆς τῆς ἐμπορίας· ἐδὲν ὄφελος τῆς νηστείας ἡμῖν, ἂν παρέλθωμεν αὐτὴν ἁπλῶς, εἰκῇ καὶ μάτην.

relictam fuiſſe libertatem ob ſuorum infirmitatem corporum, magnamque partem eis licuiſſe ieiunare arbitratu ſuo. „Nullus (inquit [o]) in ſolo ieiunio fiduciam habeat, qui vitiis ſine emendatione inhæſit. Fas enim eſt eum, qui non ieiunaverit, veniam conſequi, excuſata nimirum corporis imbecillitate: is vero qui non caſtigauerit delicta, impoſſibile eſt, vt vllam excuſationem inſtituat. Age, dic mihi, non ieiunaſti ob corporis infirmitatem, recte: ſed cur inimicis tuis reconciliatus non es? An heic habes, quod prætendas corporis infirmitatem? Rurſum ſi odium inuidiamque retineas, quid poſſis excuſationis allegare? Nuſquam enim in iſtiuſmodi delictis ad corporis imbecillitatem confugere licet„. Ita adhuc fuſius hanc materiam proſequens alio loco [p]: „Si ob corporis imbecillitatem non potes ieiunus diem producere, nullus, qui ſapit, propter hoc arguere te poterit. Dominum enim habemus manſuetum & benignum, & nihil ſupra vires noſtras a nobis exigentem. Neque enim abſtinentiam a cibis & inediam ſimpliciter a nobis exigit: neque hoc ipſum, vt ieiuni ſolum permaneamus: ſed vt a ſæcularibus operibus nos abdicantes, omne noſtrum otium in ſpiritualibus collocemus. Nam ſi ſobria mente vitam noſtram inſtitueremus, & quidquid otii datur, in ſpiritualia impenderemus: & cibos

(o) Chryſoſt. homil XXII. de ira. Tom. I. p. 277. (p. 245. edit. Francof.) *Μηδεὶς μόνῃ τῇ νηστείᾳ ἐπιστηριζέσθω, ἐὰν τοῖς κακοῖς ἔμεινεν ἀδιόρθωτος· τὸν μὲν γὰρ μὴ νηστεύοντα εἰκὸς καὶ συγγνώμης τυχεῖν, σώματος ἀσθένειαν προβαλλόμενον· τὸν δὲ μὴ διορθώσαντα ἑαυτοῦ τὰ πλημμελήματα, ἀμήχανον ἀπολογίας τυχεῖν· οὐκ ἐνήστευσας διὰ τὴν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν· τοῖς ἐχθροῖς σου τίνος ἕνεκεν οὐ κατηλλάγης, εἰπέ μοι; μὴ καὶ ἐνταῦθα ἀσθένειαν σώματος προβάλλεσθαι ἔχεις; πάλιν ἂν βασκανίαν καὶ φθόνον μένῃς ἔχων, ποίαν ἕξεις ἀπολογίαν, εἰπέ μοι; οὐδαμοῦ γὰρ ἐν τούτοις τοῖς ἐλαττώμασιν ἐπὶ σώματος ἀσθένειάν ἐστι καταφυγεῖν.*

(p) Chryſoſt. homil. X. in geneſ. tom. II. p. 91. (p. 80. edit. Francof.) *εἰ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν οὐ δύνασαι ἄσιτος παρατείνειν τὴν ἡμέραν, οὐδεὶς εὐφρονῶν ὑπὲρ τούτου σοι ἐγκαλέσαι δυνήσεται· δεσπότην γὰρ ἔχομεν ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον, καὶ οὐδὲν τῶν ὑπὲρ δύναμιν παρ' ἡμῶν ἐκζητοῦντα· οὐδὲ γὰρ τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων, καὶ τὴν νηστείαν ἁπλῶς ἀπαιτεῖ παρ' ὑμῶν γίνεσθαι, οὐδὲ τοῦτο, ἵνα ἄσιτοι διαμείνωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα ἀφιστῶντες ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, πᾶσαν τὴν σχολὴν ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀναλίσκωμεν· ὡς εἰ μετὰ νηφούσης διανοίας τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομοῦμεν, καὶ περὶ τὰ πνευματικὰ πᾶσαν τὴν σχολὴν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ τῇ τροφῇ οὕτω προσίωμεν, ὡς τὴν χρείαν μόνον πληροῦν, καὶ ἐν*

„ita

„ita ſumeremus, vt tantum ſatiaremur, quantum vſus exigit, „& vitam omnem in bonis operibus diſpenſaremus, iam nullo „opus eſſet ex ieiuniis adiumento. Sed quia negligens eſt hu„mana natura, & deliciis gaudet, & relaxationes quærit; id„circo, tamquam ad amorem prolis propenſus pater, clemens „dominus hanc ex ieiunio medicinam excogitauit, vt & de„licata a medio tollantur, & ſæcularium curam ad ſpiritualia „opera transferamus. Si [igitur ſunt] aliqui præſentes, quos „corporis vetat infirmitas ieiunos & impranſos permanere, eos „hortor, vt corporis infirmitatem curent & ſpirituali hac do„ctrina non ſolum non priuentur, ſed & pranſi plus exhibeant „ſtudii. Sunt enim, ſunt profecto viæ, quibus fiduciæ ad De„um ianuæ aperiri poſſunt multo maiores, quam ciborum ab„ſtinentia. Igitur qui cibum accipit & ieiunare non valet, „largiorem det eleemoſynam, feruentior ſit in precibus, ma„iorem habeat alacritatem in audiendis diuinis eloquiis, in „quibus corporis infirmitas nihil obſtare poteſt, inimicis re„concilietur, omne odium & vindictæ cupiditatem ex animo „effuget. Qui hæc fecerit, verum ieiunabit ieiunium, quod „a vobis potiſſimum expoſcit dominus. Præter hæc enim „hanc a cibis abſtinentiam fieri præcipit, vt refrænantes car„nis laſciuias, eam obedientem faciamus & ad mandata Dei

ταῖς ἀγαθαῖς πράξεσιν ἅπαντα τὸν βίον καταναλίσκειν, ἐδὲ χρεία ἡμῖν ἦν τῆς βοηθείας τῆς ἀπὸ νηςείας· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ῥάθυμός ἐςιν ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη, καὶ τῇ ἀνέσει καὶ τῇ τρυφῇ μᾶλλον ἑαυτὴν ἐπιδίδωσι, διὰ τἔτο καθάπερ πατὴρ φιλόςοργος τὴν ἀπὸ τῆς νηςείας ἡμῖν ἰατρείαν ἐπενόησεν ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης, ἵνα καὶ τὰ τῆς τρυφῆς ἡμῖν ἐκκόπτηται, καὶ τὴν περὶ τὰ βιοτικὰ φροντίδα μεταγάγωμεν ἐπὶ τὴν τῶν πνευματικῶν ἐργασίαν· ἂν τοίνυν ὦσί τινες ἐνταῦθα συνιόντων ὑπὸ ἀσθενείας σωματικῆς κωλυόμενοι, καὶ μὴ δυνάμενοι ἄσιτοι διαμένειν, τἔτοις παραινῶ καὶ τὴν ἀσθένειαν τὴν σωματικὴν παραμυθεῖσθαι, καὶ τῆς διδασκαλίας ταύτης τῆς πνευματικῆς μὴ ἀποςερεῖν ἑαυτἔς, ἀλλὰ ταύτῃ μᾶλλον πλείονα τὴν σπεδὴν ἐπιδείκνυσθαι· εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν ὁδοὶ πολλῷ μείζες τῆς ἀποχῆς τῶν βρωμάτων, αἱ δυνάμεναι τὰς θύρας ἡμῖν ἀνοίγειν τῆς παῤῥησίας τῆς πρὸς τὸν θεόν· ὁ τροφῆς τοίνυν μεταλαμβάνων, καὶ νηςεύειν μὴ δυνάμενος, δαψιλεςέραν τὴν ἐλεημοσύνην ἐπιδεικνύσθω, εὐχὰς ἐκτενεῖς, τὴν προθυμίαν ἐπιτεταμένην ἐχέτω περὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων λογίων· ἐνταῦθα ἐδὲν ἡ τἕ σώματος ἀσθένεια ἐμπόδιον ἡμῖν γίνεται· τοῖς ἐχθροῖς καταλλαττέσθω, πᾶσαν μνησικακίαν ἐξοριζέτω τῆς ἑαυτἕ ψυχῆς· ἂν ταῦτα κατορθἕν βέληται, τὴν ἀληθῆ νηςείαν ἐπιδειξάτω, καὶ ἣν μάλιςα πάντων ἀπαιτεῖ παρ᾽ ἡμῶν ὁ δεσπότης· ἐπεὶ καὶ ταύτην τὴν ἀποχὴν τῶν βρωμάτων διὰ τἔτο κελεύει γίνεσθαι, ἵνα χαλινἕντες τὰ σκιρτήματα τῆς σαρκὸς, εὐήνιον

„implenda ſequacem. Quod ſi ob infirmitatem corporis ſub„ſidium hoc, quod ieiunium præſtat nobis, adhibere nolumus, „& deſidiæ deditiores ſumus, maxima nobis ipſis damna ad„ferimus. Nam ſi ieiunium, abſentibus aliis prædictis operi„bus, nihil nobis prodeſt, multo magis, ſi, quum ieiunii phar„maco vti non poſſimus, grauiore negligentia fuerimus præ„pediti. Proinde ſcientes hæc oramus vos, qui ieiunare va„letis, vt ipſi quantumcumque poſſibile, bonam & laudatam „hanc veſtram intendatis & augeatis promtitudinem. *Quanto „enim externus noſter homo corrumpitur, tanto internus renouatur.* Ie„iunium enim corpus comprimit, & laſciuias inordinatas re„frænat, animam autem clariorem efficit, & ſublimem & leuem „facit. Fratres quoque veſtros, quotquot ob corporis vale„tudinem ieiunare nequeunt, exhortemini, ne propterea ſpi„ritualem hanc menſam relinquant: & ad illos referte, quæ a „nobis didiceritis, indicantes, quod mediocriter pranſus non „indignus ſit hoc auditorio, ſed deſes & diſſolutus. Et dicite „eis apoſtolicum hoc dictum: *Et qui manducat, domino mandu„cat: & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit „Deo.* Igitur qui ieiunat, gratias agit domino; qui vires ei tri„buit ad ferendos ieiunii labores: Et qui manducat, iterum

αὐτὴν ἐργαζώμεθα πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσιν· εἰ δὲ μέλλοιμεν μηδὲ τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας βοήθειαν ἑαυτοῖς προσάγειν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν, καὶ πλείονα τὴν ῥαθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι, λανθάνομεν ἑαυτοὺς τὰ μέγιστα ζημιούμενοι· εἰ γὰρ μετὰ νηστείας ἡ τῶν προειρημένων κατορθωμάτων ἔλλειψις οὐδὲν ἡμᾶς ὀνίνησι, πολλῷ μᾶλλον εἰ μηδὲ τῷ φαρμάκῳ τῆς νηστείας χρῆσθαι δυνάμενοι, πλείονα τὴν ῥαθυμίαν ἐπιδειξόμεθα· ταῦτα δὴ μαθόντες παρ᾽ ἡμῶν, παρακαλῶ, οἱ νηστεύειν δυνάμενοι, αὐτοί τε καθ᾽ ὅσον οἷόν τε ἐπιτείνετε ὑμῶν τὴν καλὴν ταύτην καὶ ἐπαινετὴν προθυμίαν, „ὅσῳ γὰρ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ „ἔσω ἀνακαινοῦται." ἡ γὰρ νηστεία τὸ μὲν σῶμα καταστέλλει, καὶ χαλινοῖ τὰ ἄτακτα σκιρτήματα, τὴν δὲ ψυχὴν διαυγεστέραν ἐργάζεται καὶ πτεροῖ, καὶ μετάρσιον καὶ κούφην ποιεῖ· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς δὲ τοὺς ὑμετέρους, ὅσοι διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν νηστεύειν οὐ δύνανται, προτρέπεσθε, μὴ ἀπολιμπάνεσθαι τῆς πνευματικῆς ταύτης τροφῆς, διδάσκοντες αὐτοὺς, καὶ τὰ παρ᾽ ἡμῶν αὐτοῖς διαπορθμεύοντες, καὶ δεικνῦντες, ὅτι ὁ φαγὼν καὶ πιὼν μετρίως οὐκ ἀνάξιός ἐστι ταύτης τῆς ἀκροάσεως, ἀλλ᾽ ὁ ῥάθυμος καὶ διακεχυμένος· καὶ λέγετε πρὸς αὐτοὺς τὸ ἀποστολικὸν λόγιον, „ὅτι καὶ ὁ ἐσθίων, κυρίῳ ἐσθίει, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐ„χαριστεῖ τῷ θεῷ„· καὶ ὁ νηστεύων τοίνυν εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, ὅτι δύναμιν ἔσχε δυ-

„gra-

„gratias agit Deo, quia nihil ipſum offendere poteſt, quo mi„nus animæ ſalutem agat, modo velit„. Hæc loca fuſius ex CHRYSOSTOMO recitaui, vt oſtenderem, quam ille notionem habuerit de incumbente hominibus officio obſeruandi quadrageſimale ieiunium. Si homines firma eſſent valetudine poſſentque illud ſuſtinere, regula & conſuetudo eccleſiæ propoſita illis erat ad illud obſeruandum, & generatim id faciebant ſine vlla iterata admonitione: Sin autem ad iſtam regulam & conſuetudinem ſeſe non conformarent; hæc eos ieiunii intermiſſio non arcebat ab vſu euchariſtiæ in feſtiuitate paſchali, nec vlli cenſuræ eccleſiaſticæ ſubiiciebat, veluti qui magno quodam crimine adſtricti eſſent. Ab altera parte, ſi corporis infirmitatem adlegarent, ea ſemper tamquam idonea excuſatio acceptabatur, dummodo aliis bonis operibus, ſe ex animo non ficte aut ſimulate in negotio religionis agere, declararent.

NONNVLLA huius libertatis, qua obſeruatio quadrageſimæ hominum arbitrio permiſſa fuit, veſtigia a viris doctis in diuerſis aliis vetuſtis ſcriptoribus deſcribuntur. GEORGIVS HOOPERVS [q] e TERTVLLIANO [r] obſeruat, quod, exceptis duobus diebus paſcha proxime antecedentibus, catholici ipſius ætate nullos dies ieiuni tranſegerint, niſi ex arbitrio, & quod ieiunium maximam partem priuatum fuerit, nec vlla publica actione celebratum. Et IEREMIAS TAYLORIVS [ſ] idem adſerit, non ſolum e TERTVLLIANO, verum ex SOCRA-

νεμένην ἀντισχεῖν πρὸς τὸν πόνον τῆς νηστείας· καὶ ὁ ἐσθίων πάλιν εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ, ὅτι οὐδὲν αὐτὸν τοῦτο λυμήνασθαι δύναται πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν, ἐὰν θέλῃ.

(q) Hoopers *diſc. of* Lent. p. 64.

(r) Tertull. de ieiun. c. II. Certe in euangelio illos dies ieiuniis determinatos putant, (phyſici h. e. catholici) in quibus ablatus eſt ſponſus: & hos eſſe iam ſolos legitimos ieiuniorum chriſtianorum, abolitis legalibus & propheticis vetuſtatibus. Cap. XIII. Ecce conuenio vos & præter paſcha ieiunantes, citra illos dies, quibus, ablatus eſt ſponſus & ſtationum ſemiieiunia interponentes & vos interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt: denique reſpondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio.

(ſ) Taylor. duct. dub. lib. III. c. IV. p. 629. In edit. Germanic. p. 508. 509. vbi verba ſic habent: *Die vierzigtägige oder groſſe faſten iſt keine apoſtoliſche tradition oder regel. Dieſes erſcheinet erſtlich daher, daß wir in der an-*

TE etiam, PRVDENTIO, VICTORE ANTIOCHENO, PROSPERO & AVGVSTINO: ieiunia enim ecclesiæ arbitraria di-

tiquitæt ist finden, daß die fasten der kirche in ihrem belieben una willkühr gestanden, ohne alle nothwendigkeit und befehl von einiger auctoritæt. Welches auch SOCRATES (lib. V. cap. XXII.) *in acht genommen, da er vom vierzigtägigen fasten redet.* Quoniam nemo scriptum de hac re præceptum proferre potest, apparet, apostolos arbitrio cuiusque ac voluntati id permisisse, vt vnusquisque quod bonum est sua sponte, non metu ac necessitate perageret. Sic abstinere, vel ieiunare debetur *sagt* PROSPER (de vita contempl. lib. II. c. XXIV.) vt non nos ieiunandi vel abstinendi necessitati subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. *Doch wir finden hiervon ältere nachricht. Denn wenn* Tertullianus *alles, was er nur kan, zusammen suchet, um die fasten des* Montani, *oder die neue fasten, welche er um guter zucht willen wünschete, iederzeit von der kirchen in acht genommen zu seyn, zu rechtfertigen, so gründet er sich auf den gebrauch der catholischen, des* Montani *begehren zu bekräftigen, sagende, daß die catholischen bischöffe fasten anordneten,* bisweilen, & ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticæ caussa (lib. de ieiun. c. XIII.) *wenn etwa einiges anliegen der kirche dazu gelegenheit gegeben, das ist, solche fasten, die nur eine gewisse zeit gewæhret, oder feyertage wegen sonderbahr sich hervor thuender zufælle. Er setzet auch hinzu, daß sie die osterliche fasten zwey tage vor dem osterfeste gehalten, in welchen der bræutigam von ihnen genommen worden. Und in diesen tagen aßen sie bisweilen nur brod und wasser,* vt cuique videbatur, & hæc ex arbitrio agentes, & non ex imperio; *denn so redeten und glæubten auch die catholischen,* sic & obseruasse apostolos, nullum aliud imponentes iugum certorum & commune omnibus obeundorum ieiuniorum (cap. II.) *daß die apostel eben so gefastet, als ein ieder christ sonsten thut und zu thun schuldig ist,* ex arbitrio, pro temporibus & caussis vniuscuiusque. *Sie legten aber sonst kein ander joch einer gewissen und stets in acht nehmenden fasten auf.*

Laxus ac liber modus abstinendi
Ponitur cunctis: neque nos seuerus
Terror impellit: sua quemque cogit
Velle potestas.
Sufficit quicquid facies, vocato
Numinis nutu prius, inchoare,
Siue tu mensam renuas, cibumque
Sumere tentes.

So sagt Prudentius (Cathemer. hymn. VIII.) *und bekræftiget es ausdrücklich, daß zu derselben zeit keine gesetze von geordneten oder jæhrlichen fasten vorhanden gewesen. Denn eben dieses setzet* Victor Antiochenus (in Marc. cap. II.) *zum unterscheid zwischen dem alten und neuen testament; immaßen die glæubigen selbiger zeit von Gott verordnete fasttage hatten,* quæ proinde modis omnibus explere obligabantur, etiamsi alias noluissent.

cit

cit fuisse & electa, sine vlla necessitate & sine vllius auctoritatis præcepto. Intelligit non solum præceptum apostolicæ siue diuinæ auctoritatis, quo ecclesiæ generatim imposita sint ieiunia, sed etiam præceptum ecclesiæ, quo membris suis ea iniunxerit, tamquam ex aliqua necessitate obseruanda. Et ita quidem de tribus vel quatuor prioribus ecclesiæ sæculis res se habet, de sequentibus autem id magis dubium est. Nam in concilio *Aurelianensi* quarto [t] canonem inuenimus ita decernentem: *Vt quadragesima ab omnibus ecclesiis teneatur; neque per sabbata absque infirmitate quisquam soluat quadragesimæ ieiunium, nisi tantum die dominico prandeat; quia sic fieri specialiter patrum statuta sanxerunt. Si quis hanc regulam irruperit, tamquam transgressor disciplinæ a sacerdotibus censeatur.* Et e sic dictis *canonibus apostolicis* [u] quidam ita statuit: *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, sanctam quadragesimam non ieiunat, vel feriam quartam, vel parasceuen, deponatur; præterquam si per imbecillitatem corporalem impediatur; sin vero laicus sit, segregetur.* Verum hic ca-

Unter dem evangelio aber fasten wir vielmehr aus liebe zur tugend und aus freyem willen, als aus zwang einiges gesetzes. Denn St. Augustinus (epist. LXVIII. ad Cassianum) *sagt*, quibus diebus ieiunandum sit, nullo apostolorum præcepto definitum reperiri.

(t) Concil. Aurel. IV. ann. DXLI. can. II.

(u) Can. apostol. LXIX. *Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευήν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ᾖ, ἀφοριζέσθω.*

Vid. concil. Tolet. VIII. c. IX. Nouæ intentionis admonitu detecta est ingluuies horrenda voracium, quæ, dum freno parsimoniæ non adstringitur, religioni contraire censetur. Nam dicente scriptura: *Qui spernit minima, paullatim decidet in maxima:* illi tantæ edacitatis improbitate grassantur, vt cælestia & pene summa contemnere videantur. Etenim quum quadragesimæ dies anni totius decimæ deputentur, quæ in oblatione ieiunii domino consecrantur, quibus etiam saluberrime conditio humani generis expiatur, dum a quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur; quatuor elementis formatus, propter transgressionem decalogi quater decies conuenienter adfligitur: illi ausu temerario hæc omnia contemnentes, voracitatis ingluuiem non frænant, & (quod peius est) paschalia festa illicitorum esuum perceptione profanant. Quibus ex hoc adeo acerrime interdicitur, vt quisquis absque ineuitabili necessitate, atque fragilitatis euidenti languore, seu etiam ætatis impossibilitate, die-

non ex iis eſt, qui recentioris originis eſſe noſcuntur, adeoque vetuſtæ regulæ eccleſiæ eum conformem eſſe, non poſſumus concludere.

§. XV.

Quemadmodum Montaniſtæ *ab eccleſia in imponendis ieiuniis diſcreparint.*

Ex his facile erit rationem reddere differentiæ, quæ inter orthodoxos & *Montaniſtas* circa imponenda ieiunia interceſſit. *Montanus* ab iſtius æui ſcriptoribus damnatur, quod novam legem de ieiuniis fecerit. In fragmento APOLLONII apud EVSEBIVM [x] dicitur *ὁ νηστείας νομοθετήσας, is qui ieiuniorum leges impoſuit.* Quod nonnulli eo accipiunt, quaſi ille primus fuerit, qui de ieiuniis certam regulam ſiue legem præſcripſerit. Quod eſſe non poteſt. Nam vt antea vidimus, eccleſia quoque, ſe regulam de ieiunio duorum ante paſcha dierum ſibi traditam habere, credidit. Et TERTVLLIANVS ad defendendum *Montanum* dicit catholicis, (quod nec ipſi negabant,) epiſcopos ipſorum vniuerſæ plebi ieiunia mandare aſſolere [y] ex aliqua ſollicitudinis eccleſiaſticæ cauſſa. Quamobrem de eo non poteſt tunc fuiſſe controuerſia; Num ieiunia per legem imponi poſſent: Sed *Montaniſtæ*, præter ieiunium antepaſchale, a catholicis obſeruatum, alia adhuc ieiunia de prouidentia ſpiritus per miniſterium & reuelationem diuinæ voluntatis *Montano* factam, eſſe impoſita dictitabant. *Mon-*

bus quadrageſimæ eſum carnium præſumſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis dominicæ, verum etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi vero, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſſitas arctat, non ante prohibita violare præſumant, quam a ſacerdote permiſſum accipiant.

(x) Euſeb. lib. V. c. XVIII. *οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων· ὁ νηστείας νομοθετήσας, Hic eſt, qui nuptiarum diſſidia docuit, qui ieiuniorum leges impoſuit.*

(y) Tertull. de ieiuniis cap. XIII. Bene autem, quod & epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent, non dico de induſtria ſtipium conferendarum, vt veſtræ capturæ eſt, ſed interdum & ex aliqua ſollicitudinis eccleſiaſticæ cauſſa.

tani-

tanistæ enim tres in anno [z] quadragesimas, & vnamquamque earum duabus hebdomadibus celebrabant; idque in cibis aridis cum perfecta carnium abstinentia; & hasce quidem vt necessario obseruandas, tamquam a spiritu iniunctas per nouam reuelationem *Montani* factam, quam scriptis apostolorum præferebant, & leges istas in perpetuum obseruandas esse dictitabant. Quæ ratio est, cur *Montanistæ* tempore SOZOMENI antepaschale ieiunium suum duabus tantum hebdomadibus adstringerent, quum catholici contra multo diutius ieiunarent. Nam, vt vir quidam doctus [a] obseruat, isti magni ieiunatores ab his ieiunii seueritate sese vinci vix passuri erant, nisi duæ istæ hebdomades spatium fuissent, per prophetam suum ipsis determinatum, & nisi ipsi omnia instituta illius exacte obseruare debuissent. Hæc tunc magna illa controuersia erat inter catholicos & *Montanistas*, Num *SPIRITVS* hæc ieiunia iniunxisset? Quod *Montanistæ* adserebant, negabant autem catholici. Hinc licet ecclesia ieiunium suum a duobus diebus ad quadraginta protraheret, tamen id faciebat adhuc magna cum libertate, cuilibet ecclesiæ particulari reseruata; & quælibet ecclesia particularis magna ex parte omnibus ciuibus suis concedebat, vt pro sua quisque prudentia christiana de viribus suis hac in re iudicaret ipse; adhortans quidem homines ad ieiunandum, sed nullis seuere imponens plus quam ferre vel poterant vel volebant, nec exigens illud sub pœna censuræ ecclesiasticæ.

§. XVI.

Quadragesimale ieiunium cum perfecta inedia singulis diebus ad vesperam vsque obseruatum.

(z) Hieron. epist. LIV. ad Marcellam. Nos vnam quadragesimam -- ieiunamus, illi tres in anno faciunt quadragesimas.
Id. commentar. in Hagg. c. I. (p. 225. edit. Paris. MDCXLIII.) Qui tribus quadragesimis per annum ieiunantes, & ξηροφαγίαις humiliantes animam suam &c.
Tertull. de ieiun. c. XV. Quantula est apud nos interdictio ciborum, duas in anno hebdomadas xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet sabbatis & dominicis, offerimus Deo, abstinentes ab eis, quæ non reiicimus, sed differimus.

(a) Hooper *of* Lent p. 65.

RATIO obseruandi ieiunium quadragesimale inter eos, qui ad illud obseruandum pie ferebantur, in eo consistebat, vt ab omni omnino cibo ad vesperam vsque abstinerent. Antiquis enim temporibus ciborum commutatio non credebatur esse ieiunium; sed hoc cum perfecta abstinentia ab omnibus corporis alimentis per integrum diem ad vesperam vsque celebrabatur. Atque in hoc ieiunium quadragesimale a semiieiuniis dierum stationariorum discrepabat, quemadmodum videbimus postea. AMBROSIVS de ieiunio antepaschali loquens, *Quadragesima*, inquit [*b*], *totis, præter sabbatum & dominicam, ieiunatur diebus*. Et alio loco, homines adhortans, vt quadragesimale obseruent ieiunium, ait [*c*]: *Differ* (epulas) *aliquantulum, non longe finis est diei.* CHRYSOSTOMVS frequenter de eadem loquitur circumstantia in sermonibus, tempore quadragesimæ habitis. *Mentem ita instituamus*, inquit [*d*], *vt ne quid nociuum promat: & si forte aliquid tale forinsecus inferatur, id statim vt superfluum & damnosum amoueamus; & si intrinsecus nascitur, statim pia cogitatione id effugemus, & ne existimemus, inediam vsque ad vesperam ad salutem nobis sufficere.* Et alibi [*e*]: *Quæ vtilitas ieiunii, dic obsecro, si toto die nihil comedis, ludis autem & nugaris, sæpe etiam peieras & blasphemas, & ita totum perdis diem?* Et rursus [*f*]: *Omnis nostra cura sit in animarum salute, & quomodo poterimus lasciuias carnis refrænare, vt verum probemus ieiunium. Ieiunium autem dico abstinentiam a vitiis. Etenim abstinentia a cibis propter hoc recepta est,*

(*b*) Ambros. de Elia & ieiunio c. X.

(*c*) Id. serm. VIII. in psalm. CXVIII. (tom. II. p. 945. I. edit. Paris. MDCXLII.)

(*d*) Chrysostom. homil. IV. in genes. tom. II. p. 37. (p. 32. edit. Francof.) *τὴν δὲ διάνοιαν παιδεύωμεν μηδὲν προΐεσθαι τῶν βλαβερῶν· ἀλλὰ κἂν ἔξωθέν τι ἐπεισφέρηται τοιοῦτο, ταῦτα ὡς περιττὰ καὶ βλάπτειν δυνάμενα ἀποσείεσθαι, κἂν ἔνδοθεν τίκτηται, ταχέως αὐτὰ φυγαδεύειν τῷ εὐσεβεῖ λογισμῷ, καὶ μὴ νομίζωμεν τὴν ἀσιτίαν μόνον τὴν μέχρι τῆς ἑσπέρας ἀρκεῖν ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν.*

(*e*) Homil. VI. in genesin p. 60. (p. 52. edit. Frf.) *τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, τῆς νηστείας, ὅταν ἄσιτος μὲν διημερεύῃς, κύβοις δὲ ἑαυτὸν ἐκδιδῷς, καὶ φλυαρίαις ἀνοήτοις, πολλάκις δὲ ἐπιορκίαις καὶ βλασφημίαις πᾶσαν ἀναλώσῃς τὴν ἡμέραν;*

(*f*) Homil. VIII. in genes. p. 79. (p. 69. edit. Francof.) *πᾶσα ἡμῶν ἡ φροντὶς ἔστω περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν σωτηρίας, καὶ ὅπως δυνηθείημεν τὰ σκιρτήματα τῆς σαρκὸς χαλινώσαντες τὴν ἀληθινὴν νηστείαν ἐπιδείξασθαι, λέγω δὴ τὴν τῶν κακῶν ἀποχήν· τοῦτο γὰρ νηστεία· καὶ γὰρ ἡ βρωμάτων ἀποχὴ διὰ τοῦτο παρείληπται, ἵνα*

vt

vt vigorem carnis refrænet, & equum moderanti facile parere faciat. Ieiunantem ante omnia oportet iram refrænare, mansuetudinem & lenitatem addiscere, habere cor contritum, absurdas concupiscentias repellere, ante oculos continuo proponendo oculum æterni iudicis & tribunal illud incorruptum; pecuniis superiorem esse & illis dominari: liberalem esse in danda eleemosyna, nullum malum aduersus proximum in cor admittere. Hoc verum ieiunium est. Hoc nobis curæ sit & non vt plerique existimemus, definiri in hoc ieiunium, vt ad vesperam vsque impransi maneamus. Non hoc est, quod quæritur, sed vt cum ciborum abstinentia & a ceteris abstineatur, quæ nocere possunt, & spiritualibus magis vacetur. Idem illud ipse BELLARMINVS [*g*] ex BASILIO [*h*] aliisque vetustis scriptoribus ostendit, qui semper de quadragesimali ieiunio loquuntur, tamquam perfecta abstinentia ab omni cibo ad vesperam vsque. Et dignum omnino notatu est, quod ex MICROLOGO, GRATIANO & BERNARDO adlegat, quod hæc consuetudo ad duodecimum vsque sæculum in ipsa ecclesia *Romanensi* durarit.

§. XVII.

Esculentorum commutatio non congruens quadragesimæ ieiunium credita, sine perfecta abstinentia vsque ad vesperam.

VNDE facilis ratio est concludendi, quod quadragesimalis ieiunii obseruatio, quæ per esculentorum commutationem fieri venditatur, piscibus videlicet, vel adhuc delicatioribus ci-

τὸν τόνον τῆς σαρκὸς χαλινώσῃ, καὶ εὐήνιον ἡμῶν τὸν ἵππον ἐργάσηται· τὸν νηστεύοντα μάλιστα πάντων προσήκει τὸν θυμὸν χαλινᾶν, πραότητα πεπαιδεῦσθαι, καὶ ἐπιείκειαν, συντετριμμένην ἔχειν τὴν καρδίαν, τῶν ἐπιθυμιῶν ἀτόπων ἐξορίζειν τὰς ἐνθυμήσεις, πρὸ ὀφθαλμῶν λαμβάνοντα τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ κριτήριον τὸ ἀδέκαστον, χρημάτων κρείττονα γίνεσθαι, περὶ τὴν ἐλεημοσύνην πολλὴν τὴν δαψίλειαν ἐπιδείκνυσθαι, πᾶσαν κακίαν τὴν περὶ τὸν πλησίον ἐκ τῆς ψυχῆς ἀπελαύνειν· αὕτη ἀληθὴς ἡ νηστεία· --- ταύτην ἀσκήσωμεν, καὶ μὴ ἁπλῶς κατὰ τοὺς πολλοὺς νομίζωμεν, ἐν τούτῳ τὰ τῆς νηστείας ἡμῖν περιορίζεσθαι, ἐὰν μέχρι τῆς ἑσπέρας ἄσιτοι διαμείνωμεν· οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον, ἀλλ' ἵνα μετὰ τῆς τῶν βρωμάτων ἀποχῆς καὶ τὴν ἀποχὴν τῶν βλαπτόντων ἐπιδειξώμεθα, καὶ περὶ τὴν τῶν πνευματικῶν ἐργασίαν πολλὴν σπουδὴν ποιησώμεθα.

(*g*) Bellarmin tom. IV. de bonis oper. lib. II. c. II. Sanctus Basilius oratione prima de ieiunio, de quadragesima loquens: *Exspectas*, inquit, *vesperam, vt cibum capias, sed diem totum absumis apud tribunalia* &c.

(*h*) Basil. homil. I. de ieiun. tom. I. opp. 284. fin. τὴν ἑσπέραν ἀναμένεις εἰς μετάληψιν; ἀλλὰ διαπαντὸς τὴν ἡμέραν εἰς δικαστήρια.

bis in carnium locum substitutis, vinisque & aliis suauibus potionibus adhibitis, non nisi merum ludibrium sit & nouatio, penitus incognita veteribus, quorum quadragesimale ieiunium perfecta & exacta erat abstinentia ab omni cibo ad vesperam vsque. Eorum refectus erat cœna tantum, non vllius generis prandium: Atque tum indifferens erat, vtrum caro esset vel aliud quoddam alimentum, dummodo sobrie & moderate, vt recreationi a ieiunio conueniebat, sumeretur. Generatim quidem a carnibus, vino, piscibus aliisque cibis lautioribus vniuersis abstinebant hoc tempore: Nondum vero istiusmodi vniuersalis regula & consuetudo hac in re obtinebat, vt, quum homines toto die ieiunassent, moderata cœna, ex carnibus aliisque esculentis indiscriminatim instructa, se reficere prohiberentur. Hoc ex iis liquet, quæ de diuersa ieiunandi in quadragesima ratione memoriæ prodidit SOCRATES. *Alii*, inquit [*i*], *ab animatis penitus abstinent; alii ex animantibus pisces solos comedunt. Nonnulli cum piscibus etiam auibus vescuntur; ex aquis, vt est apud Moysen, eos quoque conditos esse adfirmantes. Quidam ab omni arborum fructu & ouis abstinent. Quidam solo vescuntur pane; alii ne hoc quidem vtuntur. Nonnulli vsque ad horam nonam ieiunantes, quouis post hac ciborum genere vtuntur, sine discrimine.* Neque vero ipsi summi nominis ascetici carnem in quadragesima, si qua id requireret necessitas, edere dubitabant. Notabilem hanc in rem de *Spyridone*, *Trimythuntis* in *Cypro* episcopo, narrat SOZOMENVS [*k*]: „Instante quadragesima, inquit, quidam „ex itinere ad eum accessit, iis ipsis diebus, quibus ille vna „cum domesticis solebat continuare ieiunia, ac certo die com„edere, reliquos dies absque vllo traducens cibo. Quum au„tem *Spyridon* peregrinum admodum fessum videret, Age, in„quit, filia: Laua hominis pedes, eique cibum appone. Quum „virgo respondisset, nec panem domi esse, nec farinam: super„

(*i*) Socrat. lib. V. c. XXII. Vid. Græc. ad §. III. sub litt. (q) pag. 183.

(*k*) Sozomen. lib. I. c. XI. *ἤδη τῆς τεσσαρακοστῆς ἐνστάσης, ἧκέ τις πρὸς αὐτὸν ἐξ ὁδοιπορίας, ἐν αἷς εἰώθει μετὰ τῶν οἰκείων ἐπισυνάπτειν τὴν νηστείαν, καὶ εἰς ῥητὴν ἡμέραν γεύεσθαι, ἄσιτος τὰς ἐν μέσῳ διαμένων· ἰδὼν δὲ τὸν ξένον μάλα κεκμηκότα, ἄγε δή, πρὸς τὴν θυγατέρα ἔφη, ὅπως τοῦ ἀνδρὸς τοὺς πόδας νίψῃς, καὶ φαγεῖν αὐτῷ παράθες· εἰπούσης δὲ τῆς παρθένου, μήτε ἄρτον εἶναι, μήτε ἄλφιτα·*

„Va-

„vacuum enim esse harum rerum apparatum propter ieiuni-„um: *Spyridon*, præmissa oratione & petita venia, præcepit fi-„liæ, vt suillas carnes, quas sale conditas habebat, coqueret. „Quibus coctis, hospitem vna secum sedere iussit, & appositis „carnibus cum ipso comedit, tum hominem hortatus est, vt „comederet. Quumque ille detrectaret, ac se christianum „esse diceret; Eo minus, inquit, detrectandum est. Omnia „enim munda esse mundis sermo diuinus edocuit„. Similem historiam de *Alcibiade* quodam martyre EVSEBIVS [*l*] narrat: „*Alcibiades* quidam, inquit, vnus ex illorum martyrum numero „durum & squalidum viuendi genus sectabatur; nullumquo o-„mnino cibum admittens, solo pane & aqua vesci consueue-„rat. Quumque in carcere positus, eamdem viuendi ratio-„nem vellet retinere, *Attalo* post primum, quod in amphithea-„tro confecerat, certamen, reuelatum est, non recte neque „ordine facere *Alcibiadem*, qui & creaturis Dei minime vtere-„tur, & aliis exemplum scandali fieret. Paruit itaque *Alcibia-„des*, & cunctis deinceps cibis promiscue vti cœpit, gratias a-„gens Deo„. Ex his apparet, quod carnem edere vel non e-dere res indifferens eis fuerit omnibus temporibus; & quod carne vesci non dubitarint in ipsa quadragesima, si qua id ne-cessitas exigeret, sine vlla regularum circa ieiunandum fraude ac detrimento. Res autem, quam potissimum præcautam vo-lebat, luxuria erat & cuticulam curandi studium, sub obten-tu ieiunii. Vehementer in eiusmodi falsos ieiunatores in ser-

περιτὴ γὰρ ἡ τούτων παρασκευὴ διὰ τὴν νηστείαν· δεξάμενος πρότερον καὶ συγγνώμην αἰτήσας, ἐπέλευσε τῇ θυγατρὶ, κρέα ὕεια ἅπερ ἔτυχε τῇ οἰκίᾳ τεταριχευμένα ἑψεῖν· ἐπεὶ δὲ ἥψητο, καθίσας ἅμα αὐτῷ τὸν ξένον, παρατεθέντων τῶν κρεῶν ἤσθιε, καὶ τὸν ἄνδρα παρεκάλει, αὐτὸν μιμεῖσθαι· παραιτούμενον δὲ, καὶ λέγοντα χριστιανὸν ἑαυτὸν, ταύτῃ μᾶλλον, ἔφη, οὐ παραιτητέον· πάντα γὰρ καθαρὰ τοῖς καθαροῖς ὁ θεῖος ἀπεφήνατο λόγος.

(*l*) Euseb. lib. V. c. III. Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος· πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ηὐχαρίστει τῷ θεῷ.

mone

mone quodam inuehitur AVGVSTINVS [m]: „Sunt, inquiens, „quidam obſeruatores quadrageſimæ delicioſi potius quam re„ligioſi, exquirentes nouas ſuauitates magis quam veteres con„cupiſcentias caſtigantes; qui copioſis pretioſiſque apparati„bus fructuum diuerſorum, quorumlibet obſoniorum varieta„tes & ſapores ſuperare contendunt: vaſa, in quibus coctæ „ſunt carnes, tamquam immunda formidant, & in ſua carne „ventris & gutturis luxuriam non formidant: ieiunant, non „vt ſolitam temperando minuant edacitatem, ſed vt immode„ratam differendo augeant auiditatem. Nam vbi tempus re„ficiendi aduenerit, opimis menſis, tamquam pecora præſepi„bus, irruunt, numeroſioribus ferculis corda obruunt, ven„treſque diſtendunt, artificioſis & peregrinis condimentorum „diuerſitatibus gulam, ne vel copia compeſcatur, irritant. De„nique tantum capiunt manducando, quantum digerere non „ſufficiant ieiunando. Sunt etiam, qui vinum ita non bibunt, „vt aliorum expreſſione pomorum alios ſibi liquores, non ſa„lutis cauſſa, ſed iucunditatis, exquirant: tamquam non ſit „quadrageſima piæ humilitatis obſeruatio, ſed nouæ volupta„tis occaſio„. Ciborum mutationem non exiſtimabant verum eſſe ieiunium, ſi qui diei abſtinentiam, conuiuio veſpertino immoderatius indulgendo, profunderent. Multo minus ieiunium interpretabantur, ſi qui cupedias pranderent, a ſolis carnibus ſe abſtinentes, nec tempus edendi ad veſperam differentes; ſed toto die ab omnis generis eſculentis abſtinebant, atque tunc ſimplice ac plana cœna, die iam in veſperam inclinato, ſe reficiebant, de genere ciborum ſuorum, quoad eis temperanter & moderate vterentur, minus ſcrupuloſe ambigentes.

§. XVIII.

Quæ per prandium lucrati erant, ea non in cœnam opiparam, ſed in vſus inopum conferebant.

QVAE ita ſuis ipſorum corporibus, negando illis prandium, ſubtrahebant, ea, qui pie adfecti erant, ad reficiendos pauperes conferebant. Hoc ex homilia quadam CAESARII

(m) Auguſtin. ſerm. LXXIV. de diuerſis tom. X. p. 550. (tom. V. p. 931. edit. monach. Benedict. Pariſ. MDCLXXXIII.)

ARE-

ARELATENSIS, vel quisquis auctor eius sub nomine AVGVSTINI [n] est, condiscimus. *Ante omnia*, inquit, *in diebus ieiuniorum, quod solebamus prandere, pauperibus erogemus, ne forte aliquis sibi sumtuosas cœnas & exquisitis saporibus epulas studeat præparare, & corpori suo magis commutasse quam subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Nihil prodest, tota die longum traxisse ieiunium, si postea ciborum suauitate vel nimietate anima obruatur.* Et LEO, *Proficiat*, inquit [o], *eleemosynis, quod non impenditur mensis. Tunc enim demum ad animæ curationem proficit medicina ieiunii, quum abstinentia ieiunantis esuriem refecit indigentis.* ORIGENES [p] inuenisse se dicit in quodam libello ab apostolis dictum: *Beatus est, qui etiam ieiunat pro eo, vt alat pauperem. Huius ieiunium valde acceptum est apud Deum. Misericordia & pietas*, vt loquitur CHRYSOLOGVS [q], *ieiunii sunt alæ, per quas tollitur & portatur ad cælum, sine quibus iacet & volutatur in terra. Ieiunium sine misericordia simulacrum famis est, imago nulla est sanctitatis, sine pietate ieiunium occasio est auaritiæ: quia parcitas ista quantum siccatur in corpore, tantum tumescit in sacculo. Ieiunantes ergo prandium nostrum reponamus in manu pauperis, quod venter nobis fuerat perditurus. Manus pauperis est gazophylacium CHRISTI, quia, quidquid pauper accipit, Christus acceptat.*

§. XIX.

Omnes pœnæ corporales in quadragesima interdictæ per leges imperiales.

IGITVR quadragesima aptum tempus esse credebatur exercendi abundantius omnis generis caritatem. *Horarum spatiis*, inquit CAESARIVS vel AVGVSTINVS [r], *in quibus solebamus sine vllo lucro animæ detineri, visitentur infirmi, requirantur in carcere constituti, peregrini suscipiantur & discordes ad concordiam reuocentur.* Hoc maxime ab iis requirebatur, qui ob corporis infirmitatem ieiunare se non posse dictitabant, quemadmodum antea e CHRYSOSTOMO audiuimus: *Age, dic mihi* [s], *non ieiunasti ob*

(n) August. serm. LVI. de tempore. tom. X. p. 252. (p. 703. edit. Basil. MDLXIX.)
(o) Leo serm. III. de ieiun. pentecost.
(p) Origen. homil. X. in Leuitic.
(q) Chrysol. serm. VIII de ieiunio & eleemosyna.
(r) August. homil. LVI de temp. tom. X. p. 252. (p. 702. fin. edit. Basil. cit.)
(s) Chrysost. homil. XXII. de ira. Tom. I. p. 277. (p. 245. edit. Francof.) vid. §.

corporis infirmitatem, recte: sed cur inimicis tuis reconciliatus non es? An heic habes, vnde prætendas corporis infirmitatem? Qui cibum accipit & ieiunare non potest, largiorem det eleemosynam, inimicis reconcilietur, omne odium & vindictæ cupiditatem ex animo effuget. Tempus hoc erat, quo homines misericordiam & veniam a Deo exspectabant, & idcirco tanto iustius erat & æquius, vt in exercitio misericordiæ in alios multo studiosiores se præberent. Hoc intuitu leges imperiales omnem caussarum criminalium cognitionem, quæ homines supplicio & quæstionibus poterat subiicere, toto huius temporis spatio cessare iubent. THEODOSIVS MAGNVS duas hanc in rem leges tulit, quarum altera ita sanxit: *Quadraginta diebus* [t], *qui auspicio cærimoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum.* Et altera in hunc modum: *Sacratis quadragesimæ diebus* [u] *nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio exspectatur animarum.* AMBROSIVS [x] similis responsi facit mentionem, a *Valentiniano* iuniore dati in caussa hominum quorumdam, nobili ortorum genere & locuplete prosapia, quos in re criminali vrserit præfectus vrbis, ad celerem contra eos sententiam ferendam propensus. At vero imperator hoc impediturus, nihil cruenti sanctis præsertim diebus statui præcipiebat. Neque vlla exceptio huius regulæ locum habebat, nisi in sola caussa *Isaurorum* latronum, quorum prædationes saluti publicæ adeo periculosæ erant & noxiæ, vt *Theodosius* iunior eorum examinationem per quæstiones quouis tempore, nullo ipsius vel quadragesimæ [y] vel paschalis festiuitatis die excepto, fieri iuberet, quia

XIV. sub litt. (o) pag. 204. Et homil. X. in Genes. tom. II. p. 91. (p. 80. edit. Fif.) vid. ibid. sub litt. (p) pag. 204.

(*t*) Cod. Theod. lib. IX. tit. XXXV. de quæstionibus leg. IV.

(*u*) Ibid. leg. V.

(*x*) Ambros. de obitu Valentin. (tom. V. opp. p. 108. h. edit. Paris. MDCXLII.) Quid de pietate eius loquar? qui quum homines nobili ortos genere & locupleti prosapia, quæ cito mouere inuidiam solet regiæ cupiditatis, accusator vrgeret, præfectus insisteret, respondit, vt nihil cruentum sanctis præsertim diebus statueretur.

(*y*) Cod. Theod. ibid. leg. VII. Prouinciarum iudices moneantur, vt in Isaurorum latronum quæstionibus nullum quadragesimæ, nec venerabilem pascharum diem existiment excipiendam, &c.

maior

maior erat misericordia, praua eorum consilia & conspirationes detegere, ad conseruandam aliorum innocentum hominum vitam, quam iudicii prolationem ob temporis sanctitatem istis nebulonibus indulgere. Vt adeo misericordia & caritas tum spectaretur, tanquam res, omnium optime corporibus hominum præstanda, his quidem diebus, quibus omnes ieiunando & resipiscendo animarum absolutionem e manu Dei exspectabant, vti vna ex memoratis modo legibus rem eleganter exprimit.

§. XX.

Religiosi conuentus & sermones singulis diebus quadragesimæ habiti.

QVADRAGESIMA maioris seueritatis & deuotionis tempus erat, adeoque in multis maioribus ecclesiis religiosi conventus ad faciendas preces habendosque sermones, singulis diebus per totam illam tempestatem, instituebantur. In omnibus & singulis ecclesiis parochialibus & per villas atque agros hunc morem obtinuisse, non ausim adfirmare. In maioribus autem siue cathedralibus basilicis ita fuisse, ex certis atque indubiis documentis & rebus facti palam est. Homiliæ CHRYSOSTOMI in *Genesin*, & celebres illæ de *statuis*, dictæ *ἀνδριάντες*, ad populum *Antiochenum*, sermones erant, hoc modo in dies singulos tempore quadragesimæ recitati, quemadmodum vnusquisque, qui eos inspexerit, videbit. Vnum tantum locum proferemus ex vna harum homiliarum [z], qui lectori cuiuis, credo, faciet satis. „Non hoc solum quæritur, inquit, vt heic „quotidie conueniamus & de iisdem continuo audiamus, & „totam quadragesimam ieiunemus. Quandoquidem si nihil „ex hac congregatione & admonitione & ieiunii tempore lu„crati essemus: tunc non solum nihil vtilitatis adferrent hæc, „sed & maioris condemnationis occasio fierent: si quidem

(z) Chrysost. homil. XI. in Genes. tom. II. p. 107. (p. 93. edit. Francof.) *Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ζητούμενον, ἵνα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνταῦθα παραγινώμεθα, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν συνεχῶς ἀκούωμεν, καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν πᾶσαν νηστεύοντες ὦμεν· εἰ γὰρ μὴ μέλλοιμέν τι κερδαίνειν ἐκ τῆς ἐνταῦθα συνεχοῦς ἐλεύσεώς τε καὶ παραινέσεως, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς νηστείας καιροῦ προσφέρειν τι τῶν χρησίμων εἰς τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν, ταῦτα οὐ μόνον ἡμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ μείζονος ἡμῖν κα-*

„tanta tractati diligentia iidem permanemus, & neque iracundus fit mitis; neque indignabundus, manſuetus; neque „inuidens, amicus; neque inſania in diuitias correptus, deſiſtit ab affectione, & eleemoſynis diſpertiendis & alendis pauperibus vacat; neque intemperans, caſtus; neque vanæ gloriæ ſtudioſus, illam contemnere & veram gloriam deſiderare „diſcit; neque caritatis in proximum negligens, ſe ipſum excitans dat operam, vt non ſolum non minor ſit publicanis „(*nam ſi diligitis eos, qui vos diligunt*, inquit, *quid amplius facitis? Nonne & publicani hoc faciunt?*) ſed etiam vt ſe ipſum, doceat & „inimicos humaniter adſpicere & magna caritate fouere. Quod „ſi adfectionibus iſtis, & aliis, quæ in nobis ſubnaſcuntur, „malis, ſuperiores non fuerimus, liceat quotidie heic conueniamus, & continuo doceamur, & tantum a ieiunio adminiculum habeamus, qualis nobis erit venia, qualis defenſio?„ Ex his manifeſtum eſt, nullum diem in quadrageſima ſine ſermone transactum eſſe, quo hominibus magna chriſtianiſmi, emendationis ac reſipiſcentiæ officia, huius ſacri temporis ſcopo peculiaria & propria, ad animum reuocarentur.

§. XXI.

Et frequentes communiones, maxime in ſabbato & die dominica.

FREQVENTES quoque communiones hoc tempore habebant, ad minimum in ſabbato & die dominico. Quamuis enim

τακρίσεως ἀφορμὴ γενήσεται, ὅταν τοσαύτης ἐπιμελείας ἀπολαύοντες, οἱ αὐτοὶ διαμένωμεν, καὶ μήτε ὁ ὀργίλος ἐπιεικὴς γίνηται, μήτε ὁ θυμώδης εἰς πρᾳότητα μεταβάλλοιτο, μήτε ὁ βάσκανος εἰς φιλοφροσύνην ἑαυτὸν ἐναγάγῃ, μήτε ὁ περὶ τὰ χρήματα μεμηνὼς, ἀποστὰς τοῦ πάθους πρὸς ἐλεημοσύνην ἑαυτὸν παρασκευάσῃ καὶ τὴν τῶν πενήτων διατροφὴν, μήτε ὁ ἀκόλαστος σώφρων γένοιτο, μήτε ὁ περὶ τὴν κενὴν ταύτην δόξαν ἐπτοημένος, μάθῃ ταύτης ὑπερορᾷν, καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐφίεσθαι δόξης, μήτε ὁ περὶ τὴν ἀγάπην τὴν περὶ τὸν πλησίον ῥᾴθυμος, διαναστήσας αὑτὸν παιδεύσῃ, μὴ μόνον τῶν τελωνῶν μὴ εἶναι ἐλάττων· „ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε „τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, φησι, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; ἀλλ' ἵνα παρασκευάζῃ αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμέρως ὁρᾷν, καὶ πολλὴν περὶ αὐτοὺς τὴν ἀγάπην ἐπιδείκνυσθαι· ἐὰν μὴ τούτων περιγενοίμεθα τῶν παθῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἡμῖν τικτομένων, καθ' ἑκάστην ἐνταῦθα παραγινόμενοι, καὶ συνεχοῦς ἀκροάσεως ἀπολαύοντες, καὶ τοσαύτης διδασκαλίας μετέχοντες, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς νηστείας ἔχοντες βοήθειαν, ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη, ποία δὲ ἀπολογία;

enim martyrum festiuitates hoc humiliationis tempore non solerent celebrari, dies tamen sabbati & dies dominicus in ipsa quadragesima festi agebantur, quemadmodum supra ostendimus. Et idcirco hisce diebus oblationem faciebant panis ac vini in eucharistia, perinde ac aliis temporibus. At per canonem concilii *Laodiceni* [a] hæc oblatio hisce solis duobus diebus adstricta esse videtur: Nam vllo alio die panem offerri ibi interdicitur. Et hoc videtur arguere, nullo die alio communionem fuisse celebratam in quadragesima. Tum autem id considerari potest, quod tempore concilii *Trullani* [b] consuetudo obtinuerit communicandi aliis diebus quadragesimæ ex elementis præsanctificatis, hoc est talibus, quæ die dominica præcedente fuerant consecrata. Et si fas est supponere, hanc consuetudinem antiquis temporibus in ecclesia obtinuisse, tum nihil impedit, quo minus quotidianam in quadragesima communionem, æque ac quotidianum sermonem, habuerint; quod ardenti harum priscarum ætatum pietati videtur esse conuenientissimum. Verum in re dubia nihil definio, videns satis esse testimonium pro frequenti communione in quadragesima, si tantum singulis sabbatis & diebus dominicis administratam esse statuamus.

§. XXII.

Omnia spectacula & ludi publici hoc tempore prohibiti.

AD amplius incrementum pietati adferendum hominesque ad conuentus religiosos hoc tempore eo magis inuitandos omnia spectacula & ludi publici per leges ecclesiæ interdicti erant. GOTHOFREDVS [c] vniuersum ieiunii quadragesi-

(a) Concil. Laodic. c. XLIX. Ὅτι ȣ̓ δεῖ ἐν τεσσαρακοςῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. *Quod non oportet in quadragesima panem offerre, nisi solis dominicis.*

(b) Concil. Trull. c. LII. Ἐν πάσαις τῆς ἁγίας τεσσαρακοςῆς τῶν νηςειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς τȣ̃ σαββάτȣ καὶ κυριακῆς καὶ τῆς ἁγίας τȣ̃ εὐαγγελισμȣ̃ ἡμέρας γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτȣργία. *In omnibus sanctæ quadragesimæ ieiunii diebus, præterquam sabbato & dominica, & sancto adnuntiationis die, fiat sacrum præsanctificatorum ministerium.*

(c) Cod. Theod. lib. XV. tit. V. de spectaculis, leg. V. Vid. lib. XX. c. II. §. IV. sub litt. (z) pag. 31.

Gothofr. in loc. Theodosius iun. hac lege non dominico tantum die, etsi

malis tempus celebri illi *Theodosii* iunioris lege simul comprehendi putat, qua omnia spectacula & ludi in diebus supplicationum, in quibus totæ christianorum mentes Dei cultibus occupari debeant, prohibentur. Quamuis enim quadragesima disertis verbis non nominetur, sub generali tamen dierum supplicationum nomine intelligenda est. Et sane ecclesia id agebat sedulo, vt homines ab hisce oblectamentis & voluptatibus hoc tempore auocaret. GREGORIVS NAZIANZENVS [d] *Celeusium* præsidem hoc nomine acriter reprehendit, quod ieiunii diebus spectacula ederet. *Inique agis, o iudex,* inquit, *qui non ieiunes. Et quomodo leges humanas seruabis, qui diuinas contemnis ac pro nihilo ducis? Purga tribunal tuum: ne duorum alterum tibi accidat, vt aut malus fias, aut existimeris. Fœda spectacula proponere, se ipsum traducere est. In summa, o iudex, te iudicium subiturum esse scito: & minus peccabis.* CHRYSOSTOMVS in sermonibus suis, in quadragesima habitis, eumdem zelum in castigando & corrigendo hoc grandi sacri temporis abusu adhibet. Vnum ex istis sermonibus incipit cum hac acri eorum, qui ludos equestres siue circenses frequentabant, reprehensione [e]: „Volo solitam tractare doctrinam & moram traho & detre„cto; Mentem enim meam confudit & conturbauit super„ueniens tristitiæ nubes: immo non solum tristitiæ sed & iræ, „ita vt nesciam, quid faciendum: mentem enim tenet magna „hæsitatio. Quoniam quum cogito, quod omnem illam no„stram doctrinam & quotidianam admonitionem ad modicum „diaboli flatum obliuioni tradideritis, & ad satanicum illum „

hunc primum nominet, verum omnibus festis supplicationumque christianarum diebus spectacula edi vetat: In quibus certe ieiuniorum dies nonnulli fuere, quibus proinde spectacula prohibita hac lege.

(d) Naz. epist. LXXI. al. LXXIV. παρανομεῖς ὁ δικαστὴς οὐ νηστεύων· καὶ πῶς φυλάξεις τοὺς ἀνθρωπίνους νόμους, τοὺς θείους περιφρονῶν; καθαῖρε σου τὸ δικαστήριον, ἵνα μὴ δυοῖν ἕν, ἢ γένῃ κακὸς ἢ νομισθῇς· τὸ προτιθέναι θέας αἰσχρὰς, ἑαυτόν ἐστι θεατρίζειν. κεφάλαιον τοῦ λόγου, ἴσθι κρινόμενος ὁ δικαστὴς, καὶ ἧττον ἁμαρτήσεις.

(e) Chrysost. homil. VI. in Genes. tom. II. p. 49. (p. 44. edit. Francof.) Βούλομαι τῆς συνήθους ἅψασθαι διδασκαλίας, καὶ ὀκνῶ, καὶ ἀναδύομαι· νέφος γὰρ ἀθυμίας ἐπελθὸν συνέχει καὶ συνετάραξέ μου τὸν λογισμόν· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀθυμίας μόνον, ἀλλὰ καὶ θυμοῦ, καὶ οὐκ οἶδ᾽, ὅ, τι πράξω· ἀπορία γὰρ κατέχει τὴν διάνοιαν· ὅταν γὰρ ἐννοήσω, ὅτι μικροῦ πνεύσαντος τοῦ διαβόλου, πᾶσαν ἡμῶν ἐκείνην τὴν

eque-

„equeſtrem ludum omnes concurreritis, qua alacritate potero „iterum de prædictis vos docere, quum tam cito animo exci- „derunt? Hoc enim eſt, quod potiſſimum me contriſtat & „bilem mihi mouet, quod cum noſtra admonitione reuerenti- „am etiam, quam ſacræ quadrageſimæ debetis, ex animo ve- „ſtro ſimul eiecistis, voſque ſic diaboli ritibus inuoluiſtis. Quæ „ieiunii vtilitas, dic oro? Quod lucrum ex hac congregatio- „ne?„ Idem argumentum pluribus perſequitur in ſermone proxime ſequente, etiam atque etiam eos adhortans, vt hanc abſurdam derelinquant praxin. [f] „Vincite, oro, prauam & per- „nicioſam conſuetudinem: Et cogitate, quod non hoc ſolum „graue eſt, quod, qui illo confluunt, ſibi damnum adſciſcant, „ſed & quod multis aliis ſcandalo ſint. Quippe gentiles & iu- „dæi videntes eos, qui quotidie in templo verſantur, & doctri- „nas audiunt, ſimul ibi comparere & ſibi commiſceri: quo- „modo res noſtras pro deceptionibus non habebunt, & non „idem de omnibus nobis ſuſpicabuntur? Annon audis bea- „tum *Paulum*, admonentem & conſulentem clara voce: *Abſque* „*offendiculo eſtote*? Deinde ne putes, de noſtris tantum admone- „re, ſubdidit: *Et iudæis & gentilibus.* Et tandem adiecit: *Et* „*eccleſiæ Dei.* Nihil enim ita offendit & nocet religioni noſtræ, „vt ſcandali anſam præbere infidelibus. Nam quando vident

συνεχῆ διδασκαλίαν, καὶ τὴν καθημερινὴν παραίνεσιν λήθῃ παραδόντες, εἰς τὴν σατανικὴν πομπὴν ἐκείνην ἅπαντες δεδραμήκατε, τὴν ἱπποδρομίαν καταλαβόντες· ποίᾳ προθυμίᾳ δυνήσομαι πάλιν τὴν πρὸς ὑμᾶς ποιήσασθαι διδασκαλίαν, τῶν προτέρων οὕτως ἀθρόον διαῤῥυέντων· --- τί τῆς νηστείας ὄφελος, εἰπέ μοι; τί τῆς ἐνταῦθα συνελεύσεως τὸ κέρδος;

(f) Chryſoſt. homil. VII. ibid. p. 61. (p. 59. edit. Francof.) τὴν ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας προστριβεῖσαν ὑμῖν κηλῖδα ἀπονίψασθε, περιγενόμενοι τῆς ἀκαίρου συνηθείας καὶ ἐπιβλαβοῦς, καὶ λογισάμενοι, ὡς οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ δεινὸν, ὅτι ἑαυτοῖς πολλὴν τὴν βλάβην προστρίβονται οἱ αὐτόθι παραγενόμενοι· ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοῖς ἑτέροις σκανδάλου ὑπόθεσις γίνονται· ὅταν γὰρ ἴδωσιν Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τὸν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας εἰς τὴν ἐκκλησίαν διημερεύοντα, καὶ συνεχοῦς ἀπολαύοντα διδασκαλίας αὐτόθι ὂν ἐκεῖ φαινόμενον, καὶ μετ' αὐτῶν συμφυρόμενον, πῶς οὐ νομίσουσιν ἀπάτην εἶναι ἡμέτερα, καὶ περὶ πάντων τῶν παρ' ἡμῖν τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν ἕξουσιν; ἢ οὐκ ἀκούεις τοῦ μακαρίου Παύλου παραινοῦντος λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ συμβουλεύοντος, ἀπρόσκοποι γίνεσθε; εἶτα ἵνα μὴ νομίσῃς περὶ τῶν οἰκείων μόνον τὴν παραγγελίαν παρ' αὐτοῦ γενέσθαι, καὶ τῶν μεθ' ἡμῶν τεταγμένων, προσέθηκεν· καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τότε ἐπήγαγε· καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ· οὐδὲν γὰρ οὕτω λυμαίνεται καὶ βλάπτει τὴν θρησκείαν τὴν ἡμετέραν, ὡς καὶ τοῖς ἀπίστοις λαβήν τινα παρέχειν· ὅταν οὖν ἴδωσί

„ali-

„aliquos e noſtris virtute conſpicuos huius vitæ negotia & „curas e ſublimi contemnere, multos ex ipſis male habet, ple„rique admirantur & obſtupeſcunt, quod, quum eiuſdem no„biſcum naturæ ſint, non concedantur ipſis eadem. Denique, „quando vident paruum aliquod delictum noſtrorum, ſtatim „linguam exacuunt ſimul contra nos omnes, & ex vnico de„licto totam chriſtianam gentem iudicant. Neque hoc con„tenti ſunt, ſed ſtatim aduerſus caput ſuum loquentes, ob ſer„uorum delicta etiam communem dominum blaſphemare au„dent & putant, velamenta errorum ſuorum eſſe aliorum deſi„diam.„. Ex quibus intelligimus, non habuiſſe veniam eos, qui tanto ſtudio publicarum oblectationum arderent, vt eas in ipſa quadrageſima ſectarentur, quum publica pœnitentiæ, humiliationis & triſtitiæ de peccatis ab hominibus facienda profeſſio, rem abſurdiſſimam faciebat, vana oblectamenta & voluptates mundanas ſectari, quæ in hoc rerum concurſu nullos decere poterant, niſi eos, qui in paganæ ſuperſtitionis tenebris verſabantur.

§. XXIII.

Nec non omnium feſtiuitatum, natalitiorum, & nuptiarum celebratio, vtpote præſenti temporis rationi minime congruens.

Ob eamdem rationem omnium feſtiuitatum martyrum celebrationem hoc tempore interdicebant, præterquam in ſabbato & die dominico. Omnes enim feſtiuitates dies erant lætitiæ, quæ cum profunda humiliatione & luctu, ad exactum ſeuerumque ieiunium requiſito, conſiſtere non poterant. Dies autem ſabbati & dominicus ieiunio exemti erant in ipſa quadrageſima, quemadmodum antea obſeruauimus. Et idcirco

τινας ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας παρ᾽ ἡμῖν, καὶ πολλὴν τῶν βιωτικῶν ὑπεροψίαν ποιουμένους, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ἀποπνίγονται ἐγκληματιζόμενοι, ὅτι τῆς αὐτῆς φύσεως ὄντες οὐ τὰ αὐτὰ αὐτοῖς μετιᾶσιν· ἀμέλει ἐπειδὰν θεάσωνταί τινα μικρὰν ῥαθυμίαν προσγενομένην, εὐθέως τὴν γλῶτταν ἀκονῶσι κατὰ πάντων ἡμῶν, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ ἑνὸς ῥαθυμίας κατὰ παντὸς τοῦ τῶν χριστιανῶν ἔθνους τὰ αὐτὰ ψηφίζονται· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἵστανται, ἀλλ᾽ εὐθέως κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς φθεγγόμενοι, διὰ τὴν τῶν δούλων ῥαθυμίαν καὶ τὸν κοινὸν δεσπότην βλασφημεῖν τολμῶσι, καὶ νομίζουσι τῆς οἰκείας πλάνης παραπέτασμα αὐτοῖς γίνεσθαι τὴν ἑτέρων ῥαθυμίαν.

ſeſtiuitates martyrum his diebus, non autem vllo die alio, durante tota quadrageſima, celebrari poterant, vti ex plano quodam concilii *Laodiceni* [*g*] canone, hanc in rem facto, liquet. Et per alium eiuſdem concilii canonem [*h*] nuptiæ & natalitia celebrari prohibentur in quadrageſima. Vbi per **γενέθλια** in canone intelligendi ſunt priuatorum hominum dies natales naturales; quos, quia cum magnis ac ſollemnibus lætitiæ ſignis, cum feſtiuitate aliiſque iucunditatis & oblectationis cærimoniis celebrare ſolebant, fieri minime conueniebat tempore ieiunii, quod res eſſent, quæ vna conſiſtere non poterant; eoque magis deuitari debebant, quia hoc tempore eccleſia ne martyrum quidem natales celebrari permittebat, qui alioquin magnam in eccleſia habebant venerationem.

§. XXIV.

Magna hebdomadas ante paſcha ſeuere admodum & ſollemniter obſeruata.

HAE communes regulæ erant, in celebratione obſeruatæ ieiunii quadrageſimalis, vbi ad quadraginta dierum longitudinem excreuerat. Erat autem hebdomas quædam dicta *hebdomas magna* ante paſcha, quam maiori quam reliquas omnes ſeueritate & ſollemnitate celebrabant. Nemo hoc melius nobis enarrare poteſt, quam quidem CHRYSOSTOMVS, quando in oratione, in hanc hebdomadam habita, in hunc modum loquitur (*i*): „Ideo magnam eam appellamus hebdomadam, „non quod illius dies magnitudine exſuperent, quippe quum „alii longiores ſint, aut quod plures numero ſint, quum hac „in parte nihil ab aliis diebus varient; ſed quod hoc tempore

(*g*) Concil. Laodic. can. LI. *Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ μαρτύρων γενέθλιον ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνείαν ποιεῖν ἐν τοῖς σαββάτοις καὶ κυριακαῖς. Quod non oportet in quadrageſima martyrum natales peragere, ſed ſanctorum martyrum facere commemorationes in ſabbatis & dominicis.*

(*h*) Ibid. c. LII. *Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν. Quod non oportet in quadrageſima nuptias vel natalitia celebrare.*

(*i*) Chryſoſt. homil. in pſalm. CXLV. ſiue in hebdomade magna. Tom. III. p. 821. (p. 711. ed. Francof.) *διὸ καὶ μεγάλην καλοῦμεν αὐτήν· οὐκ ἐπειδὴ μεῖζον ἔχουσι μῆκος τῶν ἄλλων ἁπασῶν αἱ ταύτης ἡμέραι, καὶ γὰρ εἰσιν ἕτεραι μείζους, οὐδὲ ἐπειδὴ πλείους τὸν ἀριθμόν, καὶ γὰρ ἴσαι ταῖς ἄλλαις εἰσίν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ με-*

„egregiæ res geſtæ ſunt in ea a domino noſtro *IESV*. In hac „enim hebdomada, quæ magna dicitur, diuturna diaboli ty„rannis diſſoluta eſt, mors exſtincta eſt, fortis ille vinctus eſt, „vaſa eius direpta ſunt, peccatum deletum, exſecratio abolita „eſt, paradiſus recluſus, cælum inacceſſum eſſe deſiit, homi„nes angelis permixti ſunt, medius paries maceriæ ſublatus eſt, „cancelli ſubducti ſunt. Deus ille pacis cæleſtia ſimul & ter„reſtria pacificauit, ideo magna vocatur hebdomada, & vt i„pſa caput eſt hebdomadarum reliquarum, ita huius hebdoma„dæ caput ſabbatum magnum, quodque eſt in corpore caput, „id eſt in hebdomada ſabbatum. Quapropter in ea multi ſtu„dia intendunt, alii ieiunia maiora faciunt, alii ſacras vigila„tiones, nonnulli eleemoſynas largiores exercent: alii bono„rum operum ſtudiis, maioreque viuendi pietate, beneficen„tiæ diuinæ magnitudinem quaſi conteſtatam faciunt. Quem„admodum enim quum *Lazarum* excitauerat *IESVS*, omnes, qui „in *Hieruſalem* erant, illi occurrerunt, multitudinique teſtifi„cati ſunt, mortuum ab eo ad vitam reuocatum, officioſitas„que ipſa occurrentium quaſi aſſertio miraculi fuit: ita veſtra „quoque ſtudioſa ſedulitas in hac hebdomada magna quaſi te„ſtis eſt, quam magna ipſa, & quam multa bona in ea *CHRI*„*STVS* fecerit. Non enim hodie ex vna ciuitate egredimur

---

γάλα ἡμῖν γέγονεν ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ δεσπότου κατορθώματα· καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδομάδι τῇ μεγάλῃ ἡ χρονία τοῦ διαβόλου κατελύθη τυραννὶς, ὁ θάνατος ἐσβέσθη, ὁ ἰσχυρὸς ἐδέθη, τὰ σκεύη αὐτοῦ διηρπάγη, ἁμαρτία ἀνηρέθη, ἡ κατάρα κατελύθη, ὁ παράδεισος ἀνεῴχθη, ὁ οὐρανὸς βάσιμος γέγονεν· ἄνθρωποι τοῖς ἀγγέλοις ἀνεμίγησαν, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ ἤρθη, τὸ θριγκίον περιῃρέθη, ὁ τῆς εἰρήνης θεὸς εἰρηνοποίησε τὰ ἄνω καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· Διὰ τοῦτο μεγάλη καλεῖται ἑβδομάς· καὶ ὥσπερ αὐτὴ κεφάλαιον τῶν λοιπῶν ἑβδομάδων, οὕτω ταύτης κεφαλὴ τὸ σάββατον τὸ μέγα· καὶ καθάπερ ἐν σώματι κεφαλὴ, οὕτως ἐν τῇ ἑβδομάδι τὸ σάββατον· διὰ τοῦτο ἐν αὐτῇ πολλοὶ τὴν σπουδὴν ἐπιτείνουσι· καὶ οἱ μὲν τὴν νηστείαν αὔξουσιν, οἱ δὲ τὰς ἀγρυπνίας τὰς ἱερὰς, οἱ δὲ ἐλεημοσύνην δαψιλεστέραν ἐργάζονται, τῇ περὶ τὰς ἀγαθὰς πράξεις σπουδῇ καὶ τῇ συντεταμένῃ περὶ τὸν βίον εὐλαβείᾳ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας τῆς εἰς ἡμᾶς γεγενημένης παρὰ τοῦ θεοῦ μαρτυροῦντες· καθάπερ γὰρ, ὅτε τὸν Λάζαρον ἀνέστησεν ὁ κύριος, ἀπήντων αὐτῷ πάντες οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τῷ πλήθει ἐμαρτύρουν, ὅτι ἀνέστησε τὸν νεκρὸν [ἡ γὰρ σπουδὴ τῶν ἐξελθόντων, τοῦ θαύματος ἦν ἀπόδειξις] οὕτω δὴ καὶ νῦν σπουδὴ ἡ περὶ τὴν μεγάλην ἑβδομάδα ταύτην, τοῦ μεγέθους τῶν κατορθωμάτων τῶν ἐν αὐτῇ τεκμήριόν ἐστι καὶ ἀπόδειξις· οὐδὲ γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ἐξερ-

occur-

„occurrentes *CHRISTO*; neque ex *Hierosolymis* solum, sed ex „vniuerso orbe innumerabiles vndique ecclesiæ prodeunt, vt „occurrant *IESV*, non cum ramis palmarum, vt eos in mani„bus teneant ac vibrent; sed cum eleemosyna, humanitate, „virtute, ieiunio, precibus, peruigiliis, ac omni denique pie„tate, vt ea *CHRISTO* domino offerant. Non nos solum hanc „hebdomadam veneramur; sed & imperatores nostri orbis. „Neque id leuiter & perfunctorie, sed vacationem ciuitatum „magistratibus concedunt, vt liberi iis curis omnes istos dies „in spirituali cultu absumant, ideo & tribunalium ianuas oc„cluserunt: Cesset, inquiunt, omnis controuersia, & conten„tionis & pœnæ species, ferientur aliquantisper carnificum ma„nus, in commune ad omnes pertinent bona, quæ dominus „fecit, fiat & aliquid boni a nobis seruis. Neque hoc solum „honore eam venerati sunt; sed & alio nequaquam hoc infe„riore. Imperatoriæ litteræ emittuntur, quibus edicitur, vt „incolæ carceris catenis exsoluantur, vt, quemadmodum do„minus noster, quum apud inferos esset, omnes detentos a „morte liberauit; ita & serui pro viribus, quod possunt, con„ferentes, quo imitatores sint misericordiæ dominicæ, eximunt „detentos e vinculis sensibilibus, quum spiritualibus nequeant„. Hæc omnia CHRYSOSTOMVS in alio sermone quadragesi-

χόμεθα ἀπαντῶντες τῷ χριστῷ σήμερον· ἐδὲ ἐξ Ιεροσολύμων μόνον· ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς οἰκεμένης ἁπάσης μυρίανδροι πάντοθεν ἐκκλησίαι ἐξέρχονται ἀπαντῶσαι τῷ Ιησῦ, ἐ βαΐα φοινίκων κατέχεσαι καὶ ἐπισείεσαι, ἀλλ᾽ ἐλεημοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν καὶ ἀρετὴν καὶ νηστείαν καὶ δάκρυα καὶ ἐυχὰς καὶ ἀγρυπνίας καὶ πᾶσαν ἐυλάβειαν προσφέρεσαι τῷ δεσπότῃ χριστῷ· ἐχ ἡμεῖς δὲ μόνον ταύτην τιμῶμεν τὴν ἑβδομάδα, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκεμένης, ἐχ ὡς ἔτυχεν, αὐτὴν τετιμήκασιν, ἐκεχειρίαν πᾶσι δόντες τοῖς τὰ κοινὰ τῶν πόλεων πράττεσι πράγματα, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν ἀπολαύσαντες σχολῆς, τὰς ἡμέρας ταύτας ἁπάσας τῇ πνευματικῇ προσέχωσι θεραπείᾳ· Διὰ τῦτο καὶ τῶν δικαστηρίων τὰς θύρας ἀπέκλεισαν· ἀργείτω, φησὶ, πᾶσα ἀμφισβήτησις καὶ μάχης εἶδος καὶ τιμωρίας, ἀναπαυσάσθωσαν μικρὸν τῶν δημίων αἱ χεῖρες· κοινὰ τὰ κατορθώματα τῦ δεσπότε γέγονε· γενέσθω δή τι καὶ παρ᾽ ἡμῶν τῶν δέλων ἀγαθόν· ἐ ταύτῃ δὲ μόνον αὐτὴν τετιμήκασι τῇ σπεδῇ καὶ τιμῇ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρᾳ ἐκ ἐλάττονι ταύτης· βασιλικὰ καταπέμπονται γράμματα λέγοντα, τὲς τὸ δεσμωτήριον οἰκῦντας ἀπίεσθαι τῶν δεσμῶν· καθάπερ γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν ἐν ᾅδε γενόμενος, τὲς κατεχομένες ὑπὸ τῦ θανάτε πάντας ἀπέλυσεν· ἔτω δὴ καὶ οἱ δέλοι τὰ κατὰ δύναμιν εἰσφέροντες, καὶ τὴν δεσποτικὴν μιμέμενοι φιλανθρωπίαν, δεσμῶν ἀπολύεσι τῶν αἰσθητῶν, ἐπειδὴ τῶν νοητῶν ἐκ ἰσχύεσι.

mali [k] iisdem omnino verbis repetit, quæ proinde hoc loco denuo interponere nihil attinet. Non autem præter rem fuerit, ſingula capita recognoſcere eaque locis parallelis aliorum auctorum confirmare. Exploratum eſt, exactam huius hebdomadis obſeruationem tempore *Dionyſii* epiſcopi *Alexandrini*, qui diſcipulus fuit ORIGENIS, obtinuiſſe, etſi cum quadam differentia pro diuerſis hominum in ea obſeruanda viribus & ſtudiis. Ita enim de ea loquitur in epiſtola ſua canonica [l]: *Non omnes, ſex ieiuniorum dies æqualiter nec ſimiliter exſpectant: ſed alii quidem vel omnes tranſmittunt, ieiuni permanentes, alii duas, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem, qui in illis transmittendis valde laborauerunt, deinde deſeſſi ſunt, & propemodum deficiunt, ignoſcendum eſt, quod celerius guſtent. Si qui autem non modo non transmiſſis, ſed ne ieiunatis quidem, vel etiam in delicatis oppipariſque conuiuiis conſumtis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eoſque ſolos extremos dies quum venerint, illis a cibo non guſtato transmiſſis, paraſceue & ſabbato, magnum quid & egregium ſe facere exiſtimant, ſi ad auroram vſque permanſerint: non exiſtimo, eos ex æquo certamen ſubiiſſe cum iis, qui ſe pluribus diebus prius exercuerunt.*

§. XXV.

Quid intelligatur per ieiunia, dicta ὑπερθέσεις *&* ſuperpoſitiones.

PLANVM hinc eſt, in hac magna hebdomada multos ad vulgarem ieiunandi morem feciſſe aliquam acceſſionem. Quando enim in præcedente quadrageſimæ parte aliquam relaxationem ſingulis veſperis ceperant, nec vnquam ieiunarant in ſabbato; iam non ſolum in ſabbato huius hebdomadis ieiunabant, ſed ei etiam ad-

(*k*) Chryſoſtom. homil. XXX. in Geneſ. tom. II. p. 426. (p. 328. 329. edit. Francof.)

(*l*) Dionyſ. epiſt. canon. can. I. apud Beuereg. pandect. tom. II. pag. 3. ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν· καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονονουχὶ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως· εἰ δέ τινες οὐχ ὅπως ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες, ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερτιθέντες, τήν τε παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον, μέγα τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν, ἂν μέχρι τῆς ἕω διαμείνωσιν· οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι τοῖς τὰς πλείονας ἡμέρας προησκηκόσιν.

de-

debant, alii quidem vnum diem, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii quinque dies, quos continua abſtinentia tranſigebant, nihil omnino per integram hebdomadem edentes, ad gallicinium vsque diei reſurrectionis. Hoc genus ieiuniorum *Græci ὑπερθέσεις*, *Latini ſuperpoſitiones* vocabant. DIONYSIVS loco iam memorato, ὑπερτιθεμένους eos appellat, qui integras ſex dies ieiuni transmittebant. Et EPIPHANIVS, loquens [*m*] de ratione obſeruandi eoſdem ſex dies, *Sex illos paſchatis dies*, inquit, ἐν ξηροφαγίᾳ, *hoc eſt, arido victu, tranſigere populus omnis adſueuit: hoc eſt panem duntaxat cum ſale & aqua ſub veſperam adhibere. Immo vero nonnulli ad biduum, vel triduum, vel quatriduum vſque ieiunia prorogant. Alii totam hebdomadem vſque ad ſequentis dominicæ gallicinium ſine cibo tranſmittunt.* Vbi duo acceſſionum, ad vulgare ieiunium per hanc hebdomadem præ reliquis factarum, genera obſeruare licet; primum quidem, quod ipſi ſe ad vſum trium tantum ciborum adſtrinxerint, quod non generatim in priore quadrageſimæ parte faciebant; & deinde, quod per aliquot dies conti-

(*m*) Epiphan. expoſit. fid. n. XXII. τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί· φημὶ δὲ ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν· ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς ὑπερτίθενται, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρι ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς, τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. Vid. conſtit. apoſtol. lib. V. c. XVIII. Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ πάσχα νηστεύετε, ἀρχόμενοι ἀπὸ δευτέρας μέχρι τῆς παρασκευῆς, καὶ σαββάτου, ἓξ ἡμέρας, μόνῳ χρώμενοι ἄρτῳ, καὶ ἁλὶ, καὶ λαχάνοις, καὶ ποτῷ ὕδατι· οἴνου δὲ καὶ κρεῶν ἀπέχεσθε ἐν ταύταις· ἡμέραι γάρ εἰσι πένθους, καὶ οὐχ ἑορτῆς· τὴν μέν τοι παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον ὁλόκληρον νηστεύσατε, οἷς δύναμις πρόσεστι τοιαύτη, μηδενὸς γευόμενοι μέχρις ἀλεκτρυοφωνίας νυκτός· εἰ δέ τις ἀδυνατεῖ τὰς δύο συνάπτειν ὁμοῦ, φυλασσέσθω κἂν τὸ σάββατον· λέγει γάρ που ὁ κύριος περὶ ἑαυτοῦ φάσκων· ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος, νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· Ἐν ταύταις οὖν ἤρθη ἀφ᾽ ἡμῶν ὑπὸ τῶν ψευδωνύμων ἰουδαίων, καὶ σταυρῷ προσεπάγη, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. *In diebus paſchæ ieiunate incipientes a feria ſecunda, vſque ad paraſceuen & ſabbatum per ſex dies, ſolo vtentes pane, ſale, oleribus & aquæ potu: abſtinete autem tunc vino & carne: dies enim ſunt luctus & non feſti. Et quidem in paraſceue ac ſabbato ex parte omni ieiunate, quibus ſat virium ſuppetit, nihil penitus guſtantes vſque ad nocturnum galli cantum: ſi quis vero duos dies continuare non valet, ſaltem ſabbatum ſeruet. De ſe enim loquens dominus ait:* Quum ablatus fuerit ab illis ſponſus, ieiunabunt in illis diebus. *In his itaque diebus nobis ablatus fuit a falſo dictis iudæis, & cruci confixus, & cum ſceleratis reputatus.*

 nuos

nuos omni cibo ac potu abſtinuerint, nonnullis integros ſex dies in hoc aſperiore ieiunandi exercitio, ſine vlla reſpiratione, transmittentibus. Atque ita alio loco [o] rem repræſentat EPIPHANIVS, vbi de ratione obſeruandi ſanctam hebdomadem paſchatis loquitur. *Nonnulli*, inquit, *totam illam ſanctam hebdomadem* ὑπερτιθέμενοι *ſine vllo cibo tranſigunt: alii alternis illum diebus capiunt, quidam vero ſub veſperam.* Hoc alias dicebatur ἐπισυνάπτειν, &, *Ieiunia coniungere & continuare*, quemadmodum in SOZOMENO inuenias & TERTVLLIANO. SOZOMENVS [p] enim, loquens de ratione obſeruandi magnam hebdomadem antepaſchalem, quam inierit *Spyridon*, his diebus ſolitum eum eſſe dicit cum domeſticis ἐπισυνάπτειν τὴν νηστείαν, continuare ieiunium, ac certo die comedere, reliquos autem dies ſine vllo cibo traducere. Et hoc phraſi TERTVLLIANI eſt, *ieiunia coniungere* [q]; Et, *ſabbatum continuare cum ieiuniis paraſceves* [r]. Exercitium hoc erat, quod multi eorum, qui vitam ſectabantur aſceticam, aliis etiam temporibus adhibebant: Nam EVAGRIVS, loquens de monachis *Palæſtinæ*, crebro eos facere dicit [s] τὰς καλουμένας ὑπερθεσίμους, *ſic dictas ſuperpoſitiones*, biduum ac triduum integrum ieiunantes; nec deeſſe, qui per dies quinque & amplius ieiunia continuent: Hoc in *Latinis* ſcriptoribus vocatur *ſuperpoſitio ieiunii.* Exempli gratia in fragmento VICTORINI *Petauionenſis*, a GVILIELMO CAVEO [t]

(o) Epiphan. hæreſ. XXIX. Nazar. §. V. ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες, ἄλλοι δὲ καὶ καθ᾽ ἑσπέραν.

(p) Sozom. lib. I. c. XI. vid. §. XVII. ſub litt. (k) pag. 214.

(q) Tertull. de patient. c. XIII. Inprimis adflictatio carnis hoſtia domino placatoria per humiliationis ſacrificium, quum ſordes cum anguſtia victus domino libat, contenta ſimplici pabulo puroque aquæ potu, quum *ieiunia coniungit*, quum cineri & ſacco inoleſcit.

(r) Tertull. de ieiun. c. XIV. Cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus & *ieiuniis paraſceues*: quamquam nos etiam *ſabbatum*, ſi quando *continuatis*, numquam niſi in paſcha ieiunandum ſecundum rationem alibi redditam. Vid. conſtit. apoſtol. lib. V. c. XVIII. ſub litt. (m).

(s) Euagr. lib. I. c. XXI. οἱ πολλάκις μὲν καὶ τὰς καλουμένας ὑπερθεσίμους πράττουσι, διήμεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ πεμπταῖοι, ἢ καὶ πρό, κ. τ. λ.

(t) Victorin. de fabrica mundi, ap. Caue. hiſt. litt. vol. I. p. 103. (p. 73. edit. Ge-

publi-

publicato, vbi de diuersis loquitur ieiuniis, vsitatis inter christianos, quorum alii ad horam vsque nonam ieiunent, alii vsque ad vesperam, alii cum superpositione vsque in alterum diem. Notandum tamen est, superpositionem ieiunii non semper hoc sensu accipi, sed nonnumquam quoduis recens præscriptum ieiunium denotare, quamuis nihil in se habeat extra ordinem, sed nouitatem tantum impositionis, quemadmodum in concilio inuenimus *Illiberritano* [u], qua de re posthac plura loco suo.

§. XXVI.

Christiani maiore per hanc hebdomadem quam alias, liberalitate & beneficentia in pauperes vsi.

PROXIMA additio, cuius CHRYSOSTOMVS meminit, tamquam factæ in spirituali exercitio & obseruatione huius hebdomadis, est maior liberalitas ac beneficentia in pauperes, caritatisque omnis generis exercitium in eos, qui opis erant indigi. Quo enim propius a passione & resurrectione *CHRISTI* aberant, per quam omnia diuina beneficia in humani generis salutem collocata sunt, eo magis omnis generis misericordiam atque humanitatem fratribus suis tribuere se oportere arbitrabantur.

§. XXVII.

Hæc hebdomadas requietis & libertatis hebdomas pro seruis.

CVM PRIMIS autem hæc hebdomas ante pascha, & ea, quæ istam festiuitatem sequebatur, tempus erat requietis & libertatis pro seruis. Multi domini insigni moti caritate, libertatem eis donabant in imitationem spiritualis libertatis, quam hoc tempore *CHRISTVS* vniuersis mortalibus acquisiuerat. Manifestum hoc est ex iis, quæ supra [*] ex GREGORIO

neuens. MDCXCIII.) Nunc ratio nouitatis ostenditur, quare dies 4 tetras nuncupatur: quare vsque ad horam nonam ieiunamus, vsque ad vesperam, aut superpositio vsque in alterum diem fiat.

(u) Concil. Illiberrit. c. XXIII. Ieiuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulii & Augusti, ob quorumdam infirmitatem. Can. XXVI. Errorem placuit corrigi, vt omni sabbati die superpositiones celebremus.

(*) Lib. XX. cap. V. §. VI. & VII. pag. 109 seqq.

NYS-

NYSSENO & legibus *Theodosii* adduximus, quæ omnes actus iuridicos quindecim sollemnitatis paschalis diebus, quibus & pascha crucis & pascha resurrectionis æqualiter includitur, in gratiam seruorum fieri permittunt. Ambæ istæ hebdomades itidem æqualiter diuino cultui adsignatæ erant. Eamque ob caussam serui vacationem habebant a consuetis & quotidianis laboribus, vt maius haberent otium atque opportunitatem diuino cultui & animarum suarum ædificationi attendendi. Auctor *constitutionum* [x] huic consuetudini, quam in ecclesia tum obtinentem reperit, congruenter conuenienterque hunc in modum præcipit: *Magna hebdomade tota (* ante pascha *) & ea quæ illam sequitur, serui otientur: quia illa passionis est; hæc resurrectionis; & opus est doceri, quis sit, qui passus est ac resurrexit, item quis sit, qui pati permisit, quique resuscitauit.*

§. XXVIII.

Generalis dimissio hoc tempore ab imperatoribus indulta omnibus captiuis, debitoribus æque ac aliorum criminum reis, si a quibusdam, atrociore quodam & odiosiore scelere adstrictis, discesseris.

PECVLIARIS illa misericordia, de qua CHRYSOSTOMVS loquitur, tamquam ab imperatoribus tributa omnibus captiuis, tam debitoribus, quam aliorum criminum reis, quando illis generalem dimissionem ex carceribus hoc ipso tempore indulserunt, e legibus imperialibus adhuc exstantibus demonstratur. Dicuntur enim imperatores hanc indulgentiam decernere, habita speciali ratione sollemnitatis paschalis, quæ hebdomadem ante diem paschatis æque ac eam, quæ sequitur, includit [y]. Atque ita non CHRYSOSTOMVS solum intelligit, sed AMBROSIVS [a] quoque, quando sanctis diebus hebdomadis vltimæ debitorum vincula laxari adfirmat. Quæcumque igitur antea de hac in-

(x) Constit. lib. VIII. c. XXXIII. *τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι· ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως, καὶ χρεία διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστάς, ἢ τίς ὁ συγχωρήσας.*

(y) Cod. Theod. lib. IX. c. XXXVIII. de indulgent. criminin. leg. III. & IV. Vid. supr. ad lib. XX. c. V. §. VI. sub litt. (l) pag. 100.

(a) Ambros. epist. XXXIII. Sanctis diebus hebdomadis vltimæ, quibus solebant debitorum laxari vincula &c.

dul-

dulgentia, tamquam pertinente ad festiuitatem paschalem, dicta sunt, ita intelligenda sunt, tamquam quæ spectent ad hanc sanctam & magnam hebdomadem passionis dominicæ, vbi hæc indulgentia habebat initium suoque in robore persistebat, vsque dum tota festiuitas sortiretur finem.

§. XXIX.

Omnes actiones forenses, tam ciuiles quam criminales, hac tota hebdomade antepaschali cessare iussæ.

QVOD porro CHRYSOSTOMVS de iustitio seu iuris dicendi intermissione, a summis principibus per hanc hebdomadem imperata, & de clausis tribunalium foribus dicit, id ex disertis verbis legis THEODOSII, etiamnum in vtroque codice exstantis, sumtum est. Hæc enim definiens, qui dies a iuridicis actionibus eximi debeant, expressam mentionem facit [*b*] quindecim dierum paschæ, hoc est, hebdomadis ante pascha, & hebdomadis, quæ hanc sollemnitatem sequitur. AVGVSTINVS [*c*] de iisdem quindecim diebus loquitur. Et IOSEPHVS SCALIGER [*d*] legis *Constantini* meminit, qua similiter duas hebdomades paschales, vnam paschale festum proxime antecedentem, & alteram sequentem, omnibus actionibus forensibus exemtas esse debere decreuerat. Cuius rei ratio erat, vt ne quid vel animositatis, vel contentionis, vel crudelitatis, vel supplicii, vel effusionis sanguinis hoc sancto tempore conspiceretur, quando omnes misericordiam & veniam per sanguinem *CHRISTI* obtinere adlaborabant; & vt homines, a quouis ciuili & mundano negotio se abstinentes, frequenter & adsidue pietatis exercitiis, sollemni isti occasioni peculiaribus & propriis, vacare possent.

§. XXX.

Feria huius hebdomadis quinta quomodo celebrata.

FERIA quinta huius hebdomadis, quæ dies erat, qua

(*b*) Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis leg. II. Sanctos quoque paschæ dies, qui septeno vel præcedunt numero, vel sequuntur, in eadem obseruatione numeramus.

(*c*) Aug. serm. XIX. ex editis a Sirmondo tom. X. p. 811. Vid. supr. lib. XX. c. V. §. I. sub litt. (e) pag. 88.

(*d*) Scaliger. de emendat. tempor. lib. VII. p. 776. vid. ibid. sub litt. (f).

CHRISTVS proditus erat & cœnæ suæ vltimæ instituerat communionem, quibusdam peculiaribus ritibus celebrabatur. Hoc enim die in nonnullis ecclesiis *Latinis* communio administrabatur vespere post sumtam cœnam, in imitationem communionis apostolorum in vltima cœna domini. Quemadmodum per canonem quemdam concilii *Carthaginensis* tertii [*e*] constitutum legimus; *Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur.* AVGVSTINVS [*f*] eiusdem consuetudinis meminit simulque obseruat, quod nonnullis in locis communio hoc die bis administrata sit; mane quidem propter eos, qui isto die non potuerint ieiunare, & ad vesperam propter eos, qui totum diem ieiunio transegerint, vt finito ieiunio post cœnam possent accipere communionem. Narrat etiam, peculiarem fuisse rationem, cur multi hoc die ieiunare non potuerint, ideoque mane receperint eucharistiam. Solitos enim esse multos, quorum corpora per obseruationem quadragesimæ sordidata fuerint, hoc die sese lauare, vti fecerint catechumeni, vt si ad baptismum in vigilia, siue nocte inter sabbatum magnum & diem paschæ, recipiendum venirent, sine offensione sensus mundi ac puri comparerent: Non potuisse autem eos ieiunia simul & lauacra tolerare, adeoque hoc die non ieiunasse, sed communionem recepisse mane, pransosque esse perinde ac aliis temporibus; dum alii toto die ieiunarint communionemque receperint post cœnam.

HOC die sic dicti *competentes* siue candidati baptismatis, publice in ecclesia symbolum coram episcopo vel presbyteris

(*e*) Concil. Carth. III. c. XXIII.

(*f*) Augustin. epist. CXVIII. ad Ianuar. c. VII. Nonnullos probabilis quadam ratio delectauit, vt vno certo die per annum, quo ipsam cœnam dominus dedit, tamquam ad insigniorem commemorationem post cibos offerri & accipi liceat corpus & sanguinem domini. Honestius autem arbitror, ea hora fieri, vt qui etiam ieiunauerit, post refectionem, quæ hora nona fit, ad oblationem possit occurrere. Quapropter neminem cogimus dominica illa cœna prandere, sed nulli etiam contradicere audemus, hoc tamen non arbitror institutum, nisi quia plures & prope omnes in plerisque locis eo die cœnare consueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium custodiunt, mane offertur Christo propter prandentes, quia ieiunia simul & lauacra tolerare non possunt, ad vesperam vero propter ieiunantes.

reci-

recitabant, quemadmodum ex concilio diſcimus *Laodiceno* [*g*], quod hanc recitationem feriæ quintæ magnæ hebdomadis adſignat; & ex THEODORO LECTORE [*h*], qui *Timotheum*, epiſcopum *Conſtantinopolitanum*, primum fuiſſe dicit, qui ſymbolum fidei in ſingulis collectis recitari præceperit, quod antea ſemel tantum recitatum ſit quotannis die magnæ paraſceues, ſiue dominicæ paſſionis, dum epiſcopus baptizandos catechizarit.

Hoc dié moris erat ſeruorum, vt communionem reciperent, quemadmodum apud IOANNEM MOSCHVM [*i*] legimus, qui notabilem hiſtoriam de non nemine commemorat, qui ſanctam communionem linteo inuolutam in armario depoſuerit, quam, *τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ*, hac ſancta feria quinta hebdomadis paſſionis in eccleſia ſumtam, domum ſecum attulerit. Sub quo nomine hunc diem quoque deprehendimus in inſcriptione homiliæ cuiuſdam CHRYSOSTOMI [*k*] *τῇ ἁγίᾳ ϗ μεγάλῃ πεντάδι*. Recentiores rituum expoſitores vocant eam, *diem mandati*, quia hoc die ſeruator noſter pedes lauit diſcipulo-

(*g*) Concil. Laodic. can. XLVI. *Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. Quod oportet eos, qui illuminantur, fidem diſcere & quinta hebdomadis feria epiſcopo renuntiare vel presbyteris.*

(*h*) Theodor. Lect. lib. II p. 563. *Τιμόθεος τὸ τῶν τριακοσίων δέκα ϗ ὀκτὼ πατέρων τῆς πίστεως σύμβολον, κατ᾽ ἑκάστην σύναξιν λέγεσθαι παρεσκεύασεν, ἐπὶ διαβολῇ, δῆθεν Μακεδονίου, ὡς αὐτοῦ μὴ δεχομένου τὸ σύμβολον, ἅπαξ τοῦ ἔτους λεγόμενον πρότερον ἐν τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ τοῦ θείου πάθους, τῷ καιρῷ τῶν γινομένων ἐπισκόπου κατηχήσεων.*

(*i*) Moſch. prat. ſpirit. c. LXXIX. *ἔχων δὲ πιστικὸν κοινωνοῦντα τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ϗ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ· οὗτος ὁ πιστικὸς κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας ἔλαβεν κοινωνίαν τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ· καὶ βαλὼν αὐτὴν ἐν μουζικίῳ ἀπέθετο ἐν τῷ ἰδίῳ ἀρμαρίῳ. κ.τ.λ. Habebat autem ſeruum fidelem quemdam, ſanctæ & apoſtolicæ eccleſiæ communicantem. Hic iuxta prouinciæ conſuetudinem, die ſancto cœnæ dominicæ ſumtam communionem inuoluit in linteo mundiſſimo & in armario repoſuit.*

(*k*) Chryſoſt. homil. XXX. de proditione Iudæ. Tom V. p. 453. (hom. XXXII. p. 405. edit. Frf.) *Εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, καὶ εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν μυστηρίων, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν· τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πεντάδι. In proditionem Iudæ, & in paſcha, & in traditionem myſteriorum, & quod non oporteat iniuriarum meminiſſe: habita feria quinta hebdomadæ ſanctæ.*

rum suorum eisque mandauit, vt exemplum suum [l] imitarentur, vel quia sacramentum cœnæ suæ instituit, mandans discipulis, vt id facerent in sui commemorationem, vt alii [m] exponunt. Verum mos ille pontificis *Romani* excommunicandi hoc die omnes populos ac principes sedi *Romanæ* inimicos; & inter reliquos regem quoque *Hispaniæ* [n], eo quod in iura inuaserit ecclesiæ (quem, nulla petita venia, die parasceues rursus absoluit) vt est grande disciplinæ ecclesiasticæ ludibrium, ita nullum habet in antiquæ ecclesiæ praxi fundamentum.

§. XXXI.

De die passionis dominicæ.

SVNT, qui cum magna probabilitate statuunt, quod isti pœnitentes, qui vnius, duorum, trium vel plurium annorum pœnitentiam præcedenti quadragesima compleuissent (nam anni pœnitentiæ ab alio paschate ad aliud computari solebant) hoc die absolutionem acceperint. Id sane certum est, vel hoc ipso vel sequenti die eos absolui consueuisse. AMBROSIVS [o] enim diserte ait, quod dies, quo pœnitentiæ in ecclesia relaxetur, sit dies, quo sese pro nobis tradidit dominus. Qui vel ille dies sit, oportet, quo a *Iuda* proditus fuit; vel dies, quo passus est, & se ipsum sacrificium obtulit pro peccatis mortalium; hoc est, parasceue, (*Good Friday* [*]), siue pascha, vt sæpe vocatur, nimirum pascha crucis, *πάσχα σταυρώσιμον* in oppositione illius paschatis, quod *πάσχα ἀναστάσιμον*, siue pascha resurrectionis, dicebatur. Neque solum particulares absolutiones erant, quæ hoc passionis die publicis pœnitentibus impertiebantur, sed generalis quædam absolutio siue indulgentia omni denuntiabatur populo, diem istum ieiunio, precibus & vera cordis contritione obseruanti. Quomodo in concilio *Toletano* quarto inuenimus, vbi patres illic conscripti comperisse se aiunt, quod per nonnullas ecclesias *Hispanicas* sex-

(l) *Bp.* Sparrow's *Rationale on the Common-Prayer.* p. 135.

(m) Vid. Lestrange *Allyance of div. Offic.* p. 142.

(n) Bull. in cœna domini. Moulin *Buckler of Faith.*

(o) Ambros. epist. XXXIII. ad sororem. Erat dies, quo sese dominus pro nobis tradidit, quo in ecclesia pœnitentia relaxatur.

(*) Germ. *Stille Freytag.*

ta feria, siue dies passionis domini, non rite obseruetur: clausis enim basilicarum foribus nec celebrari officium, nec passionem domini populis prædicari. Vnde canonem faciunt in hæc verba [p]: *Oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse dominus cunctis nuntiandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare* (al. *præstolari*): *vt pœnitentiæ compunctione mundati venerabilem diem dominicæ resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur; corporisque eius & sanguinis sacramentum mundi a peccatis sumamus.* Præterea damnant eos [q], qui hoc die ieiunium ante horam nonam soluant, iubentque omnes præter paruulos, senes & languidos, totum diem in mœrore & abstinentia peragere, nec ieiunium resoluere ante peractas indulgentiæ preces. Vnde inferri licet, hanc absolutionem fuisse clausulam totius officii publici huius diei, quam quisquis non exspectasset, sacramentum corporis ac sanguinis domini in die paschatis percipere vetebatur, quia, vt canon loquitur, diem passionis dominicæ per abstinentiam non honorarat. Certe hic dies, quemadmodum antea vidimus, erat vnus ex duobus magnis illis diebus, quos generatim omnes christiani a se exacte obseruari oportere credebant. Etiam illi, qui nullam aliam quadragesimam obseruabant, hosce dies religiose celebrabant, tamquam dies, in quibus sponsus eis ablatus esset. Atque hæc ratio videtur esse, cur hic canon eos seuerius tractet, qui diem passionis dominicæ negligerent, quia generalem contemnebant consuetudinem & obseruationem christianorum.

(p) Concil. Toletan. IV. can. VII.

(q) Ibid. c. VIII. Quidam in die eiusdem dominicæ passionis ad horam nonam ieiunium soluunt, conuiuiis abutuntur, & dum sol ipse eodem die tenebris palliatus lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epulisque inseruiunt. Et quia totum eumdem diem vniuersalis ecclesia in mœrore & abstinentia peragit; quicumque in eo ieiunium, præter paruulos, senes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces, resoluerit, a paschali gaudio repellatur, nec in eo sacramentum corporis & sanguinis domini percipiat, qui diem passionis ipsius per abstinentiam non honorat.

§. XXXII.

De feria sexta, siue sabbato magno ante pascha.

SEXTA feria, siue sabbatum huius hebdomadis in vulgus notum erat nomine *sabbati magni* [r]; quemadmodum in CHRYSOSTOMO appellatum inuenimus & aliis scriptoribus. Multa habebat sibi peculiaria & propria. Hoc enim vnum solum sabbatum erat per vniuersum annum, quod ecclesiæ *Græcæ* & quædam ex *Occidentalibus* ieiunio transigebant. Cetera sabbata omnia, in ipsa etiam quadragesima, vna cum diebus dominicis festa erant, quemadmodum iterum iterumque percepimus supra. Hoc autem sabbatum magnum vt sollemnissimum ieiunium obseruabatur, quod nonnulli cum præcedentis diei ieiunio coniungebant, & vtrumque vnum continuatum efficiebant ieiunium superpositionis: & qui hosce duos dies ita coniungere sine relaxatione non poterant, feriam tamen sextam tanto exactius & seuerius obseruabant, ieiunium suum post mediam noctem ad galli vsque cantum prorogantes. Ita in *constitutionibus* [s] secundum praxin ecclesiæ mandari legimus. *In parasceue & sabbato ex parte omni ieiunate, quibus sat virium suppetit, nihil penitus gustantes vsque ad nocturnum galli cantum. Si quis vero duos dies continuare non valet, saltem sabbatum seruet. De se enim loquens dominus, ait: Quum ablatus fuerit ab illis sponsus, ieiunabunt in illis diebus.* Vt adeo hoc die vniuersale ieiunium fuerit per omnem ecclesiam, & quidem prorogatum non ad vesperam tantum, sed ad gallicinium vsque, quo tempore seruatoris nostri resurrectio contigisse credebatur. Præcedens noctis tempus vigiliis transigebatur, vbi ad peragendas omnes diuini cultus partes coibant, ad psalmodiam videlicet, ad scripturæ, legis, prophetarum & euangelii lectionem, ad preces,

(r) Chrysost. epist. I. ad Innocent. tom. IV. p. 680. (p. 595. edit. Frf.) ἡμῶν αὐτὰ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτικὸν πλῆθος αὐτῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπιγινομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθὸν, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν ἐξέβαλον κ. τ. λ. *Quum illa, quæ dixi, prætenderemus, ipso* magno sabbato, *collecta manus militum, ad vesperam diei in ecclesiam ingressa, clerum omnem, qui nobiscum erat, vi eiecit & armis sanctuaria vndique obsedit.*

(s) Constitut. lib. V. c. XVIII. Vid. §. XXV. sub litt. (m) pag. 229.

ad

ad verbi diuini prædicationem & ad baptiſmum conferendum illis catechumenis, qui ad eum recipiendum ſeſe offerebant: Qui actus omnes auctori *conſtitutionum* [t] in deſcriptione vigiliæ paſchalis memorantur ſigillatim. Diuerſas vigilias in eccleſia obſeruatas, libro quodam anteriore [*] enarrauimus. Hoc loco vnius tantum mentionem facimus, quæ reliquarum omnium erat celebratiſſima, inter ſabbatum magnum & diem reſurrectionis. Cuius crebra habetur mentio in antiquis ſcriptoribus, CHRYSOSTOMO [u], EPIPHANIO [x], PALLADIO [y],

(t) Ibid. c. XIX. *τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες, ἀπονηστίζεσθε ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων, ἥτις ἐστὶν ἡ κυριακή, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως ἀλεκτοροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι, γρηγορεῖτε, προσευχόμενοι καὶ δεόμενοι τοῦ θεοῦ, ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν, ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς, καὶ βαπτίσαντες ὑμῶν τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀναγνόντες τὸ εὐαγγέλιον ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, καὶ προσλαλήσαντες τῷ λαῷ τὰ πρὸς σωτηρίαν, παύσασθε τοῦ πένθους ὑμῶν. Sabbato vſque ab gallicinium permanentes (in ieiunio), illuceſcente vna ſabbatorum, quæ eſt dies dominica, ieiunium ſoluite; a veſpera vſque ad galli cantum vigilantes; & in eccleſia congregati in vnum, vigiliis, orationibus & ad Deum precibus vacantes, in pernoctatione veſtra, legem, prophetas, ac pſalmos legite vſque ad gallorum cantum, & baptiſmum conferte veſtris catechumenis; & recitato euangelio in timore ac tremore, habitaque ad populum adlocutione de rebus ad ſalutem pertinentibus luctui veſtro finem imponite.*

(*) Lib. XIII. c. IX. §. IV. vol. V. p. 288. ſeqq.

(u) Chryſoſt. homil. XXX. in Geneſ. p. 426. Not. Nihil heic inuenio de iſto præcipue peruigilio; pag. autem 424. (p. 329. edit. Frf.) habentur quædam de vigiliis magnæ hebdomadis in genere. Vid. lib. XIII. c. IX. §. IV. ſub litt. (i) vol. V. p. 290.

(x) Epiphan. expoſit. fid. §. XXII. *ἔν τισι δὲ τόποις τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν, ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν κυριακὴν μόνας. Quibuſdam in locis in ea ſolum nocte, quæ quintam feriam ſequitur, & in feriam ſextam deſinit, atque in ea, quæ dominicam antecedit, peruigilant.*

(y) Pallad. vit. Chryſoſt. cap. IX. pag. 82. 83. edit. Par. MDCLXXX. *Ἐν τούτοις ἐπέστη ἡ τοῦ μεγάλου σαββάτου ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ σωτὴρ σταυρωθεὶς ἐσκύλευσεν τὸν ᾅδην· --- οἱ μέν τοι πρεσβύτεροι Ἰωάννου, οἱ τὸν θεῖον ἔχοντες φόβον, ἐν τῷ δημοσίῳ λουτρῷ τῷ ἐπικαλουμένῳ Κωνσταντιαναῖς, τοὺς λαοὺς συναγαγόντες, εἶχοντο τὰς ἀγρυπνίας· οἱ μὲν τὰ θεῖα λόγια ἀναγινώσκοντες· οἱ δὲ βαπτίζοντες τοὺς κατηχηθέντας, ὡς εἰκὸς διὰ τὸ πάσχα. Interea venit magni ſabbati dies, quo ſeruator crucifixus exſpoliauit infernum: --- Ioannis presbyteri, qui Dei timorem habebant, in publico lauacro, quod Conſtantianas vocant, conuocatis populis vigilias agebant; alii ſcripturas diuinas legentes, alii catechumenos baptizantes, vt par eſt propter paſcha.*

GRE-

GREGORIO NYSSENO [z] & compluribus aliis. In primis LACTANTIVS & HIERONYMVS ex duplici ratione eam obseruatam esse narrant. *Hæc est nox*, inquit LACTANTIVS [a], *quæ nobis propter aduentum regis ac Dei nostri peruigilio celebratur: Cuius noctis duplex ratio est, quod & in ea vita tum recepit, quum passus est; & postea orbis terræ regnum recepturus est.* Et HIERONYMVS ait [b]: *Traditio iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Aegyptii temporis, quando pascha celebratum est, & exterminator venit, & dominus super tabernacula transiit, & sanguine agni postes nostrarum frontium consecratæ sunt. Vnde reor & traditionem apostolicam permansisse, vt in die vigiliarum paschæ, ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, exspectantes aduentum Christi. Et postquam illud tempus transierit, securitate præsumta, festum cunctos agere diem.* Tempore *Constantini* hanc vigiliam magna cum pompa actam esse, auctor est EVSEBIVS [c]. *Sacram vigiliam*, inquit, *in diurnum splendorem conuerterat Constantinus, accensis tota vrbe cereorum quibusdam columnis per eos, quibus id operis erat iniunctum. Lampades quoque accensæ cuncta passim loca illustrabant; adeo vt hæc mystica vigilia quouis vel splendidissimo die splendidior redderetur.* GREGORIVS etiam NAZIANZENVS [d] de hac consuetudine accendendi lampades & faces tam in ecclesia quam priuatis domibus loquitur. *Præclare quidem*, inquit, *nobis quoque fuit hesterna facium ac luminum gestatio, (quam priuatim iuxta, publiceque peregimus, omne genus hominum ferme, atque omnes magistratu & dignitate*

(z) Gregor. Nyssen. orat. in resurrect. domini. Not. Vaga allegatio. Nyssenus quinque habet orationes de hoc argumento, quarum priores tres bene longæ sunt, quas, lector ipse, si volet, euoluat.

(a) Lactant. lib. VII. c. XIX.

(b) Hieron. in Matth. XXV, 6.

(c) Euseb. vit. Constantin. lib. IV. cap. XXII. τὴν δὲ ἱερὰν διαννυκτέρευσιν μετέβαλλεν εἰς ἡμερινὰ φῶτα, κηροῦ κίονας ὑψηλοτάτους καθ' ὅλης ἐξαπτόντων τῆς πόλεως τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων· λαμπάδες δ' ἦσαν πυρὸς, πάντα φωτίζουσαι τόπον· ὡς λαμπρᾶς ἡμέρας τηλαυγεστέραν τὴν μυστικὴν διαννυκτέρευσιν ἀποτελεῖσθαι. Et cap. LVII. ἤδη δ' ἡ μεγάλη τοῦ πάσχα ἑορτὴ παρῆν· ἐν ᾗ ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς ἀποδιδοὺς, συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις. *Aderat iam magna paschalis festi sollemnitas; in qua imperator vota Deo persoluens, vna cum ceteris pernoctauit.*

(d) Nazianz. orat. XLII. de pasch. p. 676. καλὴ μὲν ἡ χθὲς ἡμῖν λαμπροφορία καὶ φωταγωγία, ἣν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συνεστησάμεθα· πᾶν γένος ἀνθρώπων μικροῦ,

insi-

insignes, largo igne noctem illustrantes) magnumque illud lumen referens, quod vel cælum vniuersum orbem, siderum suorum pulchritudine illustrans, superne nobis traiicit, vel supercæleste est, tum in angelis, quæ prima post primam lucida natura est (nam illinc splendorem trahunt) tum in ipsa trinitate, a qua lumen omne productum est, ab indiuisibili lumine diuisum atque honoratum. At hodierna præclarior & excellentior. Nam hesternum lumen magni illius luminis exsurgentis prænuntium erat, ac veluti profesta quædam animarum voluptas. Hodie autem ipsam resurrectionem celebramus, non iam in spe positam, sed iam ortam mundumque totum sibi conciliantem. TERTVLLIANVS hanc vigiliam ætate sua ab omni populo, a feminis non minus quam viris sollemniter actam esse innuit. Scribens enim contra christianarum feminarum cum ethnicis matrimonium, inter alia argumenta hanc illis quæstionem [*e*], ad dissuadendum eis tam periculosum consortium, proponit: *Quis* (infidelis maritus) *sollemnibus paschæ abnoctantem* (vxorem) *securus sustinebit?* Ex SOCRATE manifestum est, sectariis æque ac catholicis magnam huius noctis fuisse reuerentiam. Nam in quadam harum vigiliarum paschalium [*f*] accidit, vt *Sabbatiani*, qui propago quædam erant *Nouatianorum*, tumultu quodam ac terrore dæmoniaco correpti, ortaque in-

καὶ ἀξία πᾶσα, δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὴν νύκτα φωτίζοντες, καὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀντίτυπος· ὅσον τε οὐρανὸς ἄνωθεν φρυκτωρεῖ, κόσμον ὅλον αὐγάζων τοῖς παρ᾽ ἑαυτοῦ κάλλεσι, καὶ ὅσον ὑπερουράνιον, ἔν τε ἀγγέλοις τῇ πρώτῃ φωτεινῇ φύσει μετὰ τὴν πρώτην τῷ ἐκεῖθεν πηγάζεσθαι, καὶ ὅσον ἐν τῇ τριάδι, παρ᾽ ἧς φῶς ἅπαν συνέστηκεν ἐξ ἀμερίστου φωτὸς μεριζόμενον καὶ τιμώμενον· καλλίων δὲ ἡ σήμερον καὶ περιφανεστέρα· ὅσῳ χθὲς μὲν πρόδρομον ἦν τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀνισχομένου τὸ φῶς, καὶ οἷον εὐφροσύνη τις προεόρτιος· σήμερον δὲ τὴν ἀνάστασιν αὐτὴν ἑορτάζομεν, οὐκ ἔτι ἐλπιζομένην, ἀλλ᾽ ἤδη γεγενημένην, καὶ κόσμον ὅλον ἑαυτῇ συνάγουσαν.

(*e*) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IV.

(*f*) Socrat. lib. VII. c. V. μετ᾽ οὐ πολὺ τὴν ἐκ προλήψεως ἑορτὴν ἐπιτέλει [ὁ Σαββάτιος] καὶ συνέῤῥεον πρὸς αὐτὸν ἐξ ἔθους πολλοί· καὶ τὴν, ἐξ ἔθους παννυχίδα ποιούντων, θόρυβός τις δαιμόνιος ἐνέπεσεν εἰς αὐτοὺς, ὡς ἄρα Σισίννιος ὁ αὐτῶν ἐπίσκοπος σὺν πολλῷ πλήθει ἔρχεται κατ᾽ αὐτῶν· καὶ ταραχῆς γενομένης, οἷα εἰκὸς, ἐν νυκτὶ καὶ στενῷ τόπῳ ἀποληφθέντες, ἑαυτοὺς συνέτριψαν· ὡς ἀπολέσθαι ἐξ αὐτῶν ὑπὲρ τοὺς ἑβδομήκοντα ἀνθρώπους. *Paullo post quum Sabbatius festum diem ex anticipata opinione celebraret, multique ad eum concurrerent, & sollemni peruigilio in ecclesia pernoctarent, tumultus quidam ac terror dæmoniacus repente eos corripuit; quasi Sisinnius ipsorum episcopus cum ingenti hominum multitudine in ipsos impetum faceret. Ortaque ex eo, vt*

de perturbatione fugientes, in angusto loco conclusi semetipsos obtererent, adeo vt plusquam septuaginta ex illis interirent.

HAEC nox præ reliquis omnibus illustris erat ob consuetudinem dandi baptismum catechumenis; quemadmodum non tantum ex illis discimus, quæ de prisco baptizandi tempore, tamquam paschali sollemnitati præcipue adsignato, generatim commemorantur; sed specialius quoque ex funestis relationibus, quas de barbara inuasione basilicæ CHRYSOSTOMI, & de impetu in ipsum ipsiusque clerum ac populum, hac nocte ad agendas paschales vigilias baptizandosque catechumenos congregatum, facto hic ipse CHRYSOSTOMVS [g] atque PALLADIVS [h] narrant. Vbi inter alia inhumanæ hosti-

fieri solet, perturbatione, noctu in angusto loco conclusi semetipsos obtriverunt: adeo vt plus quam septuaginta ex illis interierint.

(g) Chrysost. epist. I. ad Innocent. tom. IV. p. 680. (p. 596. edit. Frf.) *ἡμῶν αὐτό, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτικὸν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπειγομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθὸν, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοίχιστο· καὶ γυναῖκες τῶν ἐκκλησιῶν οἴκων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν γυμναὶ ἔφυγον ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου· οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἵματος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. Quum illa, quæ dixi, prætenderemus, ipso magno sabbato collecta manus militum ad vesperam diei in ecclesias ingressa, clerum omnem, qui nobiscum erat, vi eiecit, & armis sanctuarium vndique obsedit. Mulieres quoque sacrarum ædium, quæ per illud tempus se exuerant, vt baptizarentur, metu, grauis istius incursus nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur, vt se velarent, sicut mulieres honestas decet. Multæ etiam exceptis vulneribus eiiciebantur, & sanguine implebantur piscinæ, & sancto cruore latices rubescebant.*

(h) Pallad. vit. Chrysost. cap. IX. p. 84. 85. 86. *παρατείνασι γὰρ τὸν λαὸν ἐν τοῖς μέρεσιν ἡμῶν ἕως ἀλεκτρυόνος πρώτου, ἔχων Θρᾶκας ξιφήρεις νεοστρατεύτους κατὰ τὸν Ἠσαῦ τετρακοσίους, ἀναιδεῖς περισσῶς, ἐπεπήδησεν αἰφνίδιον κατὰ τὴν νύκτα, σὺν τοῖς ἐπιδεικνῦσι κληρικοῖς καὶ τοῖς στρατιώταις ἰταμῶς, ὡς ἅτε λύκος, σιδήρῳ στίλβοντι διασχίσας τοὺς ὄχλους· χωρήσας δ' ἔνδον τῶν μακαρίων ὑδάτων ἐπὶ κωλύσει τῶν μυουμένων τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος· καὶ τῷ μὲν διακόνῳ θρασέως ἐντιναχθεὶς, τὰ σύμβολα ἐκχέει· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους ἤδη που καὶ ἡλικιώτας, ῥοπάλοις κατὰ κρανίου παίσας, αἵματι κιρνᾷ τὴν κολυμβήθραν· τότε ἦν ἰδεῖν τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην νύκτα, ἐν ᾗ καὶ δαίμονες πίπτουσι ἐπληχότες, εἰς λαβύρινθον μεταβληθεῖσαν· γυμναὶ γὰρ γυναῖκες σὺν τοῖς ἀνδράσι δρασμῷ ἐχρῶντο, φόβῳ τοῦ σφαγῆναι ἢ ἀσχημονῆσαι, τὸν ἀσχήμονα ἀσπαζόμεναι δρόμον· --- τῇ ἐπαύριον γοῦν*

lita-

litatis facinora hoc insolitum nefandæ crudelitatis exemplum memorant, quod hostes mulieres sacrarum ædium, siue catechumenas, quæ per illud tempus se exuissent vt baptizarentur, nudas aufugere coëgerint, multas etiam trucidarint in ipso baptisterio, & sanguine impleuerint piscinas, siue sacros fontes. Et tamen hac nocte, tumultu isto non obstante, tria hominum millia baptismum susceperunt; quemadmodum speciatim a PALLADIO memoriæ proditum est. Vnde facile est colligere, quod hæc nox celebratissimum baptismi tempus fuerit; & quod, sicut pœnitentes pridie in communionem restituti sint ecclesiæ, quam perdidissent, ita hoc die catechumeni perfecti christiani facti & in communionem admissi fuerint, quam antea numquam habuissent, & vtrique quidem, vt sacram eucharistiam in die paschatis perciperent. Ita vniuersam ecclesiæ praxin, in obseruanda quadragesima siue anniuersario quadraginta dierum ieiunio, priscis temporibus vsitatam a principio ad finem vsque spectauimus.

ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς, τοῦ γυμνασθῆναι ἐν τῷ παρακειμένῳ πεδίῳ, εἶδεν τὴν ἄσπερον γῆν, τὴν περὶ τὸ Πέμπτον, λευχειμονοῦσαν· καὶ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ θέᾳ τοῦ ἄνθους τῶν νεοφωτίστων· ἦσαν γὰρ ἀμφὶ τοὺς τρισχιλίους· ἤρετο παρὰ τῶν δορυφόρων· τίς ἡ λογὰς τῶν ἐκεῖ συνηθροισμένων, κ.τ.λ. *In eos, qui populum in partibus nostris vsque ad primum galli cantum detinebant, derepente noctu impetum fecit, ipse timores habens, districtos gladios gestantes instar Esau quadragintos, egregie imprudentes cum iudicibus, clericis & militibus, insolenter vt lupus, coruscante ferro multitudinem perrumpens, penetrat vsque ad sanctas aquas, vt prohiberet eos, qui initiabantur sacramento dominicæ resurrectionis. Et in diaconum procaciter illisus, symbola effudit: Presbyteros vero grandæuos fustibus in capite feriens, sacrum fontem cruore conspersit. Tunc videre erat angelicam illam noctem, in qua etiam dæmones corruunt perterriti, in labyrinthum conuersam. Nudæ enim mulieres cum viris metu mortis aut turpitudinis, turpi fugæ se dabant, indecorum cursum præferentes. - - Die sequenti egressus imperator, vt sese exerceret in vicino campo, vidit agnum circa Pemptum seu Quintum, non consitum & candentem, & stupefactus adspectu coloris nuper baptizatorum (erant enim ad tria milia) satellites rogat, quinam esset illic congregatorum cœtus.*

LIBRI VICESIMI PRIMI
CAPVT SECVNDVM
DE IEIVNIIS QVATVOR TEMPORVM; DE IEIVNIIS MENSTRVIS, ET DE ORIGINE IEIVNIORVM QVATERNARIORVM ORDINATIONIS ET ROGATIONVM.

§. I.

Ieiunium Martii *siue primi mensis idem atque ieiunium quadragesimale.*

PROXIMA anniuersaria ieiunia erant sic dicta ieiunia quatuor temporum. Hæc vocabantur ieiunia primi, quarti, septimi & decimi mensis, siue ieiunia vernum, æstiuum, autumnale & hiemale, obseruata in *Martio*, *Iunio*, *Septembri* & *Decembri*, qui quatuor diuersorum anni temporum initia habebantur. Hæc initio designata erant, non vt essent tempora ordinationis, sed vt diuina imploraretur diuersis anni temporibus benedictio, vel vt agerentur gratiæ pro beneficiis in eorum quolibet diuinitus acceptis, vel vt corpus & anima peculiari quadam ratione, recurrentibus his statis strictioris disciplinæ & magis intensæ deuotionis temporibus, exercerentur atque purgarentur. Vnus e primis, qui de ieiuniis sub nomine & numero quatuor temporum ex instituto loquitur, LEO est, pontifex *Romanus*, in sermonibus suis circa annos CCCCL, quorum in vno hoc illa ordine recenset [a]: *Ieiunia ecclesiastica ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem ieiunium vernum in quadragesima, æstiuum in pentecoste autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus.* Alio loco [b] ait: *Præsidia militiæ christianæ* (ieiunia intelligit) *sanctificandis mentibus nostris atque corporibus diuinitus instituta, ideo cum dierum temporumque curriculis sine cessatione reparantur, vt infirmitatum nostrarum*

(a) Leo serm. VIII. de ieiunio decimi mensis. (biblioth. patr. tom. VII. p. 991. h. edit. Lugdun. MDCLXXVII.)

(b) Leo serm. VII. de ieiun. decimi mensis. (ibid. p. 990. fin.)

ipsa

ipsa nos medicina commoneat. Et rursus alibi [*]: *Ideo ipsa continentiæ obseruantia quatuor est adsignata temporibus, vt in id ipsum totius anni redeunte decursu cognosceremus, nos indesinenter purificationibus indigere, semperque esse nitendum, dum huius vitæ varietate iactamur, vt peccatum, quod fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur, ieiuniis atque eleemosynis deleatur.* PHILASTRIVS quoque de quatuor notis ieiuniis, per annum ab ecclesia celebrari solitis, loquitur. Loco autem ieiunii *Septembris* ponit ieiunium epiphaniæ, hoc ordine ea [c] recensens: *Per annum quatuor ieiunia in ecclesia celebrantur. In natali primum, deinde in pascha, tertium in epiphania, quartum in pentecoste, ab adscensione inde vsque ad pentecosten diebus decem.* Vt adeo hæc quatuor ieiunia non prorsus eadem fuerint tempore PHILASTRII, quæ tempore LEONIS papæ fuerunt. Ieiunium vernum siue ieiunium in pascha euidenter est ieiunium quadragesimæ, de quo loquuti sumus antea. Nondum enim peculiaris hebdomas in quadragesima ordinationibus adsignata erat, vt distinctum aliquod esset ieiunium, vti postea videbimus.

§. II.

De ieiunio pentecostes.

IEIVNIVM pentecostes, quod LEO ieiunium æstiuum vocat, ATHANASIO quoque memoratur. Nam in apologia sua ad *Constantium* [d] hebdomade post sanctam pentecosten populum, expleto ieiunio, orandi caussa ad cœmiterium egressum esse, dicit. Concilium *Gerundense* in *Hispania* [e] hebdomadi post pentecosten hoc ieiunium adsignat, statuens, *vt, expleta sollemnitate pentecostes, in sequenti septimana, a quinta feria vsque in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.* Concilium secundum *Turonense* vitam viuentes monasticam [f] integram hebdomadem post pentecosten ieiunare iubet. *Post quinquagesi-*

(*) Id. serm. IX. de ieiun. septimi mensis. (ibid. p. 1060. e.)

(c) Philastr. biblioth. patr. tom. IV. p. 48. (p. 723. edit. Lugd. MDCLXXVII.)

(d) Athan. apol. de fuga. Tom. I. p. 704. (p. 323. c. edit. Paris. MDCXCVIII.) *τῇ γὰρ ἑβδομάδι μετὰ τὴν ἁγίαν πεντηκοστὴν ὁ λαὸς νηστεύσας ἐξῆλθε περὶ τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι.*

(e) Concil. Gerund. I. can. II.

(f) Concil. Turon. II. c. XVII.

mam, inquiens, *tota hebdomade ex asse ieiunent.* Vtrum vero hoc fuerit in hebdomade pentecosten sequente, an hebdomade post hanc, ex hisce canonibus non liquet. Neque enim hæc quatuor temporum ieiunia certæ cuidam hebdomadi ita adsignata erant, vt hebdomade & amplius in obseruatione sui non possent variare, quemadmodum ex concilio *Salegunstadiensi* [*g*] patet, quod regulas suggerit, secundum quas hæ variationes instituendæ sint & accommodandæ. Et in quodam concilio in *Anglia* nostra, *Oxonii* [*h*] ann. MCCXXII sub *Stephano de Langetuna*, archiepiscopo *Cantuariensi*, habito, quod ieiunia quatuor temporum constituit, ieiunium pentecostes a multis diverso modo celebratum esse significatur. Alii enim id obseruabant in hebdomade post litanias, siue dies rogationum, alii in hebdomade pentecostes. Quæ res non vniuersalem aliquam regulam siue traditionem in ecclesia de hoc ieiunio fuisse ostendit.

(*g*) Concil. Salegunstad. an. MXXII. can. II. (tom. IX. concil. p. 845.) De incerto ieiunio quatuor temporum hanc certitudinem statuimus, vt si kalendæ Martii in quarta feria siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. Si autem kalendæ Martii in quintam feriam aut sextam aut sabbatum distenduntur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo si kalendi Iunii in quartam feriam, aut antea euenerint, in subsequente hebdomada ieiunium celebretur. Et si in quintam feriam aut sextam aut sabbatum contigerint, ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur. Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada sollemni pentecostes: & tunc propter sollemnitatem spiritus sancti, diaconus dalmaticis induatur & alleluia cantetur, & flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, & si kalendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

(*h*) Concil. Oxon. c. VIII. (tom. XI. concil. p. 275.) In Martio prima hebdomada ieiunandum est feria quarta & sexta & sabbato. In ieiunio in secunda, quod dupliciter obseruatur a pluribus, in prima hebdomada post litanias, aut in hebdomada pentecostes. In Septembri per tres dies. In proxima septimana integra ante natalem domini.

§. III.

§. III.

De ieiunio menſis ſeptimi, ſiue ieiunio auctumnali.

IEIVNIVM menſis ſeptimi, ſiue ieiunium auctumnale, nec PHILASTRIO nec vlli ſcriptori alii, quod ego ſciam, ante *Leonem* memoratur. Poſt eum vero GELASIVS [*i*] de eo loquitur, tamquam vno ex quatuor ſollemnis ordinationis temporibus, quæ ſemper obſeruabantur cum ieiunio, ex quo primum in eccleſiam fuerant inuecta. Verum hoc non niſi poſt *Leonem* [*k*] factum. Etſi enim hic ſemper de ieiunio *Septembris* ſiue menſis ſeptimi loquitur, numquam tamen innuit, fuiſſe hoc ſtatum & ſollemne tempus ordinationis, ſed alias eius rationes reddit, quia deceat homines in anniuerſario vniuscuiusque horum temporum decurſu peccatis ſeſe purgare.

§. IV.

De ieiunio aduentus ſeu natalis domini, vocato ieiunio Decembris *ſiue menſis decimi.*

IEIVNIVM *Decembris* ſiue menſis decimi, dictum alias ieiunium aduentus ſeu natalis domini, PHILASTRIO memoratur, tamquam vnum ex ſollemnibus eccleſiæ ieiuniis. Hoc ieiunium antiquis temporibus a feſto *S. Martini* vſque ad natalem *CHRISTI*, ter per ſingulas hebdomadas, diebus ſcilicet *Lunæ*, *Mercurii* & *Veneris* agitabatur, quemadmodum ex concilio *Matiſconenſi* videre eſt, vbi canon habetur in hanc ſententiam [*l*]: *Vt a feria S. Martini vſque ad natale domini, ſecunda, quarta & ſexta ſabbati ieiunetur, & ſacrificia quadrageſimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, vt nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe.* Concilium *Turonenſe II.* [*m*] monachos ſingulis diebus per hoc tem-

(*i*) Gelaſ. epiſt. IX. ad epiſcopos Lucaniæ, cap. XI. Ordinationes presbyterorum & diaconorum, niſi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id eſt, quarti menſis ieiunio, ſeptimi & decimi, ſed & etiam quadrageſimalis initium ac mediana quadrageſimæ die, ſabbati ieiunio circa veſperam nouerint celebrandas.

(*k*) Leo ſerm. IX. de ieiun. menſis ſeptimi p. 88. (Vid. §. I. ſub ſigno (*) pag. 245. in textu.

(*l*) Concil. Matiſcon. I. c. IX.

(*m*) Concil. Turon. II. c. XVIII. De decembri vſque ad natalem domini omni die ieiunent.

poris

poris interuallum ieiunare iubet. In concilio autem *Salegunstadiensi* [n] & *Oxoniensi* [o] hoc ieiunium ad hebdomadem natalem Christi proxime antecedentem, reducitur.

§. V.

De ieiunio epiphaniæ.

PRAETER hæc quatuor temporum ieiunia, PHILASTRIVS ieiunii facit mentionem ante epiphaniam, vel potius, vt antea obseruatum est, in locum ieiunii *Septembris* illud ponit. Concilium *Turonense* secundum [p] huius ieiunii meminit, dicitque esse ieiunium tridui, & præcipue institutum ad calcandas gentilium festiuitates, quas per tres dies continuas licenter & intemperanter celebrarint; quos tres dies patres id circo iussisse esse dies abstinentiæ & priuatarum litaniarum, vt hoc modo impediantur populi, quo minus in comessationes ac heluationes gentilium abripiantur. Vt ita kalendis *Ianuarii*, siue die circumcisionis, ieiunium potius quam festum per aliquot ecclesiæ sæcula agitarint. Ex ante memorato enim concilio kalendas *Ianuarias* tribus diebus sic dicti ieiunii epiphaniæ inclusas fuisse apparet.

§. VI.

De ieiuniis menstruis.

NONNVLLIS in locis etiam singulis mensibus celebrabantur ieiunia, duobus mensibus *Iulio* & *Augusto* exceptis. Sic in *Hispania* obtinuit ex canone concilii *Illiberritani* [q]: *Ieiuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulii & Augusti, ob eorumdem infirmitatem.* Fuisse hæc ieiunia aliquid amplius quam vsitata ieiunia feriæ quartæ & sextæ, manifestum videtur ex nomine ieiuniorum superpositionum, quo insigniuntur, quod hoc loco non longitudinem

(n) Concil. Salegunstad. c. II. In decembri illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis domini celebretur ieiunium.

(o) Concil. Oxon. c. VIII. vt supra. In proxima septimana integra ante natalem domini ieiunandum.

(p) Concil. Turon. II. c. XVIII. Inter natalem domini & epiphaniam omni die festiuitates sunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentilium consuetudinem patres nostri statuerunt priuatas in kalendis Ianuariis fieri litanias &c.

(q) Concil. Illiberrit. c. XXIII.

ieiu-

ieiuniorum, ſed nouam eorum impoſitionem & indictionem ſignificat, quemadmodum in hunc canonem recte obſeruat ALBASPINAEVS [*]; tametſi, quæ fuerint illa ieiunia, non facile eſt dicere. Si mihi copia daretur in re obſcura faciendi coniecturam, concluderem, hanc ieiuniorum ſuperpoſitionem fuiſſe additionem feriæ ſecundæ ad quartam & ſextam, quia in concilio quodam *Gallicano* [r] ſic inuenimus, quod rationem ieiunandi per diuerſos anni menſes vitam ſectantibus aſceticam præſcribens, ter in hebdomade eos ieiunare iubet, nimirum feria prima, quarta & ſexta a pentecoſte ad *Auguſtum* vſque menſem; & rurſus per menſes *Septembrem*, *Octobrem*, & *Nouembrem*. *Auguſtus* autem excipitur, quia hoc menſe fere quotidie feſtiuitas cuiuſdam martyris [ſ] celebrabatur cum manicatione, ſiue officio matutino feſtiuitati proprio. Accedit, quod ipſum concilium *Illiberritanum* in alio canone [t] introducens in *Hiſpaniam* ieiunium ſabbati, quod antea feſtum fuerat, ideo ieiuniorum ſuperpoſitionem vocet, quia nuper in *Hiſpania* exemplo eccleſiæ *Romanæ* receptum erat. Si cui hæc coniectura circa menſtrua ieiunia & ieiuniorum ſuperpoſitiones non probatur, is per ſe ex melioribus rationibus iudicandi habet libertatem.

§. VII.

De origine ieiuniorum quaternariorum ordinationis, vulgo Ember-Weeks.

SVNT, qui ieiunia ordinationis, vulgo *Ember-Weeks*, ea-

(*) Albaſpin. in loc. Ieiunia ſuperponere eſt ieiunia de nouo imponere & indicere, quæ autem fuerint illa ieiunia, quæ ſingulis menſibus, præter ſtationes feriæ ſextæ & ſabbati, ſuperimpoſita eſſent in Hiſpania, non facile eſt dicere, quum ea peculiari quadam lege & conſuetudine celebrarentur in illa prouincia.

(r) Concil. Turon. II. c. XVIII. Poſt quinquageſimam tota hebdomade exacte ieiunent. Poſtea vſque ad kalendas Auguſti ter in ſeptimana ieiunent, ſecunda, quarta & ſexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunt, prandium habeant. In Septembri toto & Octobri & Nouembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana.

(ſ) Ibid. can. XIX. Toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtiuitates ſunt & miſſæ.

(t) Concil. Illiberrit. c. XXVI. Errorem placuit corrigi, vt omni ſabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.

dem esse putant quæ ieiunia quatuor temporum, adeoque communiter pro certo & concesso sumunt, quod quæ illa, ea & hæc probent. Verum superiore quodam libro [*] occasionem habuimus ostendendi, per aliquot sæcula non fuisse ab ecclesia certa tempora ordinationi præstituta, sed homines omnibus officiis ac gradibus quouis tempore consecrari consuevisse, prout rerum necessitas requisierit. Et quum ieiunia quatuor temporum primum instituerentur, alio prorsus fine instituebantur, non ob ordinationes: Quia ordinationes in ecclesia *Romana* mense *Decembri* adhuc peragebantur, postquam quatuor temporum ieiunia iam inuecta essent, vsque dum *Simplicius* circa annos CCCCLXVII. *Februarium Decembri* adderet. Hoc ab AMALARIO FORTVNATO [u] obseruatur, quemadmodum monuimus antea. Et HENRICVS WHARTONVS [x], eamdem obseruationem, ab IVONE *Carnotensi* in libro de *officiis ecclesiasticis* manuscripto factam, se reperisse ait. Concilium *Moguntinum*, tempore *Caroli M.* imperatoris habitum, ieiuniorum quatuor temporum [y] mentionem iniicit, eaque in prima hebdomade *Martii*, in secunda hebdomade *Iunii*, in tertia hebdomade *Septembris* & in *Decembri* in hebdomade, natalem domini proxime antecedente, obseruari iubet: Ista autem ieiu-

(*) Lib. IV. c. VI. §. VI. volum. II. p. 177. seqq.

(u) Amalar. de offic. eccles. lib. II. c. I. (In bibliothec. patr. tom. XIV. pag. 968.) Primi apostoli semper in Decembrio mense, in quo natiuitas domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant, vsque ad Simplicium, qui fuit a b. Petro quadragesimus nonus. Ipse primus sacrauit in Februario.

(x) Wharton auctar. ad Vsser. hist. dogmat. de scriptura & sacris vernaculis p. 363. Omnes apostolicos a beato Petro vsque ad Simplicium papam ordinationes tantum in ieiunio Decembris celebrasse adnotauit Iuo Carnotensis in libro de ecclesiasticis officiis MS.

(y) Concil. Mogunt. c. XXXIV. (tom. VII. concil. p. 1249.) Constituimus, vt quatuor tempora omni ab omnibus cum ieiunio obseruentur, id est, in mense Martio hebdomada prima: & feria IV & VI. & sabbato veniant omnes ad ecclesiam, hora nona cum litaniis ad missarum sollemnia. Similiter in mense Iunio hebdomada secunda, feria IV & VI. & sabbato ieiunetur vsque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembrio tertia, & in mense Decembrio hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis domini, sicut est in Romana ecclesia traditum.

nia ieiunia ordinationis fuiſſe, de eo quidem altum ibi eſt ſilentium. Sunt etiam, qui a *Gregorio VII.* primum ſancitum eſſe ſtatuunt, vt ieiunia ordinationis & ieiunia quatuor temporum exacte ſimul inciderent; ante quod tempus, vt tempora ordinationis arbitraria fuerint & mobilia, ita quoque ieiunia fuiſſe, ad illa pertinentia, quæ ſemper in eccleſia obtinuerint, quamuis nulli certo tempori adſignata.

§. VIII.

De origine ieiunii rogationum.

CIRCA ſæculum quintum medium nouum ieiunium in *Gallia* a *Mamerco* epiſcopo *Viennenſi* ſub nomine *litaniarum* ſiue *rogationum* inuehi cœptum eſt, quod per dies tres, diem adſcenſionis in feſtiuitate pentecoſtali proxime antecedentes, celebrabatur. Ieiunium hiſce diebus obſeruandi conſuetudo plane noua erat, quia antehac vniuerſi quinquaginta dies pentecoſtes omnino feſti fuerant, & omne ieiunium & inflexio genuum prohibita hoc tempore; quemadmodum libro vltimo [*] demonſtrauimus. Supplicationes ſiue litaniæ extra ordinem, ferente hac illa occaſione, fieri ſolebant, at *Mamercus* primus erat, qui hoſce dies illis præſtituebat. Cuius exemplum multæ *Occidentis* eccleſiæ ſunt imitatæ, quemadmodum memoriæ prodidit SIDONIVS APOLLINARIS [z]. Eccleſiæ autem *Hiſpanicæ* veterem potius morem omnes pentecoſtes dies feſtos agendi ſequendum ducebant. Vnde concilium *Gerundenſe* [a]

(*) Lib. XX. c. VI.

(z) Sidon. lib. V. epiſt. XIV. Quidquid illud eſt, quod vel otio, vel negotio vacas, in vrbem tamen *rogationum* contemplatione reuocabere: Quorum nobis ſollemnitatem *primus Mamercus* pater, & pontifex, reuerendiſſimo exemplo, vtiliſſimo experimento *inuenit*, *inſtituit*, *inuexit*. Erant quidem prius (quod ſalua fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, infrequentesque, vtque ſic dixerim, obſcitabundæ ſupplicationes, quæ ſæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres, aut ſerenitatem deprecaturæ, ad quas (vt nihil amplius dicam) ſigulo pariter atque hortulano non oportuit conuenire. In his autem, quas ſuprafatus ſummus ſacerdos nobis protulit pariter & contulit, ieiunatur, *oratur*, pſallitur fletur. Id. lib. VII. epiſt. I. ad Mamercum. *Solo inuectarum te auctore rogationum* palpamur auxilio, quibus inchoandis, inſtituendis populus Auernus, etſi non effectu pari, adfectu certe non impari cœpit initiari.

(a) Concil. Gerund. c. II. De litania, vt expleta ſollemnitate pentecoſtes, ſe-

hoc ieiunium rogationum in hebdomade poſt pentecoſten potius obſeruari iuſſit; aliamque iſtiuſmodi litaniam, ſiue rogationum ieiunium, kalendis *Nouembris* adſignauit, qui dies poſtea omnium ſanctorum feſtiuitas euaſit, a dominica trinitatis huc translata. Concilia *Toletana* quintum & ſextum [*b*] alias litanias idibus *Decembris* inſtituerunt. Et concilium decimum ſeptimum *Toletanum*, an. DCXCIV. habitum, generalius decretum [*c*] fecit, vt per totum annum ſingulis menſibus iſtiuſmodi litaniæ ſeu rogationes celebrarentur. Et ſub hoc capite ieiuniorum menſtruorum concludere licebit, ieiunium rogationum in pentecoſte, etſi initio non receptum, tandem fortaſſis in eccleſias *Hiſpanicas* inuectum eſſe: Quod tamen non extra omnem controuerſiam poſitum eſt, quia WALAFRIDVS

quenti ſeptimana, a quinta feria vſque in ſabbatum per hoc triduum abſtinentia celebretur. Can. III. Item ſecundæ litaniæ faciendæ ſunt kalendis Nouembris, ea tamen conditione ſeruata, vt ſi iiſdem diebus dominica intercesſerit, in alia hebdomada ſecundum prioris abſtinentiæ obſeruantiam, a quinta feria incipiantur, & in ſabbato veſpere miſſa facta finiantur. Quibus tamen diebus a carnibus & a vino abſtinendum decreuimus.

(*b*) Concil. Tolet. V. can. I. Scilicet vt in cuncto regno a Deo ſibi conceſſo ſpecialis & propria hæc religioſa omni tempore teneatur obſeruantia, vt a die iduum Decembrium litaniæ triduo vbique annua ſucceſſione peragantur, & indulgentia delictorum lacrimis impetretur cetera. Conc. Tolet. VI. c. II. Vniuerſalis auctoritate cenſemus concilii, vt dies litaniarum, qui in ſynodo præmiſſa ſunt inſtituti, eodem in tempore, quo iuſſi ſunt excoli, annuo recurſu omni obſeruatione habeantur celeberrimi, vt pro illis, quibus nunc vſque ſimul implicati ſumus delictis, ſit noſtra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.

(*c*) Concil. Toletan. XVII. c. VI. Quamquam priſcorum patrum inſtitutio, per totum annum, per ſingulorum menſium curſum, litaniarum vota decreuerit perſoluenda, nec tamen ſpecialiter pro quibus cauſſis id ipſum ſit peragendum, tamen quia cooperante humani generis aduerſario, multa inoleuit oberrandi conſuetudo, & iuriſiurandi tranſgreſſio, ideo ſecundum euangeliſtam, qui ait: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*, in commune ſtatuentes decernimus, vt deinceps per totum annum, in cunctis duodecim menſibus per vniuerſas Hiſpaniæ & Galliarum prouincias, pro ſtatu eccleſiæ Dei, pro incolumitate principis noſtri, atque ſaluatione populi, & indulgentia totius peccati, & a cunctorum fidelium cordibus expulſione diaboli, exomologeſes votis gliſcentibus celebrentur: quatenus tum generalem omnipotens dominus afflictionem perſpexerit, & delictis omnibus miſeratus indulgeat, & ſæuientis diaboli incitamenta ab animis omnium procul eiiciat.

STRA-

STRABO, qui integro sæculo post hoc concilium vixit, de illis obseruat [d], quod in pentecoste ieiunare recusent, quia scriptum sit, *Non possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus.* Vtrum vero hanc obseruationem de ecclesiis *Hispanicis* faciat, prout sua ipsius ætate, an vero prout prioribus temporibus mos in eis obtinuerit, quando concilium *Gerundense* ieiunium omne in pentecoste prohibuit, id aliquo modo dubium est. Quamobrem satis habeo hasce res hoc loco [*] vel digito indicasse, easque vt controuersas diligentiori aliorum disquisitioni relinquo. De ecclesia *Græca* res magis incontrouersa est atque indubia, numquam in ea ieiunium rogationum celebratum fuisse tempore pentecostes. Nam præter omnium veterum *Græcorum* scriptorum hac de re silentium, LEO ALLATIVS ipse quidem natione *Græcus* nobis adfirmat [e], hodiernis *Græcis* rogationes triduanas ante adscensionem ignotas esse; neque eos habere vlla stata ieiunia inter pascha & pentecosten, immo ne quidem semiieiunia feriæ quartæ & sextæ, quæ tamen tamquam dies stationum in reliquis anni partibus omnibus obseruentur. Idem ille [f] & IACOBVS GRETSERVS eos reprehendunt, qui obseruationem ieiunii rogationum illis

(d) Strabo de offic. ecclef. c. XXVII. Hispani, propter hoc, quod scriptum est, *Non possunt filii sponsi lugere, quam diu cum illis est sponsus*, infra quinquagesimam paschæ recusantes ieiunare, litanias suas post pentecosten posuerunt, quinta, sexta & septima feriis eiusdem hebdomadis, eas facientes.

(*) Vide plura de hoc ieiunio rogationum lib. XIII. cap. I. §. X. vol. V. p. 21.

(e) Allat. de dominicis hebdomad. Græc. p. 1456. Rogationes triduano ante adscensionem domini Græcis ignotæ sunt, nec vlla habent stata ieiunia inter pascha & pentecosten. ---- Immo vero, quum in aliis hebdomadis feria quarta & sexta ieiunium præcipiatur, ea ieiunia iis etiam feriis soluere concessum est.

(f) Allat. ibid. Nomen (διακαινησίμη) habuit ex sanctissimo resurrectionis Christi triumpho, quo omnia renouantur, instaurantur & meliorem in statum reducuntur. Hinc apparet, quantum aberrent ii, qui nullo veterum scriptorum testimonio fido διακοινήσιμον scribunt; multoque enormius, qui διακενίσιμον, quasi diceres, exaninationi dicatum, quia per illud tempus exinaniunt sua corpora & macerant, oraturi Deum pro commoditate anni, & volunt esse hebdomadem rogationum; quos optime refellit Gretserus in Codinum lib. III. cap. IX.

Gretser. in Codin. lib. III. c. IX. (p. 246. edit. Parif. MDCXLVIII.) Male Iunius

ex quadam aberratione tribuunt, quaſi vocabulum *διακαινίσιμος*, quod hebdomadem poſt paſcha, ſiue hebdomadem renouationis ſignificat, legendum ſit, *διακενίσιμος* & hebdomadem exinanitioni corporum per ieiunia dicatam denotet; exiſtimantes hanc eſſe hebdomadem rogationum; quum tamen re ipſa tale ieiunium numquam inter eos fuerit vſitatum. Vt adeo, quemadmodum hoc ieiunium non diu durauit in eccleſia *Occidentali*, nec vniuerſaliter in ea receptum fuit, ita planum perſpectumque ſit, eccleſiam *Orientalem* nihil eius habuiſſe, ſed totam pentecoſten, ſecundum antiquam & vniuerſalem eccleſiæ regulam, ſemper feſtam agitaſſe.

LIBRI VICESIMI PRIMI
CAPVT TERTIVM
DE IEIVNIIS HEBDOMADALIBVS FERIAE QVARTAE ET QVINTAE.
§. I.
De origine horum ieiuniorum.

HACTENVS ieiunia annua veteris eccleſiæ, quæ vertente anno, ſuis quæque ſtatis temporibus, obſeruari conſueuerunt, conſiderauimus. Præter hæc ieiunia, erant etiam hebdomadalia, die *Mercurii* & die *Veneris*, *Latinis* dicta ſtatio-

in notis interpretatur *ἑβδομάδα διακαινησίμου*, *hebdomadem rogationum*. Male etiam rationem nominis reddens, ait, eam dici *διακενίσιμον*, *exinanitioni dicatam*, *quia per illud tempus exinaniunt ſua corpora & macerant*, *oraturi Deum pro commoditate anni*. Primum, non ſcribendum *διακενίσιμος* ſed *διακαινήσιμος*, vt habent exemplaria Alexandri, rituales libri Græcorum, & codex bibliothecæ Auguſtanæ MS. quo continentur euangelia diebus ſacris prælegi ſolita, quorum initium, *τῇ τρίτῃ τῆς διακαινησίμου*. Quæ etiam hebdomas *τῆς διακαινησίμου* dicitur quaſi *ſeptimana renouationis*, *τῆς ἀνακαινισμοῦ*, quum, Chriſto reſurgente, omnia renouata & inſtaurata fuerint. Secundo, tantum abeſt, vt hæc hebdomas ab exinanitione ieiunantiumque inedia nomen inuenerit; vt tota illa hebdomade ieiunium ſoluere moris fuerit. Teſtis Balſamon in can. LXIX. apoſt. qui quum percenſuiſſet dies, quibus ieiunandum eſt, excipit quartos dies, & paraſceues ſeu ferias ſextas quæ ſunt *πρὸ τῆς ἀποκρέω*, ſeu *ἀπόκρεω*, ante carniſpriuium: & quæ ſunt *πρὸ τῆς τυροφάγου*, & hebdomadem *τῆς διακαινησίμου*. cetera.

nes,

nes, ſemiieiunia, & ieiunia feriæ quartæ & ſextæ, *Græcis νηστείας τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς.* Sane hæc iam tempore CLEMENTIS ALEXANDRINI & TERTVLLIANI obtinuerunt. Nam CLEMENS [*a*], deſcribens verum gnoſticum ſuum, ſiue perfectum chriſtianum, ait: *Nouit ipſe ieiunii quoque ænigmata ſiue myſteria horum dierum, quarti inquam & paraſceues* (ſiue ſexti). *Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic vero Veneris. Hinc ille ieiunat in vita, & ab auaritia, & a libidine, ex quibus omnia oriuntur vitia.* Intelligit, eſſe hæc vitia *Mercurio* & *Veneri* inter gentiles peculiaria & propria. Non multo poſt TERTVLLIANVS, diſputans contra nonnullos, qui omni religioſæ ſtatorum temporum obſeruationi ſeſe opponebant, quia apoſtolus dicat, *Gal. IV, 10. Dies obſeruatis & menſes & tempora & annos:* ita eos ex conſuetudine & obſeruantia totius eccleſiæ confutat [*b*]: *Si omnem in totum deuotionem temporum & dierum & menſium & annorum eraſit apoſtolus, cur paſcha celebramus in annuo circulo, in menſe primo? Cur quinquaginta exinde diebus in omni exſultatione decurrimus? Cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus? Et ieiuniis paraſceuen?* Similem in modum ORIGENES [*c*]: *Habemus*, inquit, *quadrageſimæ dies ieiuniis conſecratos. Habemus quartam & ſextam ſeptimanæ dies, quibus ſollemniter ieiunamus.* Et VICTORINVS [*d*] martyr, qui ſæculo tertio extremo vixit, de duobus hiſce diebus loquitur, tamquam cum ieiunio religioſe obſeruatis, ad nonam vſque horam, hoc eſt, tertiam poſtmeridianam, ſiue ad veſperam, aut per ſuperpoſitionem (vt vocant) vſque in alterum diem. Speciatim narrat, ſexto die ſiue in

(*a*) Clem. Alex. Strom. VII. p. 877. edit. Oxon. *οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς, λέγω· ἐπιφημίζονται γὰρ, ἡ μὲν Ἑρμοῦ ἡ δὲ, Ἀφροδίτης· αὐτίκα νηστεύει κατὰ τὸν βίον φιλαργυρίας τε ὁμοῦ, καὶ φιληδονίας· ἐξ ὧν αἱ πᾶσαι ἐκφύονται κακίαι.*

(*b*) Tertull. de ieiun. c. XIV.

(*c*) Origen. homil. X. in Leuitic. tom. I. p. 159. (p. 99. edit. Pariſ. MDCIIII.)

(*d*) Victorin. de fabrica mundi ap. Cau. hiſtor. litter. tom. I. p. 103. (p. 73. edit. Geneuenſ. MDCXCIII.) Nunc ratio nouitatis oſtenditur, quare dies quartus tetras nuncupatur; quare vſque ad horam nonam ieiunamus, vſque ad veſperam, aut ſuperpoſitio vſque in alterum diem fiat. --- Sextus dies paraſceve appellatur: Hoc quoque die ob paſſionem domini Ieſu Chriſti, aut ſtationem Deo, aut ieiunium facimus.

para-

parasceue aut stationem Deo, aut ieiunium fieri ob passionem domini nostri *IESV CHRISTI.* Quod etiam a PETRO, ecclesiæ *Alexandrinæ* episcopo, notatur, qui eadem ætate vixit & paullo post in persecutione *Diocletianea* mortem pro *CHRISTI* religione oppetiit. Ita enim in canone quodam suo loquitur [*e*]: *Non reprehendat nos quispiam, quartam & sextam feriam observantes, in quibus nobis ieiunare secundum traditionem cum ratione præceptum est. Quartam quidem propter initum a iudæis consilium de proditione domini: sextam autem, quod ipse pro nobis passus sit.*

§. II.

Rationes institutionis eorum.

MVLTA alia istiusmodi testimonia in quarti & sequentium sæculorum scriptoribus, BASILIO [*f*], HIERONYMO [*g*], AVGVSTINO [*h*], EPIPHANIO [*i*], atque auctoribus *cano-*

(*e*) Petr. Alex. c. XV. Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευήν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν γὰρ τετράδα διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ παραδοσίᾳ τοῦ κυρίου, τὴν δὲ παρασκευήν, ὅτι αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθε.

(*f*) Basil. epist. CCLXXXIX. Ἡμεῖς μέν τοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, ἐν παρασκευῇ καὶ τῷ σαββάτῳ. *Nos igitur quater singulis septimanis communicamus, dominica, feria quarta, in parasceue & sabbato.*

(*g*) Hieron. in Galat. IV, 10. (p. 140. edit. Paris. MDCXLIII.) Si dies obseruare non licet, & menses, & tempora & annos, nos quoque simile crimen incurrimus, *quartam* sabbati obseruantes & *parasceuen*, cetera.

(*h*) Augustin. epist. LXXXVI. ad Casulan. Vid. sub litt. (m) seq.

(*i*) Epiphan. hæres. LXXV. §. VI. Τίνι δὲ οὐ συμπεφώνηται ἐν πᾶσι κλίμασι τῆς οἰκουμένης, ὅτι **τετρὰς καὶ προσάββατον** νηστεία ἐστὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡρισμένη; Εἰ δὲ καὶ χρὴ τὸ τῆς διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὡρίζοντο **τετράδα καὶ προσάββατον** νηστείαν διὰ παντὸς χωρὶς πεντηκοστῆς; *Quis est vspiam terrarum, qui non in eo consentiat*, quartam sextamque feriam *sollemni in ecclesia ieiunio consecratam? Quod si ex apostolorum constitutione petenda nobis sit auctoritas, cur ibi* quartæ sextæque feriæ *ieiunium perpetua lege sancitur, excepta pentecoste?* Id. Exposit. fidei §. XXII. Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι τακταὶ εἰσὶν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τετράδι, καὶ προσαββάτῳ, καὶ κυριακῇ· **τετράδι δὲ, καὶ ἐν προσαββάτῳ, ἐν νηστείᾳ ἕως** ὥρας ἐννάτης· ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ κύριος, καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐσταυρώθη, καὶ παραδεδώκασιν οἱ ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι, πληρουμένου τοῦ ῥητοῦ ὅτι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· δι' ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθο-

num

num [*k*] & *conſtitutionum* apoſtolicarum occurrunt. At, quæ iam adlegauimus, ad demonſtrandam huius obſeruationis antiquitatem ſatis ſunt idonea. Nonnulli horum ieiuniorum originem ex apoſtolica deriuant inſtitutione. Sic EPIPHANIVS & auctor *conſtitutionum.* „E quibus, (vt vir quidam doctus [*l*] „recte loquitur) intelligi datur, quartæ & paraſceues ieiunium „non modo *Epiphanii* memoria antiquius, verum adeo etiam „antiquum fuiſſe, vt longe ante eum ipſis domini apoſtolis ad„ſcriptum eſſet„. Verumtamen AVGVSTINVS ea non adeo alte repetit, ſed potius eorum meminit, tamquam ab eccleſia inſtitutorum, ob rationes ex euangelio petitas, quando ait [*m*]: *Cur quarta & ſexta maxime ieiunet eccleſia, illa ratio reddi videtur*,

λικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ προσαββάτῳ, ἕως ὥρας ἐνάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται. *Sacri conuentus & ſynaxes ab apoſtolis inſtitutæ ſunt his potiſſimum diebus; quarta ſextaque feria & dominica. Item* quarta, ſextaque feria ieiunium *ad horam vſque nonam indictum, propterea quod quarta feria comprehenſus eſt dominus, & ſexta in crucem ſublatus. Ideo per illos dies ieiunandum eſſe decreuerunt apoſtoli, vt impleatur illud, quod ſcriptum eſt: Quum ſublatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt. — Iſtiuſmodi ieiunium toto anno in eccleſia catholica diligenter obſeruatur*: quarta ſextaque feria *ad horam vſque nonam: exceptis quinquaginta pentecoſtes diebus, quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium indicitur.*

(*k*) Can. apoſt. LXIX. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα ἢ παρασκευήν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· ἐὰν δὲ λαϊκὸς ἦ, ἀφοριζέσθω. *Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, ſanctam quadrageſimam non ieiunat, vel* feriam quartam *vel* paraſceuen; *deponatur; præterquam ſi per imbecillitatem corporalem impediatur: Sin vero laicus ſit, ſegregetur.*

Conſtitut. lib. V. c. XV. τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν· τὴν δὲ διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος. *In* quarta feria *& in* paraſceue *iuſſit nos ieiunare; in illa quidem propter proditionem, in hac vero propter paſſionem.* Lib. VII. c. XXIII. αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν· νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ· ὑμεῖς δὲ ἢ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας, ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν. κ. τ. λ. *Ieiunia veſtra ne ſint cum hypocritis: ieiunant enim ſecunda & quinta ſabbatorum: vos vero aut quinque diebus ieiunate, aut* quarta feria & paraſceue.

(*l*) Beuereg. cod. canon. vindic. lib. III. c. X. §. II.

(*m*) Auguſtin. epiſt. LXXXVI. ad Caſulan.

quod considerato euangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse iudæi. Intermisso autem vno die, cuius vespera dominus cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei, quem vocamus quintum sabbati, deinde traditus est nocte, quæ iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Hoc ergo die intermisso, passus est dominus (quod nullus ambigit) sexta sabbati: Quapropter & ipsa sexta recte ieiunio deputatur. PETRVS [n] *Alexandrinorum* antistes eamdem rationem obseruationi horum ieiuniorum adsignat; ita quoque auctor *constitutionum* & VICTORINVS in locis iam adlegatis. Vt adeo, quæcumque horum ieiuniorum origo fuerit ratione temporis, veteres certe in caussa institutionis eorum generatim consensisse videantur, quod celebrata fuerint, ob proditionem & crucifixionem domini nostri *IESV CHRISTI*, factam hisce diebus, quos ecclesia in perpetuam rei memoriam singulis hebdomadibus obseruandos duxerit.

§. III.

Quomodo discreparint a ieiunio quadragesimali & reliquis omnibus, ratione durationis.

NOTANDVM autem est, hæc ieiunia, vtpote singulis hebdomadibvs per vniuersum annum, exceptis quinquaginta diebus inter pascha & pentecostem, continuo vsitata, non tanta cum asperitate obseruari consueuisse, quanta quidem tempore quadragesimæ fuerit adhibita. Nam ieiunium quadragesimale, vti ante ostendimus, communiter ad vesperam vsque durabat cuiuslibet diei, quo celebrabatur: Hæc autem ieiunia non diutius quam ad horam nonam, hoc est tertiam postmeridianam, durabant, nisi quis sponte sua ad vesperam vsque vel per superpositionem (vt VICTORINVS loquitur) vsque in alterum diem producere illa vellet. Et hanc ob caussam communiter vocantur *stationes* & *semiieiunia*; quia hisce diebus conventus ecclesiasticos ad horam tertiam pomeridianam, nec longius, continuabant; quum contra ea perfectum ieiunium numquam ante vesperam finiri crederetur. TERTVLLIANVS sæpe de iis loquitur sub hisce reconditis appellationibus, mul-

(n) Petr. Alexandr. c. XV. Vid. sub litt. (c) antecedent.

tis

tis in locis præter ea, quæ iam adduximus. Loco quodam [o] ea vocat *ſtationum ieiunia.* Aliis in locis tria genera abſtinentiæ [p] diſtinguit ſub nominibus *ieiunationum, xerophagiarum & ſtationum.* Vbi per ieiunationes intelligit ieiunia completa, ad veſperam producta; per xerophagias, abſtinentiam a carnibus & eſum aridorum; & per ſtationes, ieiunia ad horam vſque nonam. Quæ proinde vocat *officia* [q] *recuſati vel reciſi vel retardati pabuli.* Et rurſus [r], *diſciplinam gulæ frenos induentem per nullas interdum vel ſeras vel aridas eſcas.* In quibus diſtinctionibus omnibus vnusquiſque facile videbit, ſtationes & ſemiieiunia poni ad denotanda ieiunia hebdomadalia feriæ quartæ & ſextæ, quæ apud catholicos tantum ad horam vſque nonam durabant, TERTVLLIANO quantumuis & *Montaniſtis* protrahenda ea eſſe ad veſperam vſque vrgentibus, nouamque reuelationem & auctoritatem, a ſpiritu ſancto pro iſta impoſitione acceptam, adlegantibus. Eccleſia autem veteri ſuæ conſtanter adhærebat conſuetudini, hæc ieiunia ad horam vſque nonam, nec longius, producens, ſicut ex iis apparet, quæ de illis ſuo tempore narrat EPIPHANIVS, loquens de conſuetudinibus eccleſiæ catholicæ: *Quarta* [s] *& ſexta feria*, inquit, *ieiunium ad horam vſque nonam ducimus.* Et rurſus: *Ieiunium toto anno in eccleſia catholica diligenter obſeruatur, quarta ſextaque feria ad horam vſque nonam, exceptis quinquaginta pentecoſtes diebus.* Hinc PRVDENTIVS, deſcribens paſſionem *Fructuoſi*, epiſcopi & mar-

(o) Tertull. de ieiun. c. XIII. Ecce conuenio vos & præter paſcha ieiunantes, citra illos dies, quibus ablatus eſt ſponſus, & *ſtationum ſemiieiunium* interponentes, & vos interdum pane & aqua victitantes, vt cuique viſum eſt.

(p) Ibid. c. I. Arguunt nos, quod ieiunia propria cuſtodiamus, quod *ſtationes* plerumque in veſperam producamus, quod etiam *xerophagias* obſeruemus, ſiccantes cibum ab omni carne & omni iuruIentia & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus. Cap. XI. Propterea per ſingulas dreximus ſpecies *ieiunationum, xerophagiarum, ſtationum*, vt dum recenſemus ſecundum vtriuſque teſtamenti paraturam, quartam proficiant *recuſati vel reciſi vel retardati pabuli* officia, eos retundamus, qui hæc velut vacantia infirmant.

(q) Ibid. c. XI. Vid. ſub litt. anteced. (p).

(r) Ibid. c. I.

(s) Epiphan. expoſit. fid. §. XXII. Vid. Græca §. II. ſub litt. (i) pag. 256.

 tyris

tyris *Hiſpanici*, introducit eum pro ſe ipſo ita reſpondentem [*t*]:

Ieiunamus, (ait) recuſo potum:
Nondum nona diem reſignat hora.

Vbi ad horam diei, ad quam hæc ieiunia continuabantur, manifeſto reſpicit. Et alio loco [*u*]:

Nona ſubmiſſum rotat hora ſolem,
Partibus vix dum tribus euolutis.
Quarta deuexo ſupereſt in axe
Portio lucis.
Nos, breuis voti dape vindicata,
Soluimus feſtum, fruimurque menſis
Adſatim plenis, quibus imbuatur
Prona voluptas.

Quibus in verbis τὸ *feſtum* denotat quemdam iſtiuſmodi diem ſtationis, quo religioſos conuentus in eccleſia celebrabant, diuino cultui deuote vacabant, euchariſtiam recipiebant, & tum ad horam nonam conuentum ſoluebant, vadebantque ad ſumendum cibum.

§. IV.

Quibus ſollemnibus ritibus obſeruari conſueuerint.

VNDE diſcimus, hoſce ſtationum dies non ſolum cum ieiunio obſeruari conſueuiſſe, ſed cum religioſis etiam conventibus, & ſollemnibus Dei cultibus in eccleſia, cum perceptione euchariſtiæ, vſitatiſque diei dominicæ ſacris, in ſingulis partibus, niſi quod ſermo fortaſſis omiſſus fuerit, qui numquam omittebatur die dominica. AMBROSIVS, auditores ſuos ad obſeruanda vſitata eccleſiæ ieiunia adhortans, ſimilia de ratione obſeruandi hos ſtationum dies dicit. De ieiunio quadrageſimali admonet ipſos, vt cibi ſumtionem ad finem vsque diei [*x*] differant, quia hæc communis ratio obſeruandi quadrageſimam erat; Dicit autem, pleroſque eſſe eiuſmodi dies,

(*t*) Prudent. Periſteph. hymn. VI.
(*u*) Id. cathemerin. hymn. VIII.
(*x*) Ambroſ. homil. VIII. in pſalm. CXVIII. verſ. LXII. Differ aliquantulum, non longe eſt finis diei. Immo plerique ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendum ſit in eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio.

vt

vt ſtatim meridianis horis aduenicndum ſit in eccleſiam, canendi hymni, celebranda oblatio ſiue euchariſtia, & tum ieiunium ſolui. Quibus verbis vt manifeſto indicat, ieiunium ſtationum breuius fuiſſe ieiunio quadrageſimali, ita diſerte adfirmat, ipſos hiſce diebus religioſos conuentus in eccleſia agitaſſe a meridie, ſeque in canendis hymnis & recipienda euchariſtia exercuiſſe. Atque hæc cum iis congruunt, quæ TERTVLLIANVS, BASILIVS & SOCRATES hac de re narrant, (quemadmodum alibi [*] oſtendimus;) hac ſolum cum differentia, vt SOCRATES dicat, *Alexandriæ* hiſce diebus ſermones fieri & reliqua cuncta, quæ ad collectam pertineant, excepta myſteriorum celebratione: Qua in re iſta eccleſia ſingularem & diuerſam ab aliis eccleſiis omnibus conſuetudinem ſequuta eſt.

§. V.

Quomodo catholici & Montaniſtæ *de eorum obſeruatione diſputarint.*

ATENIM VERO hæc differentia nullam hac in re, nec in vllis aliis ritibus & conſuetudinibus, contentionem peperit in eccleſia catholica, quia res iſtæ indifferentes erant per ſe, & eccleſia eas ſemper peragebat, iuſtam & æquam habens chriſtianæ libertatis rationem, quandoquidem nullum expreſſum mandatum pro illis in verbo Dei ſuppetebat. Eccleſia eas numquam hominum imponebat conſcientiis, tamquam diuinas præceptiones, ſed commendabat tantum, vt laudabiles inſtitutiones eccleſiaſticas, aut ad ſummum vt conſuetudines ex antiqua oriundas traditione, & (ſecundum opinionem quorumdam) ex praxi apoſtolica. Hinc licet ſummi etiam viri accurate eas obſeruarent, (vti SOCRATES [y] de *Theodoſio* iuniore obſeruat, quod ieiunarit frequentiſſime ac præſertim quarta & ſexta feria, idque egerit *χριστιανίζειν ἐσπουδακώς*, chriſtianæ religionis ritus exacte obſeruare contendens:) tamen,

(*) Lib. XIII. cap. IX. §. II. vol. V. p 282. 283. 284.

(y) Socrat. lib. VII. c. XXII. *καρτερὸς δὲ οὕτως ἦν, ὡς καὶ κρύος καὶ καῦμα γενναίως ὑπομένειν· νηστεύειν τὲ τὰ πολλὰ, καὶ μάλιστα τὰς καλουμένας τετράδας καὶ παρασκευὰς ἡμέρας· καὶ τοῦτο ἐποίει, ἄκρως χριστιανίζειν ἐσπουδακώς. Fortitudo*

ſi quos ſua infirmitas vel muneris ſui ratio impediret, quo minus in horum dierum obſeruatione tantum ſtudii, quantum quidem alii, poſſent ponere, tum illis indulgebatur venia, nec vlla cenſuræ eccleſiaſticæ ſeueritas præter admonitionem adhibebatur. Clerici quidem, epiſcopi, presbyteri, diaconi & omnes ordines inferiores, ad eccleſiam pertinentes, per quosdam canones [z] hæc & alia ieiunia ſub pœna depoſitionis & degradationis obſeruare iubentur: Neque hoc iniquum credebatur, quia haud alia ipſis eſſe ſolebat occupatio, quam vt adſidue vacarent ſacris eccleſiæ. Verum nec hoc ipſum indomitæ ac moroſæ *Montaniſtarum* aſperitati faciebat ſatis. Nam hæc ieiunia ab ortu diei ad veſperam vſque producebant, omneſque homines illa obſeruare volebant, non vt vſitatas conſuetudines & ritus eccleſiæ, ſed vt neceſſarias nec vllo modo negligendas præceptiones Dei, nuper orbi datas per nouam inſpirationem *SPIRITVS SANCTI*, loquentis in magno ipſorum propheta *Montano*, quem a Deo auctoritatem accepiſſe dictitabant præſcribendi eccleſiæ multo perfectiores leges ac regulas vitæ, quam quæ ab apoſtolis eſſent traditæ. Hæc erat diſputatio inter illos & eccleſiam, quemadmodum ex libro apparet TERTVLLIANI *de ieiuniis aduerſus Pſychicos*, vti maledice contumelioſeque appellat catholicos, quando contra eccleſiam pro defendenda noua *Montaniſtarum* hypotheſi ſcribit. Non de eo diſceptabatur, Num eccleſia habeat aliquam poteſtatem inſtituendi dies ieiunii in ſuam ipſius ædificationem. Hanc enim illa ſibi numquam non vindicabat exercebatque, quemadmodum ex tota hac diſſertatione de ieiuniis eius liquet; nec non ex eo, quod de illa TERTVLLIANVS dicit: quod epiſcopi eccleſiæ [a] præter ſtata & ordinaria annua & hebdomadalia ieiunia, plebi quiſque ſuæ mandare ieiunia aſſo-

ac tolerantia tanta in eo fuit, vt algorem pariter & æſtum generoſo animo ſuſtineret, ieiunaret etiam frequentiſſime, ac præſertim quarta & ſexta feria. Idque agebat, chriſtianæ religionis ritus accurate obſeruare contendens.

(z) Can. apoſtol. LXIX Vid. §. II. ſub litt. (k) pag. 257.

(a) Tertull. de ieiun. c XIII. Epiſcopi vniuerſæ plebi mandare ieiunia aſſolent, interdum ex aliqua ſollicitudinis eccleſiaſticæ cauſſa.

leant

leant interdum ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticæ caussa, *M ntanistæ* autem noua ieiunia sua imponere satagebant, tamquam leges diuinas ex speciali mandato *SPIRITVS SANCTI*. Vnde est, quod APOLLONIVS, vetustus scriptor ecclesiasticus, EVSEBIO [b] memoratus, *Montanum* incuset, quod ieiunia per leges imposuerit. Quæ ieiuniorum per leges impositio eo accipiatur, oportet, quod ieiunia iniungere ausus sit, tamquam ex diuino præcepto sibi ex noua, quam venditabat, inspiratione *SPIRITVS SANCTI* dictato, necessario obseruanda. Alias enim episcopi ecclesiæ de eodem crimine argui potuissent; quia certum est, eos ieiunia & aduentitia & fixa, cum æqua tamen & iusta humanarum legum libertate, in beneficium & ædificationem populi instituisse. Atque hac in re, puto, vera differentia inter vtrosque constitit. Vna pars iusta pollebat auctoritate præscribendi aptas regulas de ieiunando ad bonum ordinem & ædificationem, suaque auctoritate hunc solum in finem vtebatur, suos intra limites sese tenens: Altera autem pars nullam prorsus auctoritatem habebat, vtpote qui non erant gubernatores & doctores ecclesiæ, & nihilo tamen secius diuinam sibi arrogabant auctoritatem imponendi ecclesiæ necessarias & vniuersales ieiuniorum leges, quasi ex peculiari impulsu & mandato *SPIRITVS SANCTI*. Et hanc ob caussam schisma faciebant, nouamque communionem & conuenticula instituebant contra ecclesiam, eo quod hæc oraculis & inspirationibus eorum, quas a spiritu impostore profectas sciebat, morem gerere recusaret.

§. VI.

Quomodo ieiunium feriæ quartæ commutatum sit in ieiunium sabbati in ecclesiis Occidentalibus.

VNA adhuc res superest, quam de hisce ieiuniis hebdomadalibus par est adnotemus, nempe vnius eorum a die quarta ad sabbatum translatio in ecclesiis *Occidentalibus*. In eccle-

(b) Ap. Euseb. lib. V. c. XVI. οὗτός ἐςιν ὁ νηςείας νομοθετήσας.

sia

ſia *Orientali* ſabbatum ſemper feſtum fuit, in eoque ieiunium interdictum. Atque ita viri quidam docti ab initio in eccleſia etiam *Occidentali* obtinuiſſe exiſtimant, quemadmodum ſupra [*] libro vltimo obſeruauimus. Vtcumque autem eſt, id certum eſt, circa tempus concilii *Illiberritani* ſabbatum in quibuſdam eccleſiis *Occidentalibus* ieiuniis fuiſſe deputatum. Nam concilium illud hoc die ieiunium celebrari [*c*] iubet in eccleſiis *Hiſpanicis*. Et AVGVSTINVS [*d*] *Romae* & in aliis quibusdam *Occidentalibus* & *Africanis* eccleſiis eo die ieiunatum eſſe fidem nobis facit. Vt adeo in omnibus iſtis locis aliquamdiu ſingulis hebdomadibus tres dies habuerint eſuriales, ſabbato duobus reliquis adiecto. Progrediente autem tempore ieiunium ſabbati pluris fieri coepit, quam ieiunium feriae quartae, quod gradatim neglectum vel omiſſum fuit, donec tandem, vt vir quidam eruditus [*e*] obſeruauit, in omnibus eccleſiis, quae ſabbato ieiunare coeperant, feriae quartae ieiunium prorſus deſineret.

(*) Lib. XX. c. III. §. VI. pag. 60.

(*c*) Concil. Illiberrit. c. XXVI. Errorem placuit corrigi, vt omni ſabbati die ieiuniorum ſuperpoſitionem celebremus.

(*d*) Auguſtin. epiſt. LXXXVI. ad Caſulan. Vid. lib. XX. cap. III. §. VI. ſub litt. (r) & (s) pag. 61.

(*e*) Albaſpin. obſeruat. lib. I. c XIII. Notandum porro, ſimulac ſabbatis ieiunari coeptum eſt, apud Latinos diei Mercurii ieiunium deſiiſſe & in ſabbatum tranſmiſſum eſſe.

LIBER

LIBER VICESIMVS SECVNDVS
DE RITIBVS NVPTIALIBVS, IN ANTIQVA ECCLESIA OBSERVATIS.

CAPVT PRIMVM
DE HAERETICIS, QVI MATRIMONIVM DAMNARVNT, VEL VILIPENDERVNT SVB MAIORIS PVRITATIS ET PERFECTIONIS OBTENTV; ET DE ILLIS ETIAM, QVI COMMVNIONIS VXORVM ET FORNICATIONIS DEDERVNT LICENTIAM.

§. I.
Communio vxorum primum tradita a Simone Mago.

ANTEQVAM ad historiam praxis ecclesiasticæ, ratione sancti officii matrimonii diuersorumque rituum & consuetudinum in celebratione illius obseruatarum, me conferam, non ab re fuerit pauca quædam de illis dicere hæreticis, qui statim post prima iacta euangelii fundamenta ad vilipendendum & contemnendum matrimonium, vel aperte illud, tamquam rem illicitam sub euangelio, maioris puritatis & perfectionis ab euangelio requisitæ obtentu, damnando; vel licentiam communionis mulierum & promiscuæ fornicationis indulgendo sese applicauerunt. Quamquam Deus matrimonium tamquam honorificum ordinem in statu innocentiæ instituit, & seruator noster id vt tale concessit, ad primitiuam illud reducens institutionem; apostolus quoque dixit: *Honorabile connubium inter omnes & torus immaculatus:* Tamen, quemadmodum spiritus pronuntiarat, statim oriebantur, qui a fide deciscerent, spiritibus addicti fallacibus ac doctrinis dæmoniorum, prohibentes contrahere matrimonia; & alii, qui homines fornicationem licenter & impune committere docerent. Hæc posterior doctrina contra fidem a *Simone Mago* hæresiarcha illico disseminata est.

Nam, narrante AVGVSTINO [a], *docebat detestandam turpitudinem indifferenter vtendi feminis.* Quod EPIPHANIVS [b] etiam & IRENAEVS adfirmat, quando *Simonem* venerabile coniugium corrupisse dicunt, dum consuetudinem cum scorto nomine *Helena* habuerit omnique se in libidinum genere volutarit. THEODORETVS [c] de impietate eius loquitur paullo distinctius, narrans nobis doctrinæ eius fundamentum, quod docuerit, prophetas angelorum, qui mundum condiderint, ministros fuisse: itaque ipsum sectatores suos iussisse nullam eorum habere rationem, nec legis minas pertimescere, sed tamquam liberos facere, quæ vellent. Non enim per bonas actiones, sed per gratiam ipsos salutem consequuturos. Qua de caussa, qui huius fuerint sectæ, libere omnem libidinem & præstigiarum omne genus exercuisse, amatoria quædam & pellicientia vsurpantes, & quæcumque alia incantatores soleant, velut diuina mysteria obeuntes. Quæ omnia bene congruunt iis, quæ de eo strictim tradunt DAMASCENVS [d] & auctor hæresis *Prædestinatianorum*, a IACOBO SIRMONDO [e] in lucem editus,

(a) Augustin. de hæres. c. I.

(b) Epiphan. hæres. I. Simon. al. XXI. §. II. *γυναῖκα γάρ τινα ἑαυτῷ εὑράμενος ῥεμβάδα, Ἑλένην τοὔνομα, ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένην ἄγεται, μὴ ὑποφαίνων συνάφειαν ἔχειν πρὸς ταύτην· ἐν παραβύστῳ δὲ αἰσχρότητι συμπεριπλεκόμενος τῷ γυναίῳ ὁ γόης. Vagam quamdam mulierculam nomine Helenam nactus, patria Tyriam, sibi eam copulat, quacum palam nullam se habere consuetudinem simulans, homo vafer clam omni se in libidinum genere volutabat.* Iren. lib. I. c. XX. Hic Helenam quamdam, quam ipse a Tyro ciuitate Phœnices quæstuariam quum redemisset, secum circumducebat, cetera.

(c) Theodoret. fabul. hæretic. lib. I. cap. I. tom. 3. p. 192. 193. *τοὺς δὲ προφήτας τῶν ἀγγέλων ὑπουργοὺς γεγενῆσθαι· τοὺς δὲ εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἐκέλευσε μὴ προσέχειν ἐκείνοις, μὴ δὲ φρίττειν τῶν νόμων τὰς ἀπειλὰς, ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐλευθέρους ἅπερ ἐθελήσωσιν· οὐ γὰρ διὰ πράξεων ἀγαθῶν, ἀλλὰ διὰ χάριτος τεύξεσθαι τῆς σωτηρίας· οὗ δὴ χάριν, οἱ τῆς τούτου συμμορίας πᾶσαν ἐτόλμων ἀσέλγειαν, καὶ μαγγανείαις ἐχρῶντο παντοδαπαῖς, ἐρωτικά τινα καὶ ἀγώγιμα μηχανώμενοι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τῆς γοητείας ἴδια ὡς θεῖα μετιόντες μυστήρια.*

(d) Damascen. de hæres. p. 576. Simoniaci a Simone Mago, qui Petri apostoli temporibus ex vico Samariæ, qui Githo dictus est, fuit. Hic quum Christi nomen tantum vendicaret, concubitum passim sine delectu corporum docebat.

(e) Prædestinat. lib. I. c. I. Docebat castitatem ad Deum non pertinere, Deum mundum non fecisse.

qui

qui *Simonem* promiſcuum vſum mulierum docuiſſe narrant & dixiſſe, caſtitatem ad Deum non pertinere, quandoquidem mundus non a Deo, ſed ab angelis factus ſit.

§. II.

Deinde a Saturnilo *&* Nicolaitis, *aliiſque pluribus.*

PRAECIPVVS quidam *Simonis* diſcipulus fuit *Saturnilus* vel *Saturninus Syrus*, qui *Simonis* turpitudinem confirmauit, vti AVGVSTINVS [*f*] dicit, idque ex eadem ratione, nimirum quod Deus non curet mundum vtpote non ab ipſo, ſed a certis angelis, præter conſcientiam ac voluntatem eius, fabricatum. Alii eum matrimonium & liberorum procreationem generatim damnaſſe, primumque omnium matrimonium opus diaboli aperte appellaſſe, dicunt. Ita IRENAEVS [*g*], EPIPHANIVS [*h*], THEODORETVS [*i*] & alii poſt illos. Fortaſſis vtramque opinionem fouit, aduerſus legitimum matrimonium æqualiter iniurioſam. Neque enim hominibus, matrimonio ſeſe acriter opponentibus, inuſitatum fuit, ipſi impudicitiæ & fornicationi magis fauere.

NICOLAITAE omnibus ſcriptoribus *Simonis Magi* veſtigiis in docenda fornicationis licentia inſtitiſſe dicuntur. Atque hæc doctrina & opera *Nicolaitarum* creduntur eſſe, damnata in apocalypſi *S. Ioannis*. Certum enim eſt, fuiſſe eo tempore, qui homines docerent committere fornicationem, quemadmodum ex reprehenſione apparet, qua eccleſiæ *Thyatirenſis* angelus adfectus legitur *Apoc. II, 20. Habeo aduerſum te pauca, quod permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit prophetiſſam, docere & ſeducere ſeruos meos, vt ſcortentur.* Vnde viri quidam docti exiſtimant, quod doctrina *Iezabel* eadem fuerit, quæ doctrina *Nicolaitarum*,

(*f*) Auguſtin. de hæreſ. c. III. Saturninus turpitudinem Simonianam in Syria confirmaſſe perhibetur: qui etiam mundum ſolos angelos ſeptem præter conſcientiam Dei patris feciſſe dicebat.

(*g*) Iren. lib. I. c. XXII. Nubere & generare a Satana dicunt eſſe.

(*h*) Epiphan. hæreſ XXIII. §. II. *τὸ γαμεῖν καὶ τὸ γεννᾶν ὁ αὐτὸς ἀγύρτης ἐκ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχειν λέγει. Vxores ducere liberoſque gignere ab Satana eſſe circulator idem pronuntiat.*

(*i*) Theodoret. hæret. fab. lib. I. c. III. *τὸν δὲ γάμον οὗτος πρῶτος τοῦ διαβόλου διδασκαλίαν ὠνόμασε. Nuptias hic primus omnium diaboli doctrinam appellauit.*

et

et quod diuersa duntaxat nomina fuerint eorumdem hominum. Nam omnes ſcriptores eccleſiaſtici in eo conſentiunt, *Nicolaitas* hanc doctrinam fouiſſe. IRENAEVS [*k*], TERTVLLIANVS [*l*] & EPIPHANIVS [*m*] *Nicolaum*, vnum e ſeptem diaconis, huius hæreſis auctorem eſſe ſtatuunt. Alii autem ipſum excuſant, dicuntque fuiſſe doctrinam ab eis adſumtam, qui ſe *Nicolaum* ſequi dixerint, adducentes quoddam eius adagium, cuius non fuerit iſtiuſmodi ſenſus. Ita CLEMENS ALEXANDRINVS [*n*] ſemel atque iterum eum defendit: Similiter EVSE-

(*k*) Iren. lib. I. c. XXVII. Nicolaitæ magiſtrum quidem habent Nicolaum, vnum ex ſeptem, qui primi ad diaconium ab apoſtolis ordinati ſunt: qui indiſcrete viuunt.

(*l*) Tertull. de præſcript. c. XLVI. Alter hæreticus Nicolaus emerſit, hic de ſeptem diaconis, qui in actis apoſtolorum allecti ſunt, fuit.

(*m*) Epiphan. hæreſ. XXV. *Νικόλαος γέγονεν εἷς ἀπὸ τῶν ἑπτὰ διακόνων, --- ὕστερον δὲ τοῦτον ὑπέδυ ὁ διάβολος, καὶ ἐξηπάτησεν αὐτοῦ τὴν καρδίαν τῇ αὐτῇ πλάνῃ τῶν προειρημένων παλαιῶν, κατατρωθῆναι μειζόνως ὑπὲρ τοὺς πρώην. κ. τ. λ. Nicolaus e numero VII diaconorum fuit --- Poſtea in eum ſe diabolus inſinuauit, eiuſque mentem veterum illorum, quos commemorauimus, erroribus imbuit, vt etiam maius ipſi, quam iiſdem illis vulnus infligeret.*

(*n*) Clem. Alex. ſtromat. II. p. 490. 491. *Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολάῳ ἕπεσθαι, ἀπομνημόνευμά τι τἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς, τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί· ἀλλ' ὁ μὲν γενναῖος κολούειν δεῖν ἐδήλου τάς τε ἡδονὰς, τάς δε ἐπιθυμίας· καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. Tales ſunt etiam, qui dicunt ſe ſequi Nicolaum, adducentes quoddam eius viri adagium, ſed ab eis detortum, nempe oportere carne abuti: Sed ille quidem vir præclarus ſignificabat, oportere voluptates arcere & cupiditates, & hac exercitatione marcidas flaccidaſque reddere carnis appetitiones & inſultus.* Id. Stromat. III. p. 522. 523. *Ἐπεμνήσθημεν δὲ καὶ τῆς τῶν κατὰ Καρποκράτην ἀθέσμου γυναικῶν κοινωνίας· περί τε Νικολάου ῥήσεως διαλεχθέντες, ἐκεῖνο παρελείπομεν· ὡραίαν, φασὶ, γυναῖκα ἔχων οὗτος, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὴν τοῦ σωτῆρος, πρὸς τῶν ἀποστόλων ὀνειδισθεὶς ζηλοτυπίαν, εἰς μέσον ἀγαγὼν τὴν γυναῖκα, γῆμαι τῷ βουλομένῳ ἐπέτρεψεν· ἀκόλουθον γὰρ εἶναι φασὶ τὴν πρᾶξιν ταύτην ἐκείνῃ τῇ φωνῇ, ὅτι παραχρήσασθαι τῇ σαρκὶ δεῖ· καὶ δὴ κατακολουθήσαντες τῷ γενομένῳ τῷ τε εἰρημένῳ ἁπλῶς καὶ ἀβασανίστως, ἐκπορνεύουσιν ἀναίδην, οἱ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ μετιόντες· πυνθάνομαι δ' ἔγωγε τὸν Νικόλαον μηδεμιᾷ ἑτέρᾳ, παρ' ἣν ἔγημεν, κεχρῆσθαι γυναικί· τῶν δ' ἐκείνου τέκνων θηλείας μὲν, καταγηράσαι παρθένους, ἄφθορον δὲ διαμεῖναι τὸν υἱόν· ὡς οὕτως ἐχόντων, ἀποβολὴ πάθους ἦν, εἰς μέσον τῶν ἀποστόλων ἡ τῆς ζηλοτυπουμένης ἐκκύκλησις γυναικός· καὶ ἡ ἐγκράτεια τῶν περισπουδάστων ἡδονῶν, τὸ παραχρῆσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκεν. Meminimus nefariæ quoque ex Carpocratis ſententia munerum communionis. Quum autem de dicto Nicolai loqueremur, illud prætermiſimus. Quum formoſam, aiunt, haberet uxorem, & poſt ſeruatoris adſumtionem*

BIVS

BIVS [*o*], THEODORETVS [*p*] & AVGVSTINVS [*q*]. Inter omnes autem in confeſſo eſt, aut ipſum, aut ipſius diſcipulos talem inuexiſſe doctrinam, quæ condemnatur tamquam doctrina & opera *Nicolaitarum* in apocalypſi *Ioannea.* Poſtea propagata eſt a *Prodico*, impuræ ſectæ *Adamitarum* auctore, atque a *Carpocratianis* & *Gnoſticis*, quorum turpitudinibus fuſius enarrandis heic immorari neceſſe non eſt.

---

ei fuiſſet ab apoſtolis exprobrata zelotypia, in medium adducta muliere, permiſit, cui vellet, eam nubere. Aiunt enim hanc actionem illi voci conſentaneam, quæ dicit, quod carne abuti oporteat. Proinde eius factum & dictum abſolute & inconſiderate ſequentes, qui eius hæreſin perſequuntur, impudenter effuſeque fornicantur. Ego autem audio Nicolaum quidem numquam vlla alia, quam ea, quæ ei nupſerat, vxore vſum eſſe; & ex illius liberis, filias quidem conſenuiſſe virgines, filium autem permanſiſſe incorruptum. Quæ quum ita ſe habeant, vitii erat depulſio atque expurgatio, in medium apoſtolorum circumactio vxoris, cuius dicebatur laborare zelotypia: & continentia a voluptatibus, quæ magno ſtudio parari ſolent, docebat illud, Abuti carne, hoc eſt, exercere carnem.

(*o*) Euſeb. lib. III. c. XXIX. Ἐπὶ τέτων δῆτα καὶ ἡ λεγομένη τῶν Νικολαϊτῶν αἵρεσις, ἐπὶ σμικρότατον συνέςη χρόνον· ἧς δὴ καὶ ἡ τῆ Ἰώαννε ἀποκάλυψις μνημονεύει· ἦτοι Νικόλαον ἕνα τῶν ἀμφὶ τὸν Στέφανον διακόνων πρὸς τῶν ἀποςόλων ἐπὶ τῇ τῶν ἐνδεῶν θεραπείᾳ προκεχειρισμένων ηὔχεν, ὅγε μὴν Ἀλεξανδρεὺς Κλήμης ἐν τρίτῳ ςρωματεῖ ταῦτα περὶ αὐτῆ κατὰ λέξιν ἱςορεῖ· ὡραίαν, φασὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ τὰ ἑφεξῆς. *Sub idem tempus hæreſis, quæ dicitur Nicolaitarum, breuiſſimo temporis ſpatio permanſit, cuius etiam mentio ſit in reuelatione Ioannis. Hi Nicolaum quemdam, vnum ex illis, qui ad curam inopum gerendam vna cum Stephano ab apoſtolis conſtituti fuerant miniſtri, ſectæ ſuæ auctorem iactabant. De hoc autem Clemens Alexandrinus in tertio operis, quod* ςρωματεὺς *inſcribitur, libro hæc narrat ad verbum*, Quum haberet formoſam vxorem, cet. vid. ſub litt. anteced. (n).

(*p*) Theodoret. hæret. fabul. lib. III. c. I. ἡ Νικολαϊτῶν αἵρεσις, ἐ μόνον ἐξ ἀνοίας, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀκολασίας συνέςη· σαφέςερον δὲ τὰ περὶ ταύτης ὁ Κλήμης ἐδίδαξεν. κ. τ. λ. *Nicolaitarum hæreſis non ſolum ex amentia, verum etiam ex intemperantia conflata eſt. De hac Clemens apertius docuit. cetera.*

(*q*) Auguſtin. de hæreſ. c. V. Nicolaitæ a Nicolao nominati ſunt, vno, vt perhibetur, ex illis ſeptem, quos apoſtoli diaconos ordinauerant. Ille quum de zelo pulcherrimæ coniugis culparetur, velut purgandi ſe cauſſa permiſiſſe fertur, vt ea, qui vellet, vteretur. Quod eius factum in ſectam turpiſſimam verſum eſt, qua placet vſus indifferens feminarum.

§. III.

Vnde calumnia gentilium aduersus christianos generatim orta, quod turpitudines in religiosis conuentibus suis exercerent.

OBSERVAMVS tantum, ex hisce impuris praxibus sectarum, nomine christianorum sese appellantium, vulgarem illam gentilium calumniam aduersus christianos generatim ortam esse, quod turpitudines in religiosis conuentibus suis exercerent. Nam quædam harum sectarum non solum fornicationem & quasuis impuritates communiter committebant, sed eas quoque in religionis suæ adoptabant mysteria. CLEMENS ALEXANDRINVS [r] speciatim *Carpocratianos* hoc nomine accusat; & THEODORETVS [s] *Adamitas*, sectatores *Prodici*, qui *Carpocratis* fuit discipulus. EPIPHANIVS [t] & AVGVSTINVS addunt illis *Gnosticos*. De quibus AVGVSTINVS obseruat, quod, vt diuersis appellentur nominibus in diuersis mundi partibus,

(r) Clem. Strom. p. 511. *οἱ δὲ ἀπὸ Καρποκράτους καὶ Ἐπιφάνους ἀναγόμενοι, κοινὰς εἶναι γυναῖκας ἀξιοῦσιν· ἐξ ὧν ἡ μεγίστη κατὰ τοῦ ὀνόματος ἐῤῥύη βλασφημία. Qui a Carpocrate descendunt & Epiphane, censent oportere vxores esse communes: a quibus contra nomen Christi maximum emanauit probrum.*
Vid. Philastr. hæres. X. (bibliothec patr. tom. V. p. 707. 708. edit. Lugdun. MDCLXXVII.) Floriani siue Carpocratiani, dicuntur negantes iudicium atque resurrectionem, Christum natum de virgine non credentes, omnemque resurrectionem in filiorum procreatione nefandi coitus æstimantes consistere, vt in ecclesia sua post occasionem solis lucernis extinctis misceri cum mulierculis non dubitauerint, legis præceptum implere putantes: *Nascimini & multiplicamini.* Iudaismo potius & paganitati parere nefandæ, quam christianæ veritati acquiescere properantes, pecudumque potius vitam & amentiam detinentes, quos & scriptura vitæ pecudum comparauit.

(s) Theodor. hæret. fabul. lib. I. c. VI. *Πρόδικος δὲ τοῦτον διαδεξάμενος τὴν τῶν καλουμένων Ἀδαμιτῶν συνεστήσατο αἵρεσιν· οὗτος προφανῶς λαγνείαν τοῖς Καρποκράτους προστέθεικε δόγμασι· κοινὰς γὰρ εἶναι τὰς γυναῖκας ἐνομοθέτησεν· οὗ δὴ χάριν ἅμα ἐν τοῖς κοινοῖς δείπνοις μετὰ τὸ λυχναῖον φῶς ἐκποδὼν ποιήσασθαι, ᾗπερ ἂν ἕκαστος ἐπέτυχε συμμίγνυσι· αὐτὸ δὴ καὶ τελετὴν τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν ὑπειλήφεσαν μυστικήν. Prodicus hunc sequutus Adamitarum, quam vocant, hæresin constituit. Hic ad decreta Carpocratis addidit palam & publice scortari. Vxores enim communes esse sanxit. Quare non solum in publicis conuiuiis, lucernæ lumine remoto, in quam quisque inciderat, cum ea coibat, sed mysticum initiationis ritum incontinentiam hanc dicebant.*

(t) Epiphan. hæres. XXVI. §. III. *αὐτὴν τὴν σύναξιν αὐτῶν ἐν αἰσχρότητι πολυμιξίας φύρουσιν. Ipsos conuentus suos multiplicis ac promiscui concubitus fœditate contaminant.* It. §. IV. tot.

ita

ita nonnulli eos *Borboritas* [*u*] vocent, quasi cœnosos, propter nimiam turpitudinem, quam in suis mysteriis exercere dicantur. Et de *Carpocrate*, patre *Carpocratianorum*, notat [*x*], quod docuerit omnem turpem operationem omnemque adinuentionem peccati: nec aliter euadi atque transiri principatus & potestates, quibus hæc placeant, vt possit ad cælum superius perueniri. Hæ sane erant doctrinæ dæmoniorum, vix auditæ inter gentiles, quod quis cum patris vxore impudicitiam committere impune possit, & quod homines mala facere debeant, vt inde eueniant bona, & quod via optima euadendi potestatem dæmonum sit, fieri eorum mancipia, & facere, quæ illis placeant. Vnde gentiles cognito, talia & doceri & peragi apud hæreticos, christianam præ se ferentes religionem, sine vllo discrimine generatim omnibus christianis hæc tribuebant; atque ita *per eos, qui sequebantur exitia* (vel, vt alia exemplaria legunt, *ἀσελγείαις, lasciuias*) *eorum, via veritatis blasphemabatur.*

§.IV.

Hæ doctrinæ ex ipsa fæce ethnicismi deriuatæ, & in honestorum gentilium oculis plenæ indignitatis & offensionis habitæ.

ET hoc quidem tanto speciosius fiebat atque plausibilius, quod inter ipsos gentiles pauci essent, qui istiusmodi turpitudines approbarent. Doctrinæ illæ ab hæreticis ex ipsa fæce ethnicismi deriuatæ, plenæque indignitatis atque offensionis erant in omnium sapientum atque honestorum gentilium oculis. Nonnullæ quidem ex immanioribus & magis barbaris nationibus vxorum communionem permiserunt peregeruntque promiscua adulteria. De *Aethiopibus Garamanticis* id adfirmat SOLINVS [*y*], idemque de *Britannis* IVLIVS CAESAR [*z*] narrat. Verum in omnibus cultioris orbis terrarum partibus

(*u*) Augustin. de hæres. cap. VI.

(*x*) August. ibid. c. VII.

(*y*) Solin. cap. XLIII. Garamantici Aethiopes matrimonia priuatim nesciunt, sed omnibus vulgo in Venerem licet. Inde est, quod filios matres tantum recognoscunt.

(*z*) Cæsar. de bello Gallico lib. V. c. XIV. p. 146. edit. Cellarii Lips. MDCCV. suo. Vxores habent deni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis.

tibus, per vniuersum imperium *Romanum*, non nisi vnum huius moris exemplum inuenimus apud *Heliopolitas* in *Phœnice*, quippe apud quos, vt SOCRATES [a] prodidit memoriæ, lex patria vxores iubebat esse communes; vt adeo incerti apud eos essent liberi: quia parentum ac liberorum nulla erat distinctio. Virgines quoque hospitibus, qui ad ipsos venerant, constuprandas tradebant. Atque hoc turpissimæ consuetudinis flagitium ab vltima vetustate apud illos obtinuerat, & continuabatur, vsque dum *Constantinus* imperator contraria lege id aboleret, & ecclesiis inter illos ædificatis episcopos & sacrum clerum constitueret, atque hoc modo ad christianam religionem eos perduceret, moresque eorum ex pessimis modestiores redderet hac in re, quæ publicam semper offensionem habere ipsis gentilibus credita est. Nam SOLINVS, lasciuiam describens *Garamantum*, qua factum sit, vt nullus filius patrem cognosceret nec reuereretur, ait [b]: *Ea propter Garamantici Aethiopes inter omnes populos degeneres habentur: nec immerito, quia afflicta castitatis disciplina, successionis notitiam ritu improbo perdiderunt.* *Plato* quidem ab antiquis ecclesiæ scriptoribus generatim arguitur, quod communionem vxorum in republica sua stabiliendam esse dixerit. Hoc illi crimen primum omnium a THEOPHILO [c] episcopo *Antiochiæ* intenditur: Tum ab HIERONY-

(a) Socrat. lib. I. c. XVIII. κοινὰς γὰρ εἶναι παρ᾽ αὐτοῖς τὰς γυναῖκας ἐγχώριος νόμος ἐκέλευε· καὶ διὰ τοῦτο ἀμφίβολα μὲν ἦν παρ᾽ αὐτοῖς τὰ τικτόμενα· γονέων γὰρ καὶ τέκνων οὐδεμία διάκρισις ἦν· τὰς δὲ παρθένους τοῖς παριοῦσι ξένοις παρεῖχον πορνεύεσθαι· καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχαίου κρατοῦν παρ᾽ αὐτοῖς λῦσαι ἐσπούδασεν [ὁ βασιλεὺς] νόμῳ γὰρ σεμνῷ τῶν αἰσχρῶν ἀνελὼν τὸ μῦσος, τὰ γένη ἑαυτὰ ἐπιγινώσκειν παρεσκεύασεν· ἐκκλησίας τε κτίσας, καὶ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι παρεσκεύασε, καὶ κλῆρον ἱερόν· οὕτω τὰ Ἡλιοπολιτῶν κακὰ μετριώτερα ἀπειργάσατο.

(b) Solin. cap. XXX.

(c) Theophil. ad Autolyc. lib. III. p. 207. (p. 120. ad calcem Iustin. Martyr. edit. Paris. MDCXXXVI. πρῶτός γε Πλάτων, ὁ δοκῶν ἐν αὐτοῖς σεμνότερον πεφιλοσοφηκέναι, διαγράφει ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῶν πολιτειῶν ἐπιγραφομένῃ, τρόπῳ τινὶ νομοθετεῖν, χρῆναι εἶναι κοινὰς ἁπάντων γυναῖκας, χρώμενος παραδείγματι τοῦ Διὸς, καὶ Κρητῶν νομοθέτῃ, ὅπως διὰ προφάσεως παιδοποιΐα πολλὴ γίνηται ἐκ τῶν τοιούτων καὶ ὡς ὀφείλουσι τοὺς λυπουμένους διὰ τοιούτων ὁμιλιῶν, χρῆν παραμυθεῖσθαι. *Primus, immo princeps (ni fallor) Plato, statim in libro primo, qui de republica inscribitur, quodammodo lege sancire vult, vt omnium vxores sint communes, sequutus minorum exemplum Iouis & Cretensium legislatorum, vt hoc sub prætextu frequentior & abundantior proueniret*

MO

MO [*d*], CHRYSOSTOMO [*e*] & THEODORETO [*f*]. At vero ſi recte ſe habent, quæ ad defendendum eum adfert CLEMENS ALEXANDRINVS, in iſta accuſatione error quidam admiſſus ſit, oportet. De *Carpocrate* enim loquens, ait [*g*]: *Mihi videtur Platonem quoque male intellexiſſe, in republica dicentem, oportere eſſe communes omnium vxores: vt qui diceret, eas quidem, quæ nondum nupſerant, eſſe communes eorum, qui eſſent petituri, quemadmodum theatrum quoque eſt commune ſpectatorum; eſſe autem vnamquamque vni-*

ſoboles: & vt triſtitia adfecti ob communem vxorum concubitum, conſolationem aliquam inde caperent.

(*d*) Hieron. epiſt. ad Ocean. lib. II. aduerſus Iouin. (c. VI. p. 365. a. edit. Pariſ. MDCXLIII.) Scotorum natio vxores proprias non habet, &, *quaſi Platonis politiam legerit*, & Catonis ſectetur exemplum, nulla apud eos coniux propria eſt; ſed vt cuique libitum fuerit, pecudum more laſciuiunt.

(*e*) Chryſoſt. homil. V. in Titum p. 1725. (p. 657. edit. Frf.) καὶ ὁ θαυμαστὸς αὐτῶν φιλόσοφος ἐνομοθέτει, δούλῳ ἐξεῖναι μήτε παιδεραστεῖν, μήτε ξηραλοιφεῖν, ὡς ἐναρέτου τοῦ πράγματος ὄντος καὶ πολλὴν ἔχοντος τιμήν· διὰ τοῦτο καὶ ἐπ᾽ οἰκήματος εἱστήκεισαν τοῦτο ποιοῦντες. κ. τ. λ. *Fuit quidam apud illos præclari nominis opinionisque philoſophus, qui leges tulit, ne ſeruo liceret amare pueros aut cute arida mungi; quaſi ea res virtutis eſſet, magnoque in honore haberetur. Aperte denique & publice pleriſque cum vxoribus congredi legitimum erat.* Homil. IV. in act. (p. 45. edit. Frf.) κοιναὶ, φησὶν, αἱ γυναῖκες ἔστωσαν, καὶ γεγυμνωμέναι παρθένοι ἐπ᾽ ὄψεσι τῶν ἐραστῶν παλαιέτωσαν, καὶ κοινοὶ πατέρες ἔστωσαν, καὶ οἱ τικτόμενοι παῖδες. *Vxores, inquit, Plato, communes ſunto: nudæ virgines ſub oculis amatorum luctantor: Tum genitores, tum filii, qui gignuntur, communes ſunto.*

(*f*) Theodoret. de curand. Græcor. adfect. ſerm. IX. tom. IV. p. 611. ὁ γάρ τοι Λυκοῦργος, τῶν νομοθετῶν ὁ ἄριστος, ὡς δοκεῖ τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, διηγόρευσεν ἐν τοῖς νόμοις, ὥς οἱ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν ξυγγεγραφότες φασὶν, ἐξεῖναι καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν, ἤδη δεξαμένοις τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν, ταῖς μὲν, ἐξ ἄλλων ἀνδρῶν, τοῖς δὲ, ἐκ γυναικῶν ἑτέροις ἀνδράσι ξυνεζευγμένων, παῖδας ποιεῖσθαι, ἀδεῶς μιγνυμένοις· καὶ Πλάτων καὶ τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν πόλιν κατὰ τούτους προσέταξε πολιτεύεσθαι. *Lycurgus ille, Græcorum ſapientium iudicio legislatorum præſtantiſſimus, ſuis in legibus ſcriptum reliquit, vt aiunt, qui de republica Lacedæmoniorum ſcripſerunt, licere tum viris tum feminis coniugatis, illis quidem ex alienis vxoribus, his vero ex alienis maritis, ſibi filios libera mixtione procreare. Et has leges admiratus eſt Plato, & inſtitutam a ſe ciuitatem his legibus gubernari iuſſit.*

(*g*) Clem. Alexandrin. ſtromat. III. c. II. p. 514. edit. Oxon. δοκεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Πλάτωνος παρακηκοέναι, ἐν τῇ πολιτείᾳ φαμένου, κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας πάντων· κοινὰς μὲν τὰς πρὸ τοῦ γάμου, τῶν αἰτεῖσθαι μελλόντων, καθάπερ καὶ τὸ θέα-

vscuiusque, qui praeoccupasset, & non amplius communem esse eam, quae nupsisset. Quomodocumque autem se res habet, certum est, praecipuas leges ethnicas istiusmodi impuritatibus fuisse aduersarias; adeoque res tanto detestabilior in haereticis erat, illas in purissimam omnium religionem inuehere, quae legitimo matrimonio non minus fauebat, quam omnem detestabatur turpitudinem.

§. V.

Matrimonium tamquam illicitum damnatum a Tatiano *&* Encratitis.

NEQVE vero hi haeretici soli fuerunt, qui ecclesiam christianam ex hoc capite infestarunt. Erant alii, qui matrimonium vituperabant tamquam simpliciter illicitum sub euangelio, omnes homines ab eo se abstinere oportere, nec aliter saluos fieri posse, dictitantes. Haec doctrina, quemadmodum IRENAEVS [*b*] narrat, primum disseminata est a *Saturnilo* & *Marcione*, postea autem magis innotuit inter *Encratitas*, quae secta originem habuit a *Tatiano*, discipulo *Iustini Martyris*, qui post magistri sui obitum ex hoc & aliis quibusdam capitibus ab ecclesia se separauit, matrimonium fornicatione nihilo me-

τρον κοινὸν τῶν θεωμένων, φάσκοντες· τοῦ προκαταλαβόντος δὲ ἑκάστην ἑκάστου εἶναι, καὶ οὐκ ἔτι κοινὴν τὴν γεγαμημένην.

(*b*) Iren. lib. I. c. XXX. *Ἀπὸ Σατορνίνου καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι ἐγκρατεῖς ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ θεοῦ, καὶ ἠρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος.*
Ap. Euseb. lib. IV. c. XXIX. ab initio, vbi haec Irenaei verba recitat, & tum addit: *καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφ' ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· τόν γάμον τε, φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας. Atque hoc nuper apud illos excogitatum est, Tatiano quodam omnium primo huius impietatis auctore. Qui Iustini auditor, quamdiu quidem cum illo versatus est, nihil eiusmodi protulit. Post martyrium autem illius, ab ecclesia se abrumpens, doctoris arrogantia elatus ac tumidus, tamquam praestantior ceteris, nouam quamdam formam doctrinae conflauit: Aeonas inuisibiles commentus, perinde ac Valentinus: asserens quoque cum Saturnino & Marcione, matrimonium nihil aliud esse, quam corruptionem & stuprum.*

lius

lius adeoque omnibus hominibus vitandum esse adserens. *A Saturnino & Marcione qui vocantur continentes*, inquit auctor noster, *abstinentiam a nuptiis adnuntiauerunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei & oblique accusantes eum, qui & masculum & feminam ad generationem hominum fecit.* EPIPHANIVS [i] de *Encratitis* loquens, ait: *Hi nuptias damnant easque satanæ tribuunt.* Idem THEODORETVS [k] adfirmat: *Encratitæ cœlibatum obseruant, nuptias scortationem appellantes, & legitimam coniunctionem diabolicam vocantes.* Quod ab AVGVSTINO [l] quoque confirmatur, qui, *Encratitæ*, inquit, *nuptias damnant atque omnino pares eas fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt.* Et addit: *Nec recipiunt in eorum numerum coniugio vtentem, siue marem siue feminam.*

§. VI.

Ab Apostolicis *etiam, siue* Apotactitis.

NON absimiles hisce fuerunt alii, qui se *Apostolicos* nominarunt ex eo, quod se vnos esse gloriabantur, qui vitam ad exemplum apostolorum instituerent, & *Apotactitas*, quod maiorem quam reliqui homines huius sæculi abrenuntiationem præ se ferebant. AVGVSTINVS [m] de illis hæc habet: *Apostolici, qui se isto nomine arrogantissime vocauerunt, eo quod in suam communionem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias possidentes, quales habet catholica ecclesia & monachos & clericos plurimos, sed ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere, qui vtuntur his rebus, quibus ipsi carent. Encratitis isti similes sunt, nam & Apotactitæ appellantur.*

§. VII.

A Manichæis, Seuerianis *&* Archonticis.

EODEM errore AVGVSTINVS *Manichæos* arguit, *Nuptias*, inquiens [n], *sine dubitatione condemnant, & quantum in ipsis est, prohibent, quando generare prohibent, propter quod coniugia copulanda sunt.*

(*i*) Epiphan. hæres. XLVII. §. I. Ἐγκρατῖται τὸν γάμον ἀποβάλλουσι, τοῦ σατανᾶ φάσκοντες τοῦτον εἶναι.

(*k*) Theodoret. hæret. fab. lib. I. c. XX. τὴν ἀγαμίαν δὲ μετίασι, πορνείαν δὲ γάμον προσαγορεύοντες, καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν διαβολικὴν ὀνομάζοντες.

(*l*) Augustin. de hæres. c. XXV.

(*m*) Augustin. de hæres. c. XL.

(*n*) Augustin. de hæres. cap. XLVI.

Seueriani, perhibente EPIPHANIO [*o*], mulierem ſatanæ opus eſſe dicebant, ideoque qui ſe nuptiis copulent, ſatanæ opus perficere. Et CLEMENS ALEXANDRINVS [*p*], de iiſdem loquens hæreticis, vel aliis hiſce ſimilibus, docere eos dicit, matrimonium eſſe ipſam fornicationem, & a Satana traditum.

§. VIII.

Ab Hieracitis *&* Euſtathianis.

POST hoſce *Hieracas* quidam nomine prodiit, cuius diſcipuli *Hieracitæ* nominantur, qui paullo quidem modeſtius, ſed nihilo minus falſo docuerunt, nuptias in veteri tantum teſtamento licitas fuiſſe, poſt *CHRISTI* autem aduentum eaſdem reiiciendas: vtpote quibuscum regnum cæleſte obtineri nequeat. Ita doctrinam eorum repræſentat EPIPHANIVS [*q*]. Vnde AVGVSTINVS [*r*] monachos tantum & monachas & coniugia non habentes in communionem ab eis recipi narrat. Eadem placita pertinaciter tuitus eſt *Euſtathius* quidam, quem SOCRATES [*s*] & SOZOMENVS [*t*] epiſcopum appellant *Sebaſte-*

(*o*) Epiphan. hæreſ. XLV. §. II. *φάσκουσι δὲ, καὶ τὴν γυναῖκα εἶναι ἔργον τοῦ Σατανᾶ· — διὸ τοῦτο τοὺς γάμῳ πλησιάζοντας τοῦ Σατανᾶ τὸ ἔργον πληροῦν λέγουσιν.*

(*p*) Clem. ſtromat. III. cap. IX. p. 540. Not. hæc ibi non exſtant, niſi fortaſſis auctor noſter reſpexerit ad verba, quæ ineunte pagina leguntur: *φασὶ γὰρ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν ὁ σωτὴρ, ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔργα τῆς θηλείας· θηλείας μὲν, τῆς ἐπιθυμίας· ἔργα δὲ, γένεσιν καὶ φθοράν. Aiunt, ipſum dixiſſe Seruatorem:* Veni ad diſſoluendum opera feminæ; *feminæ quidem, cupiditatis: opera autem, generationem & interitum.*

(*q*) Epiphan hæreſ. LXVII. §. I. *συγκεχωρῆσθαί φησι ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, τῷ γάμῳ συνάπτεσθαι· ἀπὸ δὲ τῆς ἐνδημίας τοῦ χριστοῦ, μηκέτι τὸν γάμον παραδέχεσθαι, μήτι δύνασθαι αὐτὸν κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν.*

(*r*) Auguſtin. de hæreſ. c. XLVII.

(*s*) Socrat. lib. II. c. XLIII. *γαμεῖν ἐκώλυε — καὶ πολλοὺς μὲν τοὺς γεγαμηκότας τοῦ συνοικεσίου ἐχώριζε — ἐν οἴκοις τε γεγαμηκότων εὐχὰς ἐκώλυε γενέσθαι· καὶ πρεσβυτέρου γυναῖκα ἔχοντος, ἣν νόμῳ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο, τὴν εὐλογίαν καὶ τὴν κοινωνίαν, ὡς μῦσος ἐκκλίνειν ἐκέλευε. Vxorem ducere prohibebat. — Vnde multos quidem, qui matrimonia contraxerant, a coniugibus ſeparauit. — In ædibus coniugatorum precationes fieri vetuit: & presbyteri uxorem habentis, quam, dum eſſet laicus, legitimo matrimonio ſibi copulauerat, benedictionem & communionem inſtar piaculi declinandam dicebat*

(*t*) Sozom. lib. IV. c. XXIV. *Εὐστάθιος, ὡς οὐ δέον διδάσκων τε καὶ πράττων, ἀφῃρέθη τῆς ἐπισκοπῆς παρὰ τῶν ἐν Γάγγραις συνελθόντων. Euſtathius, tamquam ſecus quam oportet prædicans & agens, & ſentiens, a Gangrenſi concilio epiſcopatu exemtus fuerat.*

num,

num, & HENRICVS VALESIVS [*u*] illos hoc de eo adfirmantes defendit, BARONIO [*x*] quantumuis alium hunc *Euſtathium* fuiſſe probare adlaborante. Vtcumque autem eſt, inter omnes in confeſſo eſt, fuiſſe quemdam huius nominis tantum vitæ monaſticæ admiratorem, vt propter illam omnes nuptias damnarit docueritque, nullum in coniugio poſitum ſpem habere apud Deum, vnde factum, vt multæ mulieres relictis propriis viris, & viri, vxoribus deſtitutis, vinculum coniugale diſſoluerent, ſerui etiam a dominis recedentes, per hunc inuſitatum religionis morem dominos contemnerent, multique, neglectis publicis eccleſiæ conuentibus, priuatim conuenticula agitarent, miniſtros eccleſiæ ſperni, nec ſacramenta, quæ ab eis conficiantur, attingi debere dictitantes, eo quod matrimonia contraxiſſent. Quemadmodum patres concilii *Gangrenſis* errores in declaratione contra illos ſua verbis pluribus commemorant [*y*].

(*u*) Valeſ. in Socrat. lib. II. c. XLIII. Baſilius in epiſtola LXXIV. quam ſcripſit ad Occidentales contra Euſtathium Sebaſtenum, Gangrenſis concilii nullam mentionem facit. Ex quo manifeſte colligitur, tunc, quum Baſilius eam epiſtolam conſcriberet, ſcripſit autem ſub Valente, nondum celebratum fuiſſe Gangrenſe concilium, in quo damnatus eſt Euſtathius. Dicet fortaſſe aliquis ad id, quod a Baronio dictum eſt, Euſtathium illum, qui in Gangrenſi ſynodo condemnatus eſt, diuerſum eſſe ab Euſtathio Sebaſteno. Verum hoc gratis dicitur, nec vllius auctoris teſtimonio nititur.

(*x*) Baron. an. CCCLXI. n. XLV. At priuſquam de his agamus, de Euſtathio prauorum huiuſmodi dogmatum architecto diſſerendum eſt. Hunc fuiſſe Euſtathium illum epiſcopum Sebaſtiæ in minori Armenia, Socratis atque Sozomeni & aliorum recentiorum, qui hos ſunt ſequuti, hiſtoricorum adſertione traditur. Quod quidem mihi nulla prorſus ratione probatur: quum e contrario plura ſint, quæ dictis auctoribus magnopere aduerſentur. Et in primis, quod S. Baſilius duobus epiſtolis, cum diligenti ſcopa cunctas eiusdem Euſtathii Sebaſteni turpitudines in vnum congerat, eaſdemque ſingulas ſpectandas palam exponat; nullam prorſus de huiuſcemodi hæreſibus, vel eius damnatione, facta in Gangrenſi concilio, mentionem habuit: quæ quidem ad totam eius vitam ſugillandam ante omnia ponenda eſſe videbantur &c.

(*y*) Concil. Gangrenſ. in præfat. *Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς [τοὺς περὶ Ευστάθιον] τὸν γάμον καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· --- καὶ δοῦλοι δεσποτῶν ἀναχωροῦντες, καὶ διὰ τοῦ ξένου ἀμφιάσματος καταφρόνησιν κ.τ.λ. τῶν δεσποτῶν ποιούμενοι --- καὶ πρεσβυτέ-*

§. IX.

Qui condemnati in concilio Gangrensi *& sic dictis* canonibus apostolicis.

Qvos errores vt quodammodo reprimant, auctoritate sua in condendis aduersus eos nonnullis canonibus, munere primum auctori abdicato, vtuntur. In primo canone [*] aiunt: *Si quis nuptias in accusationem deduxerit, & mulierem fidelem & religiosam, cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tamquam quæ non possit in regnum Dei ingredi, anathema sit.* Canon quartus [**] in eamdem est sententiam: *Si quis de presbytero, qui vxorem duxit, contendat, non oportere, eo sacra celebrante, oblationi communicare, sit anathema.* Similiter nonus [***]: *Si quis vel virginitatem vel continentiam professus, tamquam abominandas nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quod continentiæ & virginitatis bonum sit sanctumque propositum, anathema sit.* Decimus quartus [†] ita decernit: *Si qua mulier relinquit maritum & vult recedere, matrimonium abhorrens, sit anathema.* Addunt in fine omnium [††]: *Hæc scribimus, non abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, sed eos, qui prætextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, aduersus eos, qui simplicius viuunt, se efferentes, & præter scripturas ecclesiasticosque canones nouitates inducunt. Virginitatem itaque vna cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum pietate & grauitate exercetur, ad-*

ρων γεγαμηκότων ὑπερφρονοῦντες, καὶ τῶν λειτουργιῶν τῶν ὑπ' αὐτῶν γινομένων μὴ ἀπέχουσι.

(*) Concil. Gangres. c. I. Εἴ τις τὸν γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιστὴν καὶ εὐλαβῆ, βδελύσσοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελθεῖν, ἀνάθεμα ἔστω.

(**) Can. IV. Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω.

(***) Can. IX. Εἴ τις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἂν βδελύττων, τῶν γάμων ἀναχωρήσας, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔστω.

(†) Can. XIV. Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀναχωρεῖν ἐθέλοι, βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα ἔστω.

(††) Can. XXI. ταῦτα δὲ γράφομεν, οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας, καὶ νεωτερισμοὺς εἰσάγοντας· ἡμεῖς τοιγαρ-

mit-

mittimus: & a saecularibus negotiis secessum cum humilitate suspicimus; & honorabilem matrimonii coniunctionem honoramus; & vt summatim dicamus, quae a diuinis scripturis & apostolicis traditionibus tradita sunt, in ecclesia fieri optamus. Per traditiones apostolicas hi patres intelligunt aut regulas de matrimonio, per apostolos in scripturis traditas, aut regulas datas in sic citatis *canonibus apostolicis*, qui tunc temporis in ecclesia obtinebant. Quorum vnus quidam ita praecipit [z]: *Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino ex numero clericorum, a nuptiis, & a carne & vino, non propter exercitationem, verum propter detestationem, abstinuerit, oblitus quod omnia sunt valde bona, & quod masculum & feminam Deus fecit hominem; sed blasphemans accusauerit creationem; vel corrigat se, vel deponatur, atque ex ecclesia eiiciatur. Itidem & laicus.*

Ex quibus omnibus perspicue intelligimus, ecclesiae satis facessitum esse negotii ab his antiquis haereticis, qui in nuptias sub statu euangelii acerbe & prauiter inuehebantur, multasque infirmas mentes eo adducebant, vt multa temere atque immoderate facerent, puriorem praetexentes viuendi rationem maioremque perfectionem, quam tamen euangelium nuspiam tamquam necessitatem aliquam mortalibus iniunxit; sed tantum qui ad eam recipiendam idonei erant, pro libertate sua & arbitrio recipere illam poterant, dummodo libertatem suam non facerent laqueum aliorum conscientiis, nec rem liberi arbitrii, tamquam simpliciter necessariam, reliquis hominibus imponerent.

§. X.

Error Montanistarum *de secundis nuptiis nec non* Nouatianorum.

ECCLESIA aliam quoque controuersiam habuit cum

οῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας γινομένην ἀποδεχόμεθα καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν· -- καὶ πάντα συνελόντας εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.

(z) Can. apostol. LI. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλανθανόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν· ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

Mon-

Montanistis de secundis nuptiis. THEODORETVS [a] *Montanum* de soluendo matrimonio legem dedisse ait. Eiusdem rei ab APOLLONIO, vetusto scriptore apud EVSEBIVM, insimulatur, qui nouo *Montani* spiritui, quamprimum in orbe apparere cœpisset, mascule sese opposuit. *Hic est*, (inquit [b] in volumine aduersus eum edito) *qui nuptiarum dissidia docuit.* Quod nonnulli recentiores scriptores eo accipiunt, quasi nuptias generatim prohibuisset, quemadmodum illi hæretici, de quibus modo sumus loquuti: Quum tamen *Montanus* non negaret legitimam rationem coniugii, sed secundas tantum nuptias reiiceret; quemadmodum ex TERTVLLIANO apparet, qui præcipuus huius hæretici propugnator erat & defensor adsiduus aduersus ecclesiam. Libri illius, de *monogamia* & *exhortatio castitatis* inscripti, ex instituto hanc in rem editi sunt. Quorum in vtroque satis quidem acerbe contra secundas nuptias declamat, quasi nihilo meliores adulterio; nuspiam autem vel leuissimum indicium facit, quod ille, vel *Montanista* quispiam alius, priorem illam opinionem fouerit. Immo vero librum suum de *monogamia* his notatu dignis verbis incipit [c]: *Hæretici nuptias auferunt*, *Psychici* (per quos catholicos intelligit) *ingerunt*, *illi nec semel*, *isti non semel nubunt. Verum neque continentia eiusmodi laudanda*, *quia hæretica est; neque licentia defendenda*, *quia psychica est. Illa blasphemat*, *ista luxuriat. Illa destruit nuptiarum Deum*, *ista confundit. Penes nos autem*, *quos spirituales merito dici facit agnitio spiritualium charismatum*, *tam continentia religiosa est*, *quam licentia verecunda*, *quandoquidem ambæ cum creatore sunt. Continentia legem nuptiarum honorat*, *licentia temperat. Illa non cogitur*, *ista regitur. Illa arbitrium habet*, *hæc modum. Vnum matrimonium nouimus*, *sicut vnum Deum.* Vt adeo planum sit atque perspicuum, *Montanistas* non esse accusandos, quod legitimas nuptias generatim damnarint, quas contra alios hæreticos potius defenderunt; sed quod tantum secundarum & tertiarum nuptiarum negarint libertatem, quas reiiciebant ex acceptis quibusdam, quas venditabant, nouis reuelationibus *SPIRITVS SANCTI.*

(a) Theodoret. hæret. fab. lib. III. c. II. Οὗτος τὸν γάμον διαλύειν ἐνομοθέτησε.
(b) Euseb. lib. V. c. XIIX. Οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων.
(c) Tertull. de monogam. c. I.

Ad-

Adeoque quando veteres dicunt, illos diſſoluiſſe matrimonium vel interdixiſſe hominibus nuptias, ſemper intelligendi ſunt, tamquam loquentes de ſecundis nuptiis, non de primis, quemadmodum EPIPHANIVS [*d*] mentem ſuam declarat, quando aduerſum eos ſcribit.

NOVATIANI idem cum *Montaniſtis* ſtatuebant, a communione omnes, qui ſecundis nuptiis illigati eſſent, reiicientes. Quod non ſolum ex EPIPHANIO [*e*] & aliis auctoribus priuatis, qui contra eos ſcripſerunt, ſed ex regula etiam, quæ in magna ſynodo *Nicæna* aduerſus ipſos facta eſt, condiſcimus. Hæc enim a *Nouatianis*, ad eccleſiam catholicam reuertentibus, requirit, vt hoc in ſcriptis profiteantur, ſe adhæſuros & obtemperaturos catholicæ eccleſiæ decretis, maxime in hoc, vt cum bigamis [*f*], hoc eſt iis, qui ſecundas nuptias celebraſſent, communicent. Vnde cum *Nouatianorum* hac de re opinionem, tum vniuerſalem eccleſiæ, iſti quidem contrariam, ſententiam perſpicimus. Et ſi qui priuati ſcriptores paullo durius & indecentius

(*d*) Epiphan. hæreſ. XLVIII. §. IX. *εἰ δέ τις κατὰ ἀσθένειαν ἐπιδεηθείη, μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἰδίας γαμετῆς, συναφθῆναι δευτέρῳ γάμῳ, οὐκ ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν τῆς ἀληθείας, τουτέστι τὸν μὴ ὄντα ἱερέα· οὗτοι δὲ κωλύουσι κατὰ τὸ εἰρημένον, κωλυόντων γαμεῖν· ἐκβάλλουσι γὰρ τὸν δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντα, καὶ ἀναγκάζουσι, μὴ δευτέρῳ γάμῳ συνάπτεσθαι. Quod ſi quis poſt vxoris obitum ſecundas nuptias pro ſua imbecillitate deſiderat, minime id quidem veritatis regula prohibet, in eo duntaxat, qui ſacerdos non fuerit. At iſti prohibent, adeoque Pauli illa ſententia comprehenduntur :* prohibentium nubere. *Nam eum, qui ſecundis nuptiis illigatus fuerit, expellunt, ac ne facere iſtud audeat, vim ac neceſſitatem adhibent.*

(*e*) Epiphan. hæreſ. LIX. §. IV. *Τὰ εἰς ἱερωσύνην παραδοθέντα διὰ τὸ ἐξοχώτατον τῆς ἱερουργίας, εἰς πάντας ἐνόμισαν ἴσως φέρεσθαι· ἀκηκοότες, ὅτι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον* εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα *κ. τ. λ. Siquidem quæ ſacerdotio propter ſingularem functionis illius dignitatem præcipue tributa ſunt, ea ad omnes communiter pertinere iudicant. Illud quidem audierunt ; Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe oportet,* vnius vxoris virum, *continentem.*

(*f*) Concil. Nic. c. VIII. *περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ· πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας δόγμασι· τοῦτ᾽ ἔστι, καὶ διγάμοις κοινωνεῖν. κ.τ.λ. De his, qui ſe catharos, id eſt puros, quandoque nominant, ad catholicam autem*

de ſecundis nuptiis loquuti ſunt, eorum opinio nec defendenda nec vrgenda eſt, tamquam ſententia eccleſiæ, quemadmodum libro quodam ſuperiore [*] de diſciplina eccleſiæ id oſtendendi habuimus occaſionem, vbi hæc materia plenius diſcuſſa eſt.

LIBRI VICESIMI SECVNDI

CAPVT SECVNDVM

DE IVSTIS IMPEDIMENTIS NVPTIARVM IN CASIBVS SPECIALIBVS; VBI OSTENDITVR, QVAENAM PERSONAE POTVERINT VEL NON POTVERINT LEGITIME SOCIARI; ET DE TEMPORIBVS, QVIBVS NVPTIARVM CELEBRATIO INTERDICTA FVIT.

§. I.

Chriſtianis cum infidelibus, vel iudæis, vel hæreticis, vel aliis quibuſcumque alienæ religionis matrimonium inire non permiſſum.

ENARRATIS ita diuerſis hæreticorum opinionibus ac conſuetudinibus, quæ nuptiis vel generatim, vel earum poſt prioris coniugis obitum iterationi derogarunt, iam pergimus oſtenſuri, quænam impedimenta certis hominibus per regulas ſuas intulerit ipſa eccleſia, nuptias eis vel ad aliquod tempus interdicendo, vel certe non in iſtis circumſtantiis permittendo, quæ iuſta matrimonii impedimenta in certis ſpecialibus caſibus habebantur. Huiuſmodi regula illa erat, quæ chriſtianis matrimonium cum infidelibus ſiue ethnicis, ob periculum ſcandali, quod ex iſta diſparili cum infidelibus coniunctione non poterat non exſiſtere, interdicebat. Apoſtolus mulieri, cuius vir ſit mortuus, liberum eſſe dicit cui velit

& apoſtolicam eccleſiam accedunt, ſanctæ magnæ ſynodo viſum eſt, vt impoſitis eis manibus ſic in clero maneant. Ante omnia autem hoc in ſcriptis ipſis profiteri conuenit, quod adhærebunt & ſequentur catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ decreta, id eſt, quod cum digamis communicabunt &c.

(*) Lib. XVI. c. XI. §. VII. vol. VII. p. 437. 438. 439.

nube-

nubere, *tantum in domino* 1 Cor. VII, 39. Quod veteres generatim ita intelligunt, vt pro præcepto accipiant, christianos cum solis christianis matrimonium inire debere, non cum infidelibus, vel diuersam a sua religionem profitentibus. CYPRIANVS [a] in libro *testimoniorum* ex scriptura sacra, hunc locum & duo alia ex epistolis *Pauli* apostoli adfert, vt matrimonium cum gentilibus non iungendum esse demonstret. Alia ista loca sunt 1 Cor. VI, 15. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra Christi sunt? Tollam membra CHRISTI, vt faciam membra fornicariæ? absit.* Et 2 Cor. VI, 14. *Nolite coniungi cum infidelibus.* Et in libro de *lapsis* [b] queritur, quod inter alias caussas, quamobrem Deus terribilem istam persecutionem christianis immiserit, aliqua sit; quod multi cum infidelibus vinculum matrimonii iunxerint prostituerintque gentilibus membra *CHRISTI*. Similiter TERTVLLIANVS [c] ante ipsum verbis apostoli eumdem sensum tribuit. *Certe*, inquit, *præscribens, tantum in domino esse nubendum, ne quis fidelis ethnicum matrimonium contrahat, legem tuetur creatoris, allophylorum nuptias vbique prohibentis.* Et iterum [d]: *Et illa nuptura in domino habet nubere, id est, non ethnico, sed fratri: quia & vetus lex adimit coniugium allophylorum.* Et rursus [*]: *Propterea adiecerit, tantum in domino, ne scilicet post fidem ethnico se nubere posse præsumeret.* Persequitur hoc argumentum copiosius libro secundo ad *vxorem*, vbi primum eumdem apostoli locum vrget, et tandem concludit [e]: *Hæc quum ita sint, fideles gentilium matrimonium subeuntes, stupri reos esse constat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex litteris apostoli dicentis, cum eiusmodi ne cibum sumendum.* Et alio loco [f]: *Ideo non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam vsque deducant, a qua apud illos nuptiæ incipiunt.* HIERONYMVS eadem apostoli testimonia contra istiusmodi nuptias vrget. *Quod addit apostolus,*

(a) Cyprian. testimon. ad Quirin. lib. III. c. LXII.

(b) Id. de lapsis p. 123. (p. 88. edit. Fellii Amstelod. MDCC.) Iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, prostituere gentilibus membra Christi.

(c) Tertull. contr. Marcion. lib. V. c. VII.

(d) Id. de monogamia c. VII.

(*) Id. c. XI.

(e) Id. ad vxor. lib. II. c. III.

(f) Id. de coron. milit. c. XIII.

in-

inquit [g], *TANTVM IN DOMINO, amputat ethnicorum coniugia: de quibus & alio loco dixerat: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: aut quæ societas luci cum tenebris: quæ conuentio Christi cum Belial: aut quæ pars fideli cum infideli: qui consensus templo Dei cum idolis?* Equidem HIERONYMVS alio loco hancce regularum violationem deplorat, in easque violantes vehementius inuehitur [h]. „Nunc pleræque „mulieres, inquit, contemnentes apostoli iussionem, iungun„tur gentilibus & templa *CHRISTI* idolis prostituunt: nec in„telligunt, se corporis eius partem esse, cuius & costæ sunt. „Ignoscit apostolus infidelium coniunctioni, quæ habentes „maritos in *CHRISTVM* postea crediderunt: non iis, quæ, „quum christianæ essent, nupserunt gentilibus: ad quas alibi „loquitur: *Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim partici„patio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ „autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? „qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum „Dei viui.* Licet in me sæuituras sciam plurimas matronarum, „licet eadem impudentia, qua dominum contempserunt, in „me pulicem & christianorum minimum debacchaturas: ta„men dicam, quod sentio: loquar, quod me & apostolus do„cuit, non illas iustitiæ esse, sed iniquitatis: non lucis, sed te„nebrarum: non *CHRISTI* sed *Belial:* non templa Dei viuen„tis, sed fana & idola mortuorum. Vis apertius discere, quod „christianæ omnino non liceat ethnico nubere? Audi eum„dem apostolum, *Mulier*, inquit, *alligata est legi, quanto tempore „vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat, „tantum in domino*, id est, christiano. Qui secundas tertiasque „nuptias concedit in domino, primas cum ethnico prohibet. „Vnde & *Abraham* adiurat seruum suum in fœmore suo, hoc „est, in *CHRISTO*, qui de eius semine erat nasciturus, vt filio „suo *Isaac* alienigenam non adducat vxorem. Et *Esdras* offen„sam Dei huiuscemodi vxorum repudiatione compescit. Et „*Malachias* propheta, *Præuaricatus est*, inquit, *Iudas & abominatio-*

(g) Hieron. epist. XI. ad Ageruchiam de monogamia. (pag. 92. g. edit. Paris. MDCXLIII.)

(h) Id. contr. Iouin. lib. I. c. V.

nem

„*nem fecit in Israel & in Hierusalem. Polluit enim sanctum domini,* „*& dilexit & habuit filiam Dei alieni. Disperdat dominus virum, qui* „*fecerit hoc, magistrum & discipulum, de tabernaculis Iacob, & offe-* „*rentem munera domino virtutum.* Hæc idcirco dixi, vt qui nup- „tias virginitati comparant, sciant saltem, nuptias digamiæ & „trigamiæ subiiciendas„. Hactenus HIERONYMVS. AMBROSIVS non minorem nauat operam, vt christianis dissuadeat, ne istiusmodi imparia matrimonia, non cum gentilibus solum, sed cum hæreticis contrahant; etiam atque etiam adhortans parentes, quorum præcipua in decernendo de liberorum suorum nuptiis erat auctoritas, vt tam periculosa fieri consortia ne permittant. *Caue christiane*, inquit [*i*], *gentili aut iudæo filiam tuam tradere. Caue, inquam, gentilem aut iudæam atque alienam, hoc est, hæreticam atque omnem alienam a fide tua vxorem accersas tibi.* Et iterum, scribens ad *Vigilium* quemdam, ad episcopatum recens adsumtum, quomodo suo muneri digne satisfacere valeat, inter cetera eum adhortatur, vt populum suum sedulo doceat vitare alienigenarum coniugia. *Legimus*, inquit [*k*], *peremtos graui populos excidio, propter violata iura hospitii. Propter libidinem quoque commissa bella atrocia, sed prope nihil grauius quam copulari alienigenæ, vbi & libidinis & discordiæ incendia & sacrilegii flagitia conflantur. Nam quum ipsum coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, vbi non est fidei concordia. Quum oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares deuotione potest est coniugii communis caritas? Sæpe plerique capti amore feminarum fidem suam perdiderunt, vt patrum populus in Beelphegor.* Auctor etiam commentariorum in epistolas, qui sub nomine AMBROSII [*l*] scripsit, eodem modo verba *Pauli*, *Nubat, cui volet, tantum in domino*, interpretatur: *Tantum in domino, hoc est, vt sine suspicione turpitudinis nubat, & religionis suæ viro nubat. Hoc est in domino nubere.* Ita quoque in eumdem locum SEDVLIVS [*m*]: *Cui voluerit, nubat, tantummodo christiano, non*

(*i*) Ambros. de Abrahamo c. IX. (tom. I. p. 339. f. edit. Paris. MDCXLII.)

(*k*) Id. epist. LXX. ad Vigil.

(*l*) Pseudo-Ambros. in 1 Cor. VII, 39.

(*m*) Sedul. in 1 Cor. VII, 39.

gen-

gentili. Et THEODORETVS [*n*]: *Modo in domino, hoc eſt, fideli, pio, honeſte & legitime.* Hinc AVGVSTINVS veritus, ne *Ruſticus* quidam ethnicus filio ſuo certam feminam duceret, quæ chriſtiana erat, datis ad eum litteris ita ſcribit [*o*]: *Certiſſime noueris, etiamſi noſtræ abſolutæ ſit poteſtatis, quamlibet puellam in coniugio tradere, tradi a nobis chriſtianam niſi chriſtiano non poſſe.* Hæc AVGVSTINVS dicit ſecundum cognitas regulas & conſuetudinem eccleſiæ. Licet enim ipſe per ſe priuatim non exiſtimaret, iſtiuſmodi coniugia claris & perſpicuis verbis in nouo teſtamento prohiberi, vti quidem ſentiebant alii; idoneas tamen cauſſas ad rem valde dubiam faciendam ſuppetere credebat: atque hoc ſufficere ad deterrendum quemlibet ab hoc audendo, miniſtriſque eccleſiæ perſuadendum, vt ne quid tale, vel conſentiendo iſtiuſmodi matrimoniis, vel adminiſtratione ſua auctoritatem eis conciliando, adiuuent. Verumtamen, ſi quæſtio ſit, Num hominibus, eccleſiæ regulas ſic violantibus, baptiſmatis vel communionis beneficium denegandum ſit, tum rem quodammodo ambiguam eſſe putat, nec adeo facilem ad ſolvendum, quam quidem quæſtionem de apertis ſcortatoribus & adulteris. *Quæ manifeſta ſunt impudicitiæ crimina*, inquit [*p*], *omni modo a baptiſmo prohibenda ſunt, niſi mutatione voluntatis & pœnitentia corrigantur: quæ autem dubia, omni modo conandum eſt, ne fiant tales coniunctiones. Quid enim opus eſt in tantum diſcrimen ambiguitatis caput immittere? Si autem factæ fuerint, neſcio, vtrum ii, qui fecerint, ſimiliter ad baptiſmum non debere videantur admitti.* Sane pœna iſtiuſmodi coniugiorum non ſemper & vbique eadem fuit in eccleſia, licet omnes in eo conſentirent, prohibenda & impedienda eſſe, tamquam periculoſa & dubia, vel etiam manifeſto vitioſa. Nonnulli canones rem ſimpliciter prohibent, nullam committentibus eadem denuntiantes pœnam. Ita in concilio *Laodiceno* canon quidam ait [*q*]: *Non oportet eos, qui ſunt eccleſiæ, indiſcriminatim ſuas filias hæreticis matrimonio iungere.* Et

(*n*) Theodoret. in 1 Cor. VII, 39. *μόνον ἐν κυρίῳ, τουτέστιν ὁμοπίστῳ, εὐσεβεῖ, σωφρόνως, ἐννόμως.*

(*o*) Auguſtin. epiſt. CCXXXIV. ad Ruſticum.

(*p*) Auguſtin. de fide & oper. c. XIX.

(*q*) Concil. Laodic. c. X. *περὶ τοῦ, μὴ δεῖν τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἀδιαφόρως πρὸς γάμου κοινωνίαν συνάπτειν τὰ ἑαυτῶν παιδία αἱρετικοῖς.*

ali-

alius [r]: *Non oportet cum omni hæretico matrimonium contrahere, vel dare filios aut filias; ſed magis accipere, ſi ſe chriſtianos futuros profiteantur.* In concilio tertio *Carthaginenſi* prohibitio ad liberos epiſcoporum & clericorum extenditur, ſine ſpeciali mentione aliorum. *Placuit,* (inquit canon aliquis [s],) *vt filii vel filiæ epiſcoporum, vel quorumlibet clericorum gentilibus vel hæreticis vel ſchiſmaticis matrimonio non iungantur.* Concilium *Agathenſe* [t] iiſdem pene verbis, quibus concilium *Laodicenum*, hoc prohibet: *Non oportet cum hæreticis miſcere connubia, & vel filios vel filias dare, ſed potius accipere, ſi tamen profitentur chriſtianos futuros eſſe ſe & catholicos.* Ita quoque concilium *Chalcedonenſe* [u] lectoribus & cantoribus inter inferiores clericos interdicit *hæretico, vel pagano, vel iudæo matrimonio ſe coniungere, niſi vtique perſona, quæ orthodoxo coniungitur, ſe ad orthodoxam fidem conuertendam ſpondeat.* Et addit: *Si quis autem hoc ſanctæ ſynodi decretum tranſgreſſus fuerit, canonicis pœnis ſubiiciatur.* Concilium autem primum *Arelatenſe* [x] paullo longius progreditur, cum reſpectu ad totum chriſtianorum corpus in hunc modum ſtatuens: *De puellis fidelibus, quæ gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore a communione ſeparentur.* Concilium *Illiberritanum* non ſolum tales nuptias prohibet, metu ſpiritualis adulterii, hoc eſt idololatriæ, *Propter copiam puellarum,* inquiens [y], *gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio animæ reſoluatur;* ſed parentes etiam, qui filias ethnicis dare auſi fuerint, ad aliquot annos excommunicari iubet, facto alio canone in hunc modum [z]: *Hæretici, ſi ſe transferre noluerint*

(r) Ibid. can. XXXI. Ὅτι ὀ δεῖ πρὸς πάντας αἱρετικοὺς ἐπιγαμίας ποιεῖν, ἢ διδόναι υἱοὺς, ἢ θυγατέρας, ἀλλὰ μᾶλλον λαμβάνειν, εἴγε ἐπαγγέλλοιντο χριστιανοὶ γίνεσθαι.

(s) Concil. Carth. III. c. XII.

(t) Concil. Agath. can. LXVII.

(u) Concil. Chalcedon. c. XIV. μήτε μὴν συνάπτειν πρὸς γάμον αἱρετικῷ, ἢ Ἰουδαίῳ, ἢ Ἕλληνι· εἰ μὴ ἄρα ἐπαγγέλλοιτο μετατίθεσθαι εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν τὸ συναπτόμενον πρόσωπον τῷ ὀρθοδόξῳ· εἰ δέ τις τοῦτον τὸν ὅρον παραβαίη τῆς ἁγίας συνόδου, ἐπιτιμίῳ κανονικῷ ὑποκείσθω.

(x) Concil. Arelat. I. c. XI.

(y) Concil. Illiberrit. c. XV.

(z) Ibid. can. XVI.

ad ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas: sed neque iudæis, neque ethnicis dare placuit: eo quod nulla possit esse societas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstineri per quinquennium placet. Et tertio quodam canone [*a*] statuit: *Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.* Concilium *Aurelianense* secundum [*b*] christianis omnibus generatim nuptias cum iudæis interdicit; *Placuit, vt nullus christianus iudæam, neque iudæus christianam in matrimonio ducat vxorem: quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Quod si commoniti a consortio hoc se separare distulerint, a communionis gratia sunt sine dubio submouendi.* Hæc tum erat disciplinæ ecclesiasticæ ratio, respectu omnium istiusmodi matrimoniorum. Neque vero lex ciuilis hanc sanctionem ecclesiasticam confirmare dubitauit. Edictum enim a *Valentiniano* & *Theodosio* publicatum est, quod bis in codice *Theodosiano* [*c*] recitatur, & in codice *Iustinianeo* etiam nunc exstat, in hanc sententiam: *Ne quis christianam mulierem in matrimonium iudæus accipiat, neque iudæam christianus coniugio sortiatur: Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtinet; libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata.* CONSTANTIVS antehac crimen capitale iudæo esse iusserat, si christianam duxisset vxorem, christiano viro, iudæam sibi iungenti, pœna nulla denuntiata. Lex ita habet [*d*]: *Quod ad mulieres pertinet, quas iudæi in turpitudinis suæ duxere consortium, in gynecio nostro ante versatas, placet easdem restitui in gynecio: idque in reliquum obseruari, ne christianas mulieres suis iungant flagitiis; vel, si hoc fecerint, capitali periculo subiungentur.* Qua autem in lege quum deesse illud videret THEODOSIVS, noua lege suppleuit, in eaque id clarius vtrisque capitale fecit. Atque ita magistratus ciuilis omnia, quæ poterat, impedimenta istiusmodi matrimoniis interponebat.

(*a*) Ibid. can. XVII.

(*b*) Concil. Aurel. II. can. XVIII.

(*c*) Cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis leg. II. Vid. Cod. Theod. lib. IX. tit. VII. ad legem Iuliam de adulteris leg. V. Et cod. Iustin. lib. I. tit. IX. de iudæis leg. VI.

(*d*) Cod. Theod. lib. XVI. tit. VIII. de iudæis leg. VI.

§. II.

§. II.

Ecclesia de christianorum omnium consilio contrahendi matrimonium ante, quam hoc consummaretur, certior reddenda.

AD præuenienda autem, quæ ex istiusmodi disparibus matrimoniis exsistere poterant, incommoda, ab omnibus christianis requirebatur, vt ecclesiæ episcopum de consilio suo contrahendi matrimonium in tempore facerent certiorem, vt, si quod istiusmodi obstaculum appareret, a proposito possent deterreri. Ita IGNATIVS in epistola ad *Polycarpum* [e]: *Decet, vt sponsi & sponsæ de sententia episcopi coniugium faciant, quo nuptiæ sint secundum Dominum, & non secundum cupiditatem.* Et hoc e diversis locis apud TERTVLLIANVM patet, qui sæpe inculcat, quod hac in re monitum & consilium ab ecclesia expetendum sit. Loquens enim de quibusdam feminis, quæ gentilibus nupserant, mirari se dicit [f] aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum præuaricationem. Quibus verbis indicat, ipsas hac in re ab aliis expetiisse consilium, non ab ecclesia, quæ eis non datura fuisset consilium & approbationem nubendi gentilibus. Alio loco [g] ait: *Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renuntiant, & pater ratum habet?* Heic, vt ne in præsenti de verborum vllorum sensu disputemus, matrimonium ab ecclesia conciliatum ad minimum significet, oportet, matrimonium monito & consilio eius factum, si non eius ministerio ac benedictione; quod nonnulli ægre concedunt; verum hac de re mox plura. TERTVLLIANVS, quum ad *Montanistarum* transisset castra, omnibus viduis secundas nuptias dissuadebat, inter alia tali eas vrgens argumento [h]: *Qualis es*,

(e) Ignat. epist. ad Polycarp. §. V. Πρέπει τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι· ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ τὸν θεὸν καὶ μὴ κατ᾽ ἐπιθυμίαν.

(f) Tertull. ad vxor. lib. II. c. II. Quum quædam istis diebus nuptias suas de ecclesia tolleret, id est, gentili coniungeretur, idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum præuaricationem &c.

(g) Ibid. cap. IX.

(h) Id. de monogam. c. XI.

id matrimonium postulans, quod eis, a quibus postulas, non licet habere; ab episcopo monogamo, a presbyteris & diaconis eiusdem sacramenti; a viduis, quarum sectam in te recusasti? Heic diserte dicit, vniuersam ecclesiam de omnium proposito ineundi matrimonium certiorem fieri, & ab vnoquoque ecclesiæ ordine, a viduis non minus quam a clericis, quasi veniam peti consueuisse, vt, si quis haberet, quod cum ratione opponeret, (exempli caussa, quod cum gentilibus vel iudæis, vel hæreticis, vel propinquis & necessariis, vel sine parentum consensione, vel alia quacumque iniqua ratione matrimonium vellent contrahere) id in tempore indicari, & istiusmodi matrimonium præpediri, aut certe caueri posset, ne consensu ecclesiæ approbaretur habereturque ratum. Hoc manifesto intelligendum est, quando ecclesiæ consilium in negotio matrimonii expetitum esse dicitur: Non, quod ecclesia sibi arbitrariam aliquam potestatem arrogarit concedendi vel prohibendi vllis hominibus matrimonium, sed quod hoc illis solum recusarit, contra quos ei iusta quædam & idonea esset ratio; cuiusmodi erat illa primo loco nominata, si quis in eo esset, vt iudæam sibi matrimonio iungeret; quod, licet hisce temporibus alio modo in effectum posset deduci, numquam tamen agnoscente vel consentiente vel ministrante ecclesia fieri debebat; quemadmodum ex iis omnibus apparet, quæ de ratione agendi, quam respectu istiusmodi matrimoniorum cum gentilibus ecclesia iniit, disseruimus.

§. III.

Nuptiæ non celebrandæ cum propinquis siue consanguinitate siue adfinitate, ad suspicionem incestus deuitandam.

ALIA ecclesiæ regula, certarum personarum prohibens coniugium, erat, si vel consanguinitate vel adfinitate propius se attingerent, quæ res matrimonium incestum redditura erat, vtpote in gradibus, a Deo in scriptura sacra prohibitis, contractum. Quam longe christiana morum præcepta post se reliquerint hac in re ea, quæ ab ethnicis tradita sunt, (non obstante gentilium aduersus christianos calumnia, quod incestum in religiosis suis conuentibus committerent) fusius ostendimus loco alio, vbi pœnas etiam tam ecclesiasticas quam ciuiles

viles enarrauimus [*], quæ ex iſtorum temporum diſciplina iis, qui flagitio inceſto ſe polluiſſent, inflictæ fuerint. Heic tantum paullo diſtinctius iſtos gradus recenſebimus, qui matrimonium inceſtum & omnino nullum, ſi ita contractum eſſet, facere crediti ſunt. Concilium *Agathenſe* hæc de illis habet [*i*]: *De inceſtis coniunctionibus nihil prorſus veniæ reſeruamus, niſi quum adulterium ſeparatione ſanauerint. Inceſtos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtum eſt. Hos enim cenſemus eſſe: Si quis relictam fratris, quæ pene prius ſoror exſtiterat, carnali coniunctione polluerit: Si quis frater germanam vxorem duxerit: Si quis nouercam duxerit: Si quis conſobrinæ ſuæ ſe ſociauerit: Si quis relictæ vel filiæ auunculi miſceatur, aut patrui filiæ, vel priuignæ ſuæ: aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit vxorem. Quos omnes & olim & ſub hac conſtitutione inceſtos eſſe non dubitamus, & inter catechumenos manere & orare præcipimus. Quod ita præſenti tempore prohibemus, vt ea, quæ ſunt hactenus inſtituta, non diſſoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.* Hic canon ad verbum repetitur in concilio *Epaunenſi* [*k*], modo vltimum comma negatiue ſic legitur [*]: *non habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.* Quæ manifeſto corrupta lectio eſt, negligentia indocti cuiuſdam librarii inuecta. Nam in concilio *Turonenſi* ſecundo [*l*] hic canon *Epaunenſis* citatur & legitur eodem modo, vti in concilio *Agathenſi*. Et correctores *Romani* in GRATIANVM [*m*] in indice GREGORII atque capitulari *Caroli magni* ſic eum legi obſeruant. Ego præterea id ſolum ob-

(*) Lib. XVI. cap. XI. §. III. vol. VII. p. 419. ſqq.

(*i*) Concil. Agath. can. LXI.

(*k*) Concil. Epaun. c. XXX.

(*) Not. in editione Labbei hæc negatiua particula *non* abeſt.

(*l*) Concil. Turon. II. c. XXII.

(*m*) Grat. cauſſ. XXXV. quæſt. II. cap. VIII. de inceſtis. *habebunt*]. Sic in Agathenſi & apud Iuonem. In Epaunenſi legitur, non *habebunt*. Sed in Turonenſi, in quo citatur Epaunenſe, *habebunt*. Sic etiam infra q. VIII. cap. hæc ſalubriter. ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc ſententia exponitur: *Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, niſi hi ſunt, quos ſanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.*

ſeruo, quod, licet conſobrinorum matrimonium hiſce in canonibus inceſtum habeatur, ita tamen non fuerit in vetuſtis eccleſiæ legibus, donec *Theodoſius* monitu *Ambroſii* id primum vt tale declararet. Quæ vero prohibitio non diuturna fuit. Nam *Arcadius* eam reuocauit, & *Iuſtinianus* vetuſtam legem inſtaurauit eamque in ſuum adoptauit codicem. De quibus omnibus libro quodam ſuperiore [*] diximus fuſius. Quod hoc loco addendum fuerit, hæc ſola obſeruatio eſt, Quod, quidquid eccleſia vmquam inceſtum declarauerit, id ſemper iuſtum matrimonii impedimentum habitum, adeoque tamquam grauis cauſſa adlegatum fuerit, quamobrem perſonæ, tam propinqua cognatione coniunctæ, matrimonio iungi non poſſent, vel ſi id factum eſſet, quod idonea ratio fuerit infligendi illis cenſuras eccleſiæ, vſque dum mutua ſeparatione iſtiuſmodi creditum matrimonium diſſoluerent.

§. IV.

Filiis impubibus ſine parentum vel tutorum vel proximorum agnatorum conſenſu matrimonium contrahere haud permiſſum.

ALIA ratio inhibitionis hac in re erat, quando filii, qui nondum ad annos pubertatis peruenerant, de ineundo matrimonio cogitarent ſine conſenſione parentum, vel tutorum, vel proximorum agnatorum, qui, ſi parentes eſſent mortui, paternam eorum curam gerebant, habebantque de illis ſtatuendi poteſtatem. Lex ciuilis admodum ſeuera hoc in negotio erat, non tantum aduerſus ipſos raptores, qui virgines contra parentum voluntatem rapuiſſent, omneſque eos, qui illis hac in re operam ſuam commodaſſent, qui vel ſolum vertere vel viui comburi debebant; ſed contra ipſas etiam virgines, quæ in eiuſmodi connubia præter parentum ſuorum conſenſum conſpiraſſent: quemadmodum ex variis *Conſtantini*, *Conſtantii*, *Valentiniani* & *Gratiani* legibus, in vtroque codice interpoſitis, oſtendendi occaſionem iam antehac [*] habuimus. Iam vero quum hæc eſſet legum imperialium ratio, eccleſia multo magis cauebat, ne hac in re delinquendo talem incur-

(*) Lib. XVI. cap. XI. §. IV. vol. VII. p. 423. ſeqq.

reret

ferret ignominiam. TERTVLLIANVS de ſua ætate id teſtari videtur, quando ait [n]: *Nec in terris filii ſine conſenſu patrum rite & iure nubent.* Et clandeſtinas nuptias ab eccleſia improbari adſerit, *Penes nos*, inquiens [o], *occultæ quoque coniunctiones, id eſt, non prius apud eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicari periclitantur. Nec inde conſertæ obtentu matrimonii crimen eludant.* AVGVSTINVS ſimiliter poteſtatem parentum hoc in negotio adſerit. Loquens enim de puella, cui ætas nondum matura erat, ſub tutela eccleſiæ ſuæ conſtituta, vt ab omnibus conatibus faciendi eam raptori prædam tuta & incolumis præſtaretur, ait [p]: *In ea ætate eſt, vt ſi voluntatem nubendi haberet, nulli adhuc dari vel promitti deberet. Habet materteram; Fortaſſis, quæ nunc non apparet, apparebit & mater, cuius voluntatem in tradenda filia omnibus, vt arbitror, natura præponit: niſi eadem puella in ea iam ætate fuerit, vel iure licentiori ſibi eligat ipſa, quod velit.* BASILIVS [q] ſæpe de iſtiuſmodi immaturæ ætatis puellis raptis, & clandeſtine ſine parentum conſenſu ductis, loquitur: Dicit autem tales, quæ venditentur, nuptias non eſſe matrimonium ſed fornicationem, nec vllius valoris, ſed nullas & irritas, niſi forte parentes reconciliati coniugio poſtea adnuerint: Interim transgreſſores pœnitentiam fornicatorum & meretricum agere oportere in eccleſia. Et ſane tanto maior cum hanc præuiam cautionem, tum ſubſequentem ſeueritatem adhibendi ratio erat, quia non ſolum lex ciuilis ſub imperatoribus chriſtianis, ſed vetuſta etiam lex *Romana* ſub imperatoribus ethnicis ſeuera & rigida erat in hac materia de neceſſitate conſenſus parentum ad legitimum matrimonium, ſine quo illegitimum habebatur, & filii ſpurii. IVSTINIANVS quaſdam leges imperatorum gentilium [r] *Seueri* & *Antonini Caracallæ* in codicem ſuum adoptauit. Præterea id ex APVLEIO apparet, qui adludens ad diuerſa momenta, quæ matrimonium faciant nullum, vtpote

(n) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IX.

(o) Id. de pudicit. c. IV.

(p) Auguſtin. epiſt. CCXXXIII.

(q) Baſil. c. XXII. Vid. lib. XVI. c. IX. §. II. ſub litt. (o). vol. VII. p. 394. Can. XXXVIII. Vid. ibid. ſub litt. (q) p. 385. Can. XLII. Vid. h. l. ſub litt. ſeq. (t).

(r) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. IV. de nuptiis leg. I. II.

con-

contra legem initum, *Venerem* introducit *Psychæ*, eo quod *Cupidini* filio ipsius se nupsisse dicat, ita insultantem: *Impares nuptiæ, & præterea in villa sine testibus & patre non consentiente* [s] *factæ, legitimæ non possunt videri: ac per hoc spurius ille nascetur.* Quod igitur tam necessarium credebatur ad reddendum matrimonium legitimum inter gentiles, id profecto multo magis inter christianos necessarium fuit. Neque vllum exemplum, quod ego sciam, reperitur, quod ecclesia vllum matrimonium tamquam legitimum concesserit vel approbarit, ad quod ratum habendum parentum, de liberis suis impubibus statuentium, non prius aut certe postea accesserit consensio.

§. V.

Nec seruis sine dominorum consensu.

EAMDEM potestatem idemque ius, quod parentes in liberos, domini habebant in seruos suos. Quam ob caussam nullus seruus sine domini consensu matrimonium contrahere poterat; & si id faceret, in domini positum erat potestate, approbare illud matrimonium vel rescindere. BASILIVS *Quæ sine iis*, inquit [t], *qui habent potestatem, fiunt matrimonia, sunt fornicationes. Nec ergo viuente patre, nec domino, ii qui conueniunt, sunt ab accusatione liberi, donec coniugio domini adnuerint, tunc enim accipit firmitatem coniugium.* Et iterum [u]: *Quæ præter domini sententiam se viro tradidit, fornicata est: quæ autem postea libero matrimonio vsa est, nupsit. Eorum enim, qui sunt in alterius potestate, pacta conuenta firmi nihil habent.*

§. VI.

Illustri conditione hominibus non permissum matrimonium contrahere cum seruis.

ALIA res, ad legitimum matrimonium requisita, erat, vt esset quædam conditionis inter partes contrahentes æqualitas. Illustri loco natis non licebat esse tam humilibus tamque ab-

(s) Apulei. de asino aureo, lib. VI. p. 104.

(t) Basil. can. XLII. Οἱ ἄνευ τῶν κρατούντων γάμοι, πορνεῖαί εἰσιν· οὔτε οὖν πατέρος ζῶντος, οὔτε δεσπότου, οἱ συνιόντες ἀνεύθυνοί εἰσιν, ἕως ἂν ἐπινεύσωσιν οἱ κύριοι τὴν συνοίκησιν· τότε γὰρ λαμβάνει τὸ τοῦ γάμου βέβαιον.

(u) Id. can. XL. Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐκδοῦσα, ἐπόρνευσεν· ... καὶ γὰρ συνθῆκαι τῶν ὑπεξουσίων, οὐδὲν ἔχουσι βέβαιον.

iectis,

iectis, vt ſeruas ſecum matrimonio iungerent. Lex ciuilis eos *pares genere & moribus* [x] eſſe iubet. Per quod lex non intelligit, quod pares fortunis eos eſſe oporteat, ſed quod non eſſe debeat eiuſmodi diſparilitas in eorum conditione, cuiusmodi eſt inter ingenuum ac ſeruum; nec talis diſparilitas in eorum moribus, qualis eſt inter mimam & ſenatorem, vel alium quemcumque hominem ingenuum liberaliterque educatum: Quomodo res in lege quadam *Valentiniani* ac *Marciani* [y] de hoc capite accurate explanatur. *Humilem vel abiectam feminam minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata ſit: vnde licere ſtatuimus ſenatoribus, & quibuscumque ampliſſimis dignitatibus præditis, ex ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimonium ſibi accipere, nullamque inter ingenuas & opulentiores ex diuitiis & opulentiore fortuna eſſe diſtantiam. Humiles vero abiectasque perſonas eas tantummodo mulieres eſſe cenſemus; ancillam, ancillæ filiam; libertam, libertæ filiam; ſcenicam, ſcenicæ filiam; tabernariam, tabernarii, vel lenonis vel arenarii filiam; aut eam, quæ mercimoniis publice præfuit. Ideoque huiuſmodi inhibuiſſe nuptias ſenatoribus harum feminarum, quas modo enarrauimus, æquum eſt. Conſtantinus* [z] iam antea legem tulit, qua omnes ſenatores, præfectos, magiſtratus oppidanos & prouinciarum ſacerdotes maculam infamiæ ſubire & alienos a *Romanis* legibus fieri iuſſit, ſi ancillas, vel libertas, vel ſcenicas in matrimonium duxerint, filiis, quos ex iſtiuſmodi coniunctione ſuſceperint, a ſucceſſione in paternis poſſeſſionibus omnino excluſis. Et vt mulieres, nobili genere natæ, a vilium atque

(x) Cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis leg. I. Placet admodum -- habendo examini auctoritatem quoque iudiciariæ cognitionis adiungi, vt ſi *pares ſunt genere ac moribus* petitores, is potior æſtimetur, quem ſibi conſulens mulier adprobarit.

(y) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. V. de inceſtis & inutilibus nuptiis, leg. VII.

(z) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. XXV. de naturalibus liberis. leg. I. Senatores ſeu præfectos, vel quos in ciuitatibus duumuiralitas, vel ſacerdotii, id eſt Phœniciarchiæ vel Syriarchiæ ornamenta condecorant; placet maculam ſubire infamiæ, & alienos a Romanis legibus fieri; ſi ex ancilla, vel ancillæ filia; vel liberta, vel libertæ filia; vel ſcenica, vel ſcenicæ filia; vel humili vel abiecta perſona, vel lenonis aut arenarii filia, vel quæ mercimoniis publice præfuit, ſuſceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, &c.

ab-

abiectorum malæque famæ virorum insidiis eo magis tutæ sint, lex prouidet, ne quis inferioris conditionis nobilem feminam sollicitet, vel clandestinis artibus eos, qui circa ipsam sint, corrumpendo illius compos fieri adlaboret, sed vt consulatur adfinitas [a], & omnia transigantur publice in præsentia procorum, qui non videantur talem fraudem in efficienda istiusmodi disparili consociatione adiuturi. Immo vero curialibus siue municipiorum decurionibus per legem quamdam *Constantini* [b] disertis verbis interdicitur, ne ducant seruam in matrimonium, alioquin mulier in metallum trudi & ipse decurio in insulam deportari ac bona eius mobilia & vrbana mancipia fisco adquiri, prædia vero & rustica mancipia ciuitati, cuius decurio fuerit, mancipari iubentur. Neque dubium est, quin, quod tam seuere punitum est in republica, in ecclesia, pro eo ac decuerit, punitum sit, vt ne istiusmodi illicitæ praxes foueri vel adiuuari viderentur, quod ignominiæ & dedecori futurum erat ecclesiæ; tametsi nullos canones ecclesiasticos diserte contra hanc rem factos meminerim.

§. VII.

Nec prouinciarum administratoribus cum femina quadam prouinciali, durante administrationis suæ anno.

ERANT etiam quædam rationes status, quamobrem prouinciæ alicuius administratori non permittendum esse iudicabatur, vt feminam aliquam istius prouinciæ, durante administrationis suæ anno, in matrimonium duceret. Non quod infra dignitatem eius hoc esset, sed quia ille non sine caussa judicari poterat occasione auctoritatis & potestatis, quam in omnes circa se habebat, terrorem iniecturus feminæ, eamque vel inuitam ad obsequium matrimonii perducturus, nec parentibus vel tutoribus illius libertatem de ea pro arbitrio suo decernendi relicturus. Quibus incommodis atque oppres-

(a) Ibid. Nuptias nobiles nemo redimat, nemo sollicitet, sed publice consulatur adfinitas, adhibeatur frequentia procorum.

(b) Cod. Theod. lib. XII. tit. I. de decurionibus leg. VI. Si decurio fuerit alienæ seruæ coniunctus, & mulierem in metallum trudi sententia iudicis iubemus, & ipsum decurionem in insulam deportari &c.
Vid. Apulei. lib. VI. Impares nuptiæ non sunt legitimæ.

sioni

ſioni vt occurreretur, *Theodoſius* legem [c] tulit in hanc ſententiam: *Si quis in poteſtate publica poſitus, atque honore prouinciarum adminiſtrandarum, qui parentibus aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipſis, quæ matrimonium contracturæ ſunt, poteſt eſſe terribilis, ſponſalia dederit; iubemus, vt deinceps ſiue parentes, ſiue eædem mutauerint voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur, pœnæque expertes ſint, quæ quadruplum ſtatuit, ſed extrinſecus data pignora lucratiua habeant, ſi ea non putent eſſe reddenda. Quod ita late patere volumus, vt non ſolum circa adminiſtrantes, ſed & circa adminiſtrantium filios, nepotes, propinquos, participes domeſticosque cenſeamus, quibus tamen adminiſtrator operam dederit; Impleri autem id poſtea matrimonium non vetamus, quod tempore poteſtatis ob eas perſonas, de quibus loquuti ſumus, arris fuerit obligatum, ſi ſponſorum conſenſus accedat.* Ex quibus videmus, fuiſſe hoc tantummodo impedimentum aliquod certis perſonis ad tempus interpoſitum, nimirum prouinciarum moderatoribus, vt ne feminam ex ſua ipſorum prouincia ſibi iungerent matrimonio, durante adminiſtrationis ſuæ anno. Non alias quaſcumque, ſed eas ſolum, quæ ex propria ipſorum eſſent prouincia, ducere prohibebantur ex ſcitis & idoneis, quas lex adlegat, rationibus.

§. VIII.

Nec viduis ſecundas nuptias facere, ante duodecimum a virorum ſuorum obitu menſem.

EODEM modo cum viduis res ſe habebat: Non prohibebantur a ſecundis nuptiis, lege autem cautum erat, ne ante exactum a maritorum ſuorum obitu annum eas celebrarent. Hæc lex veterum *Romanorum* erat inde a *Romuli*, primi eorum regis, tempore. Quando autem annus *Romanus* tunc decem tantum menſes habuit, haud longius tempus lugendi viduæ

(c) Cod. Theod. lib. III. tit. VI. leg. I.
Vid. etiam ibid. tit. XI. leg. I. Si quis ordinaria vel qualibet præditus poteſtate, circa nuptias inuitis ipſis vel parentibus contrahendas (ſiue pupillæ, ſiue apud patres virgines, ſiue viduæ erunt, ſiue & ſui iuris viduæ, denique cuiuſcumque ſortis) occaſione poteſtatis vtatur & minacem fauorem ſuum inuitis iis, quorum vtilitas agitur, exhibere aut exhibuiſſe detegitur, hunc & multæ librarum auri decem obnoxium ſtatuimus, & quum honore abierit, peractam dignitatem vſurpare prohibemus.

constitutum fuit initio. Neque per plures subsequutas ætates prorogatum est, licet ipse annus a *Numa* ad duodecim menses productus esset; sed annus viduæ secundum veterem supputandi rationem æstimabatur. Vt adeo, vbicumque vidua annum post mariti sui excessum lugere dicitur, hoc de anno *Romuleo* decem tantum mensium intelligendum sit. Atque ita res durauit ad ætatem vsque *Theodosii*, qui pristino temporis spatio annum addidit per legem, his verbis expressam [*d*]: *Si qua ex feminis, perdito marito, intra anni spatium alteri festinarit innubere (Parum enim temporis post decem menses seruandum adiicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus) probrosis inusta notis honestioris nobilisque personæ & decore & iure priuetur; atque omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel iure sponsaliorum, vel iudicio defuncti coniugis consequuta fuerat, amittat.*

§. IX.

Mulieribus haud licitum nubere, absentibus maritis suis, antequam de eorum obitu factæ essent certiores.

Si cuius vxoris maritus abiret peregre ab eaque abesse pergeret, non erat ei certum tempus iterandi nuptias constitutum, sed exspectare illa debebat, vsque dum de morte eius esset facta certior. Alias enim adulterii rea habebatur. Sic BASILIVS [*e*]: *Quæ, quum vir secessit & non apparet, antequam de eius morte certior facta sit, cum alio cohabitarit, mœchatur.* Hic casus erat vxoris cuiusdam militis (nubentis post longam mariti peregrinationem atque absentiam, ante tamen, quam de eius morte certior esset facta) quemadmodum alio canone [*f*] declarat: Sed rem nonnullam heic veniam admittere existimat,

(*d*) C. d. Theodos. lib. III. tit. VIII. de secundis nuptiis. leg. I.

(*e*) Basil. can. XXXI. Ἡ ἀναχωρήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πεισθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἑτέρῳ συνοικήσασα, μοιχᾶται.

(*f*) Id. can. XXXVI. Στρατιώτιδες, αἱ τῶν ἀνδρῶν ἀφανῶν ὄντων γαμηθεῖσαι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ὥσπερ ἂν καὶ αἱ διὰ τὴν ἀποδημίαν τῶν ἀνδρῶν μὴ ἀναμείνασαι τὴν ἐπάνοδον· πλὴν ἔχει τινὰ συγγνώμην τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς θάνατον εἶναι τὴν ὑπόνοιαν. *Militum vxores, quæ, quum mariti ipsarum non appareant, nupserunt, eidem rationi subiiciuntur, cui & quæ propter maritorum peregrinationem & absentiam, reditu non exspectato, nupserint: sed res non nullam hic veniam admittit, quod maior sit mortis suspicio.*

quod

quod maior ſit mortis ſuſpicio. Hiſce in caſibus, ſi prior maritus rediret, vxorem ſibi ſuam vindicare poterat, & ſecundæ nuptiæ nullæ erant & irritæ, quemadmodum in concilio *Trullano* [*g*] determinatur, vbi hi canones BASILII repetuntur. Lex autem ciuilis vxori militis poſt quatuor annorum moram [*h*] ſecundas nuptias inire permittit.

§. X.

Tutoribus non permiſſum pupillas ducere nondum adultas, vſque dum tutela eſſet finita.

PER antiquam legem *Romanam* nullus poterat in matrimonium ducere feminam, cuius tutor erat vel curator. Neque filio ille ſuo dare eam poterat. Exſtant variæ leges *Seueri*, *Philippi* ac *Valeriani* [*i*] hanc in rem in codice *Iuſtinianeo*. V-

(*g*) Concil. Trull. can. XCIII. Ἡ ἀναχωρήσαντος κ. τ. λ. εἰ δέ γε ὁ στρατιώτης ἐπανέλθοι χρόνῳ ποτὲ, οὗ ἡ γυνὴ διὰ τὴν ἐπὶ πολὺ ἐκείνου ἀπόλειψιν ἑτέρῳ συνήφθη ἀνδρὶ, οὗτος εἰ προαιρεῖται, τὴν οἰκείαν αὖθις ἀναλαμβανέτω γυναῖκα, συγγνώμης αὐτῇ ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ διδομένης, καὶ τῷ ταύτην εἰσοικισαμένῳ κατὰ δεύτερον γάμον ἀνδρί. *Vxor viri, qui ſeceſſit &c. -- Sin autem miles aliquanto poſt tempore redierit, cuius vxor propter longam illius abſentiam alteri viro coniuncta eſt; is ſi velit, propriam vxorem recipiat, ipſi venia propter ignorantiam data, eique qui illam in ſecundis nuptiis domum duxit.*

(*h*) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. XVII. leg. VII. Vxor, quæ in militiam profecto marito, poſt interuentum annorum quatuor, nullum ſoſpitatis eius potuit habere indicium, atque ideo de nuptiis aliis cogitauit, nec tamen ante nupſit, quam libello ducem ſuper hoc ſuo voto conuenit, non videtur nuptias iniiſſe furtiuas, nec dotis amiſſionem ſuſtinere, nec capitali pœnæ eſſe obnoxia, quæ poſt tam magni temporis iugitatem non temere nec clanculo, ſed publice conteſtatione depoſita nupſiſſe firmatur.

(*i*) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. VI. de interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ſeu curatorem filiosque eorum. leg. I. Senatus conſulti auctoritatem, quo inter pupillam & tutoris filium connubium ſaluberrime ſublatum eſt, circumueniri ruſticitatis & imperitiæ velamentis non oportet. Leg. IV. Libertinum, qui filio ſuo naturali, quem in ſeruitute ſuſceperat, poſtea manumiſſo pupillam ſuam, eamdemque patroni ſui filiam in matrimonium collocauit; ad ſententiam ampliſſimi ordinis, qui huiuſmodi nuptiis interdicendum putauit, pertinere dubitari non oportet. Leg. VI. Si patris tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel poſt redditam nondum exacto quinto & viceſimo anno, nec non vtili anno, vxorem duxiſti: nec matrimonium cum ea habuiſſe, nec filium ex huiuſmodi coniunctione procreaſſe videri potes. Leg. VII. Si tutor vel curator pupillam, vel adultam quandam ſuam ſibi, vel filio ſuo, nullo diuino impetrato beneficio, in

na ſola exceptio, quæ hac in re locum habebat, erat, ſi principis venia & ſpeciali edicto id faceret tutor. *Conſtantinus* autem hanc materiam alia determinauit diſtinctione, nimirum, vt ne liceret tutori [k] puellam ſibi matrimonio iungere, quoad ad annos adultæ ætatis non acceſſiſſet, ſub illiuſque poſita eſſet tutela; ſi autem per ætatem ad nuptias adſpirare cœpiſſet, vt tum ducendi eam haberet veniam, dummodo prius probauiſſet, quod puellæ eſſet intemerata virginitas. Si quam vero iniuriam pudicitiæ eius illatam ab eo eſſe conſtaret, vt non ſolum ab ea in matrimonium ducenda arceretur, ſed deportatione quoque plecteretur, atque vniuerſæ eius facultates fiſco vindicarentur.

§. XI.

Quo primum tempore prohibitio matrimoniorum inter ſpirituales cognatos inuecta ſit.

PER quaſdam regulas, etſi non primitiuæ antiquitatis, certi gradus ſpiritualium cognatorum ab ineundis inter ſe matrimoniis prohibebantur. Qua de re primum omnium cogitauit *Iuſtinianus*, legemque [l] tulit in hæc verba: *Ea perſona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis a ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate: quum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam adfectionem & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quam huiuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt.* Concilium *Trullanum* hanc materiam paullo vlterius extendit [m], & ſuſceptori non ſolum cum infante, ſed etiam cum ſuſcepti in-

matrimonio collocauerit: manet infamia contra eum, veluti confeſſum de tutela: quia huiuſmodi coniunctione fraudem adminiſtrationis tegere laborauit: & dos data per condictionem repeti poteſt.

(k) Cod. Theod. lib. IX. tit. VIII. leg. I. Vbi puella ad annos adultæ ætatis acceſſerit, & adſpirare ad nuptias cœperit, tutores neceſſe habeant comprobare, quod puellæ ſit intemerata virginitas, cuius coniunctio poſtulatur. Quod ne latius porrigatur, hic ſolus debet tutorem nexus adſtringere, vt ſe ipſum probet ab iniuria læſi pudoris immunem: Quod vbi conſtiterit, omni metu liber optata coniunctione frui debebit: officio ſeruaturo, vt ſi violatæ caſtitatis apud ipſum facinus hæreat, deportatione plectatur, atque vniuerſæ eius facultates fiſci viribus vindicentur: quamuis eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponunt.

(l) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. IV. de nuptiis leg. XXVI.

(m) Concil. Trull. c. LIII. Ἐπειδὴ μείζων ἡ κατὰ πνεῦμα οἰκειότης τῆς τῶν σωμά-

fan-

fantis matre vidua matrimonium contrahere interdicit, iubens eos, qui hoc fecerint, primo ab eiusmodi matrimonio desistere, deinde & fornicatorum pœnis subiici. Lex canonica postea hanc prohibitionem ad baptizantem & baptizatum, nec non ad catechisantem & catechumenos [*n*], & ad nescio quos spiritualis cognationis gradus dilatauit. Et sane pontifices *Romani* cum eadem ratione omnibus christianis interdicere potuissent, ne alii cum aliis matrimonium contraherent; quia per baptismum & multa alia vincula magis indubie spirituales fratres sunt. At vero ESTIVS [*o*] hoc statuere absurdissimum fore putat, quia hoc omnes christianos adacturum sit vel abstinere a coniugio, vel cum infidelibus illud contrahere: Et tamen omnes reliquas insulsas atque ineptas prohibitiones ex infallibili ecclesiæ auctoritate diligentissime defendit ac tuetur.

§. XII.

Num quis post legitimum diuortium aliam vxorem ducere potuerit.

Sed reuertimur ad antiquam ecclesiam, vnde digressi era-

των συναφείας· ἔγνωμεν δὲ ἔν τισι τόποις τινὰς ἐκ τῦ ἁγίυ καὶ σωτηριώδυς βαπτίσματος παῖδας ἀναδεχομένυς, καὶ μετὰ τῦτο ταῖς ἐκείνων μητράσι χηρευάσαις γαμικὸν συναλλάσσοντας συνοικέσιον· ὁρίζομεν, ἀπὸ τῦ παρόντος μηδὲν τοιῦτον πραχθῆναι· εἰ δέ τινες μετὰ τὸν παρόντα κανόνα φωραθεῖεν τῦτο ποιῦντες, πρωτοτύπως μὲν οἱ τοιῦτοι ἀφιςάσθωσαν τῆς παρονόμυ τῦτυ συνοικεσίυ· ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις ὑποβληθήτωσαν. *Quoniam spiritualis necessitudo seu adfinitas corporum coniunctione maior est; in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex sancto & salutari baptismate infantes suscipiunt, postea quoque cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere, statuimus, vt in posterum nihil fiat eiusmodi. Si qui autem post præsentem canonem hoc facere deprehensi fuerint, ii quidem primo ab hoc illicito matrimonio desistant, deinde & fornicatorum pœnis subiiciantur.*

(*n*) Sixt. decretal. lib. IV. tit. III. de cognatione spirituali cap. III. Per catechismum, qui præcedit baptismum, sacramentorum fundamentum & ianuam reliquorum, cognatio spiritualis contrahitur: per quam contrahendum matrimonium impeditur.

(*o*) Estius in sentent. lib. IV. dist. XLII. n. I. Multo minus ea spiritualis fraternitas, quæ est inter omnes christianos, debuit impedimentum matrimonii constitui; tum quia ratio supradicta non habet in ea locum, tum quia per eiusdem legem christiani non possent matrimonia contrahere, nisi cum infidelibus, quod foret absurdissimum.

 mus.

mus. Multi ex vetuſtis ſcriptoribus matrimonii vinculum nulla re niſi morte ſolui poſſe ſtatuebant. Et proinde non ſolum polygamiam ſiue nuptias cum ſecunda aliqua femina, priore adhuc in viuis agente, & nuptias poſt illegitimum diuortium, quod re ipſa idem cum polygamia eſſe habebatur, damnabant, ſed illicitum quoque matrimonium iudicabant, poſt legitimum diuortium contractum: quia etſi ratio ſeparandi coniuges eſſe poterat, matrimonii tamen diſſolutionem non eſſe exiſtimabant, quoad vtraque pars viueret. Nihil heic de illicita polygamiæ ſiue matrimonii, poſt illicitum diuortium initi, ratione dicturi ſumus amplius, quia antehac [*] occaſionem habuimus de legibus ac diſciplina eccleſiæ aduerſus vtrumque diſſerendi copioſius. Prohibitio autem nuptiarum poſt legitimum diuortium res eſt, quæ paullo diligentiorem meretur conſiderationem.

ATQVE heic obſeruamus, variaſſe hac de re veterum ſententias. ORIGENES quidem nuptias poſt iſtiuſmodi diuortium improbabat, ab aliis tamen eas admiſſas eſſe declarat, quando ait [*p*]: „Scio quoſdam, qui præſunt eccleſiis, extra „ſcripturam permiſiſſe aliquam nubere, viro priori viuente: „& contra ſcripturam fecerunt quidem, dicentem, *Mulier li- „gata eſt, quanto tempore viuit vir eius:* Item: *Viuente viro adultera „vocabitur, ſi facta fuerit alteri viro.* Non tamen omnino ſine „cauſſa hoc permiſerunt: forſitan enim propter huiuſmodi in- „firmitatem incontinentium hominum, peiorum comparatio- „ne quæ mala ſunt, permiſerunt, aduerſus ea, quæ ab initio e- „rant ſcripta„. Heic rationi conſentaneum eſt ſtatuere, iſtos epiſcopos, qui viris atque vxoribus poſt diuortia ſecundas nuptias permiſerunt, has pro non ſimpliciter malis habuiſſe, etiamſi tales eſſent in oculis ORIGENIS. Idem illud de *Conſtantino* ſtatuendum eſt, qui viro vxorem ſuam ob tria crimina, ſi nimirum vel mœcha, vel medicamentaria, hoc eſt, venefica, vel conciliatrix, ſiue læna eſſet, dimittere aliamque ducere lege hanc in rem promulgata [*q*] permiſit. Nam, vt recte obſer-

(*) Lib. XVI. cap. XI. §. V. & VI. vol. VII. p. 425. ſeqq. pag. 430. ſeqq.

(*p*) Origen. homil. VII. in Matth. tom. II. p. 67 (p. edit. Pariſ. MDCIIII.)

(*q*) Cod. Theod. lib. III. tit. XVI. de repudiis, leg. I. In maſculis etiam, ſi re-

vat

vat GOTHOFREDVS [*], dum dicit, virum, ſi vxorem ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem reſtituere debere & aliam non ducere, plane indicat, quod, ſi illam vnius criminis ex his tribus nominatis ream eſſe probaſſet, repudiandi eam aliamque ducendi habuerit licentiam. Perſonatus AMBROSIVS in eadem fuit ſententia. Nam exponens verba apoſtoli: *Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror, in huiuſmodi*, ait [r]: *Si Eſdras dimitti fecit vxores aut viros infideles, vt propitius fieret Deus, nec iratus eſſet, ſi alias ex genere ſuo acciperent: (non enim ita praeceptum his eſt, vt remiſſis iſtis alias minime ducerent:) quanto magis ſi infidelis diſceſſerit, liberum habebit arbitrium, ſi voluerit, nubere legis ſuae viro?* Et huius adſerti ſui hanc reddit rationem: *Contumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur, ne accuſetur alii copulatus, infidelis autem diſcedens, & in Deum & in matrimonium peccare dignoſcitur.* EPIPHANIVS non tantum ſuam ipſius ſententiam, ſed ſententiam quoque eccleſiae ſui temporis loquitur. Dicit autem perſpicue, quod licet clericis, ſecundam vxorem, priore mortua, ſibi copulare interdictum ſit; populo tamen non tantum vxoribus mortuis, ſed iuſte etiam repudiatis, id facere liceat. *Cui mortua vna non ſufficit*, inquit [ſ], *quum occaſione aliqua ſtupri adulteriique aut alterius flagitii cum ea diuortium fecerit, is ſi alteram vxorem duxerit, aut alteri viro mulier nupſerit, ſacrarum litterarum auctoritas ab omni culpa illos abſoluit, neque ab eccleſia aut aeterna vita reiicit, ſed propter imbecillitatem tolerandos exiſtimat. Non ita tamen, duas vt altera ſuperſtite v-*

pudium mittant, haec tria crimina inquiri conueniet, ſi moecham, vel medicamentariam, vel conciliatricem repudiare voluerit: Nam ſi ab his criminibus liberam eiecerit, omnem dotem reſtituere debet & aliam non ducere.

(*) Gothofred. in loc. p. 313. a fin. Ex hac lege; & *aliam non ducere*, a contrario diſcimus, iuſte repudiata vxore a marito, veluti ob adulterium, alteram ei vxorem ducere licuiſſe.

(r) Ambroſ. in 1 Cor. VII, 15.

(ſ) Epiphan. haereſ. LIX. n. IV. *ὁ μὴ δυνηθεὶς τῇ μιᾷ ἀρκεσθῆναι τελευτησάσῃ, ἕνεκεν τινὸς προφάσεως, πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ κακῆς αἰτίας χωρισμοῦ γενομένου, συναφθέντα δευτέρᾳ γυναικὶ ἢ γυνὴ δευτέρῳ ἀνδρί, οὐκ αἰτιᾶται ὁ θεῖος λόγος, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ζωῆς ἀποκηρύττει, ἀλλὰ διαβαστάζει διὰ τὸ ἀσθενές, οὐχ ἵνα δύο γυναῖκας ἐπὶ τὸ αὐτὸ σχῇ, ἔτι περιούσης τῆς μιᾶς, ἀλλ' ἀπὸ*

xores ſimul habeat; ſed vt ab vna ſeparatus, alteram ſibi legitime, ſi lubet, adiungat. PETAVIVS [*t*] ingenue fatetur, quod hoc de eccleſiæ iſtius æui ſententia pleniſſime teſtetur: Tantummodo illis temporibus nondum eam rem ab eccleſia definitam prorſus fuiſſe dicit. Quod vero ad præſentem diſquiſitionem nihil facit, quæ non de definitionibus conciliorum *Florentini* & *Tridentini*, ſed de ſententia & praxi eccleſiæ vetuſtæ agit. Iam quod de iſtiuſmodi matrimoniis, ſine vllo cenſuræ eccleſiaſticæ freno in eccleſia toleratis, dicit EPIPHANIVS, id porro confirmatur ab ipſo concilio *Arelatenſi* & AVGVSTINO, quamvis ab EPIPHANIO, quod ad ſenſum ſcripturæ, diſſentientibus. Marito ſecundas nuptias putabant interdictas eſſe poſt diuortium, quoad prior vxor viueret. Non tamen ita perſpicue revelatum eſſe exiſtimabant, vt hoc crimen dignum excommunicatione haberi deberet, perinde atque aliæ manifeſtæ adulterii ſpecies. Concilium [*u*] illud ita ſtatuit: *De his, qui coniuges ſuas in adulterio deprehendunt, & iidem ſunt adoleſcentes fideles & prohibentur nubere, placuit, vt, in quantum poteſt, conſilium eis detur, ne viuentibus vxoribus ſuis, licet adulteris, alias accipiant.* At vero ne verbum quidem de cenſura eccleſiaſtica dicit, quam eis infligi oporteat, ſi aliter faciant. Et AVGVSTINVS [*x*] ait: *Quisquis vxorem adulterio deprehenſam dimiſerit & aliam duxerit, non videtur æquandus eis, qui excepta cauſa adulterii dimittunt & ducunt. Et in ipſis diuinis ſententiis ita obſcurum eſt, Vtrum & iſte, cui quidem ſine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, ſi alteram duxerit, vt, quantum exiſtimo, venialiter ibi quiſque fallatur.* Et tan-

μιᾶς ἀποσχεθεὶς, δευτέρᾳ, εἰ τύχοιεν, νόμῳ συναφθῆναι.

(*t*) Petau. in loc. p. 255. Ita quidem Epiphanius. Sed vt illis temporibus nondum ea res ab eccleſia definita prorſus fuerit, hodie tamen, præſertimque poſt editum a ſacroſancta Tridentina ſynodo canonem, aliter ſentire nefas, quam ſuperſtite priore coniuge, etiam poſt legitimum diuortium, alteris copulari nuptiis numquam licere.

(*u*) Concil. Arelat. I. c. X. Nota, Petauium hunc canonem aliter legere, quam quidem omnia edita exemplaria habeant: Contendit enim, pro *prohibeatur nubere*, legi oportere: *Non prohibeatur nubere*; Atque ita aliud teſtimonium eſt, innocentibus hominibus poſt legitimum diuortium hoc tempore non interdictas fuiſſe ſecundas nuptias. Petau. animaduerſ. in Epiphan. hæreſ. LIX. p. 255. Vid. etiam Baſilii can. IX. in eamdem ſententiam.

(*x*) Auguſtin. de fide & oper. c. XIX.

dem

dem concludit: *Quamobrem quæ manifesta sunt impudicitiæ crimina, omnino a baptismo prohibenda sunt, nisi mutatione voluntatis & pœnitentia corrigantur: quæ autem dubia, omni modo conandum est, ne fiant tales coniunctiones. Quid enim opus est in tantum discrimen ambiguitatis caput immittere? Si autem factæ fuerint, nescio, vtrum ii, qui fecerint, similiter ad baptismum non debere videantur admitti*, (aut iam baptizati ecclesiæ gremio exturbari). AVGVSTINVS sic habebat persuasum, istas nuptias post diuortium esse illicitas, sæpe enim id in operibus suis [*y*] repetit, &, quibus potest, argumentis vtitur, vt homines ab illis deterreat, non dubitans mentem suam de eis declarare, tamque matrimoniis dubiis ac suspiciosis, quæ adulterii argui possint. Nusquam vero innuit, ecclesiam homines, talibus matrimoniis illigatos, tractare vel debere tractare, sicut alios adulteros, (quorum de flagitio magis compertum habeatur,) vel matrimonium dissoluendo, vel homines excommunicationi & publicæ pœnitentiæ in ecclesia subiiciendo; sed potius declarat, eiusmodi homines venialiter errare, quia res non ita diserte in scriptura sacra damnetur. Atque eatenus ESTIVS [*a*] id concedit, modo non condemnatum esse dicit ab vllo concilio generali. Vnum quidem exemplum reperitur, ab HIERONYMO [*b*] datum, feminæ cuiusdam, quæ publicam pœnitentiam in ecclesia egit de eo, quod alteri viro nupsisset, posteaquam a priore ob adulterium aliosque intolerandos mores illius ipsa se separasset. E-

(*y*) Vid. Augustin. de adulterinis coniugiis lib. I. c. I. & XXIV. tot. De nuptiis & concupiscentia lib. I. c. X. tot. De bono coniugali c. VII. tot. De sermone domini in monte lib. I. c. XIV. tot.

(*a*) Estius in sentent. lib. IV. dist. XXXV. n. XI. Sanctus Hieronymus in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum refert, quemadmodum Fabiola, quæ dimisso viro non solum adultero, sed omnibus flagitiis contaminato, alteri nupserat, post mortem secundi mariti publicam pœnitentiam, ab episcopo Romano impositam, similiter subierit, eiusque factum non aliter excusat, quam quod euangelii rigorem ignorauerit. Hinc discimus, illo tempore publicum crimen habitum fuisse in ecclesia, si quis viuente coniuge, etiam ob fornicationem dimissa, aliud coniugium iniret cetera.

(*b*) Hieron. epitaph. Fabiolæ. Ep. XXX. ad Oceanum. Quis hoc crederet, vt post mortem secundi viri in semetipsam reuersa saccum indueret, vt errorem publice fateretur, & tota vrbe spectante *Romana* ante diem paschæ basilica quondam Laterani staret in ordine pœnitentium? &c.

nimuero hic voluntarius quidem feminæ iſtius actus erat, neque hoc ea fecit, niſi poſt ſecundi mariti obitum. Eccleſia hanc ei non imponebat pœnitentiam, viuente eius marito, nec eo mortuo; ſed ipſa eam ſponte ſua eligebat, illique ſe ſubmittebat a nemine compulſa. Si qua generalis tum fuiſſet in eccleſia regula, ſecundum quam iſtiuſmodi matrimonia diſſolui, vel coniuges publicæ pœnitentiæ ſubiici debuiſſent, epiſcopus *Romanus* ſine dubio, viuente adhuc viro, ambos regulæ & diſciplinæ eccleſiæ ſe ſubmittere compuliſſet. Quando autem hoc non eſt factum, argumento nobis videtur eſſe, non fuiſſe tunc temporis eccleſiæ *Romanæ* morem, infligere publicas pœnas iis, qui poſt legitimum diuortium matrimonium contraxiſſent, ſed tantum, quibus poſſet, argumentis vti, ad deterrendum viros feminasque ab iſtis matrimoniis, vſque dum prior coniux diem ſuum obiiſſet: Vel ſi illis ſeſe illigarent, exhortari eos, ad agendam de illis coniunctionibus pœnitentiam, tamquam criminibus ab apoſtolo vetitis. Id quod ipſe HIERONYMVS [*c*] ſatis quidem vehementer pro more ſuo faciebat, adfirmans feminæ, quæ ſic nupſerat alteri, eam adulteram reputari, nec ſacram communionem recipere poſſe, antequam pœnitentiam pro crimine ſuo egiſſet. Per quam pœnitentiam ego quidem priuatam reſipiſcentiam, non ſollemnem illam, per publicam eccleſiæ diſciplinam imponi ſolitam, pœnitentiam intelligo. Verumtamen in eccleſia *Hiſpanica* ante hæc tempora aliquid publicæ diſciplinæ contra eiuſmodi perſonas, maxime mulierem, quæ priore marito adhuc viuente alteri nupſiſſet, adhibitum videtur. Nam in concilio *Illiberritano* [*d*] canon habetur in hunc modum decernens: *Femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; ſi duxerit, non prius accipiat communionem, niſi, quem reliquerit, prius de ſæculo exierit, niſi forte neceſſitas infirmitatis dare compulerit.* Verum vti hic canon a priuato tantum conci-

(*c*) Hieron. epiſt. CXLVII. ad Amandum. Iſta ſoror, quæ, vt dicit, vim paſſa eſt, vt alteri iungeretur, ſi vult corpus Chriſti accipere & non adultera reputari, agat pœnitentiam, ita duntaxat, vt ſecundo viro, qui non appellatur vir, ſed adulter, a tempore pœnitentiæ non copuletur, cetera.

(*d*) Concil. Illiberritan. c. IX.

lio

lio factus est, ita diuersas exceptiones ac mitigationes admittit. Primum enim ad solas feminas, non ad viros respicit; Deinde ad solas feminas fideles, non ad catechumenas, quæ per canonem proxime sequentem, hoc non obstante, ad baptismum admittuntur, quemadmodum & AVGVSTINVS rem definiuit. Præterea maritus desertus fidelis esse debet. Alia enim rei ratio erat, si ille esset ethnicus. Denique feminæ, necessitate infirmitatis compellente, hoc est in articulo mortis, communio dari iubetur, etiamsi secundum maritum numquam deseruisset. Vt adeo prohibitio vario respectu nondum esset vniuersalis. Postea in lege quadam *Honorii* [e] ita in hoc negotio decretum legimus: *Si graues caussas atque inuolutam criminibus magnis conscientiam probauerit, quæ recedit, dotis suæ compos, sponsalem quoque obtineat largitatem, atque a repudii die post quinquennium nubendi recipiat potestatem. Si diuortium prior maritus obiecerit, ac mulieri graue crimen intulerit, persequatur legibus accusatam, impetrataque vindicta & dote potiatur, & suam recipiat largitatem, & ducendi mox alteram liberum sortiatur arbitrium. Si vero morum est culpa non criminum, donationem recipiat & dotem relinquat, aliam post biennium ducturus vxorem. Quod si matrimonium solo maluerit separare dissensu, multisque vitiis peccatisque grauetur exclusa, & donationem vir perdat & dotem, ac perpetuo cælibatu insolentis diuortii pœnam de solitudinis mœrore sustineat, mulieri post anni metas nuptiarum potestate concessa.* Exstant variæ leges *Theodosii* iunioris, *Valentiniani III.* & *Anastasii* in codice *Iustinianeo* [f], quæ eamdem libertatem nuptiarum post legitimum diuortium largiuntur. Verum hæ leges ab ecclesiasticis huius æui scriptoribus non omnino approbantur. Nam vti AVGVSTINVM & HIERONYMVM antea audiuimus, dissensum suum declarantes, sic idem in CHRYSOSTOMO [g], AMBROSIO [h] & INNOCEN-

(e) Cod. Theod. lib. III. tit XVI. de repudiis. leg. II.

(f) Cod. Iustin. lib. V. tit. XVII. de repudiis leg. VIII. & IX. tot.

(g) Chrysost. hom. XVII. in Matth. Not. de diuortiis quidem, sed non de legibus imperialibus circa diuortia, heic loquitur Chrysostomus.

(h) Ambros. de Abraham, lib I. c. IV. Vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non misceri adulterino corpori: qui enim se iungit meretrici, vnum corpus est: nec date hanc occasionem diuortii mulieribus. *Nemo sibi blandiatur de legibus hominum.*

TIO [*i*] aliisque illius ætatis scriptoribus legere est, qui leges reipublicæ iusto laxiores & benigniores esse in eos existimant, qui post diuortium nouum matrimonium contrahant. Quod saltem eo facit, vt obseruationem recte se habere videamus, quam initio fecimus, quod diuersæ veterum hac de re fuerint sententiæ, & quod eam tractarint tantum velut quæstionem problematicam; quamquam patres *Tridentini* postea articulum fidei [*k*] fecerunt, omnibus, qui non ad ipsorum accederent sententiam, damnatis. Atqui in sententia sua, vt hoc obiter notemus, quosdam ex suis ipsorum pontificibus damnant & quædam recentiora concilia, quorum meminit GRATIANVS. *Zacharias* papa [*l*] mulieri, cuius cum sorore maritus suus incestum commiserat, permittit, vt isto repudiato nubat in domino, cui velit. Et GREGORIVS III. viro dat licentiam ducendi aliam, cui sua ob infirmitatem [*m*] corporis debitum reddere non valeat. Concilium *Triburiense* [*n*] ait: *Si quis cum noverca sua dormierit, neuter ad coniugium potest peruenire, sed vir eius*

(*i*) Innocent. epist. III. ad Exuper. c. VI. De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio alii sese matrimonio copularant: quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui viro vel vxore viuente, quamuis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantum, vt hæ etiam personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsæ adulterium commisisse videantur; secundum illud, quod legimus in euangelio: *Qui dimiserit vxorem suam* &c.

(*k*) Concil. Trident. sess. XXIV. c. VII. Si quis dixerit ecclesiam errare, quum docuit & docet, iuxta euangelicam & apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse dissolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui caussam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alii nupserit: anathema sit.

(*l*) Apud Gratian. causs. XXXII. quæst. VII. c. XXIII. Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? Si fecisti, neutram habeas: & si illa, quæ vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in domino, cui velit. Tu autem & adultera sine spe coniugii permaneatis: & quamdiu vixeritis, iuxta præceptum sacerdotis pœnitentiam agite.

(*m*) Ibid. causs. XXXII. quæst. VII. cap. XIIX. Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit debitum viro reddere, quid ea faciat iugalis; bonum esset, si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret: sed quia hoc magnum est, ille, qui se non poterit continere, nubat magis &c.

(*n*) Ibid. c. XXIV.

potest,

potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Et concilium *Vermeriense* (quod in quibusdam GRATIANI exemplaribus falso vocatur *Elibernse*) ait [o]: *Si qua mulier in mortem mariti sui cum aliis consiliata sit, si probare potest ille vir, eam ream esse consilii, potest ipsam vxorem dimittere, & si voluerit, aliam ducere.* Vt adeo noui latores legis apud *Tridentum* non minus in sua ipsorum lege canonica, quam ab antiquis patribus hac de re dissentiant.

§. XIII.

Num adultero adulteram, quam vitiasset, post mortem mariti ducere licuerit.

NEQVE vero casuistæ *Romanenses* cum veteribus melius de alia conspirant quæstione, quæ ad nuptiarum impedimenta pertinet. Nimirum, Num adultero alius viri vxorem ducere licuerit, post mariti sui obitum, qua cum, viuente adhuc priore marito, adulterium commisisset? Moderni iuris canonici doctores communiter id negant. Concilium *Triburiense* in *Germania*, anno DCCCXCV. sub *Formoso* papa habitum, famosum casum proponit viri cuiusdam, qui alterius viri coniugi stuprum intulerit iuraueritque, se illam post mariti sui mortem ducturum: Concilium hoc simpliciter illicitum esse [p] definit: *Tale connubium*, inquiens, *anathematizamus & christianis omnibus obsecramus. Non licet ergo, nec christianæ religioni oportet, vt vllus ea vtatur in matrimonio, cum qua prius pollutus erat adulterio.* PETRVS LOMBARDVS [q] & GRATIANVS [r] alia testimonia LEONIS papæ & concilii apud *Althæum* hanc in rem adlegant:

(o) Concil. Vermer. ap. Gratian. causs. XXXI. quæst. I. c. VI.

(p) Concil. Tribur. c. XI.

(q) Lombard. sent. lib. IV. dist. XXXV. Solet quæri, an valeat duci in coniugium, quæ prior est polluta per adulterium. De hoc Leo papa ait: *Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.* Item: *Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quemdam alterius vxorem stupro violasse & insuper mœchæ iuramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem, si superuiueret, duceret eam in vxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus.* His aliisque auctoribus vetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerunt.

(r) Gratian. causs. XXXI. quæst. I. vbi Leo: *Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.* Et concil. ap. Althæum: *Illud communi decreto secundum canonum instituta definimus & prætudicamus, vt si quis cum vxore alterius eo viuente fornicatus fuerit, moriente marito, synodali iu-*

Et moderni iuris canonici doctores in eorum determinatione [s] communiter acquiescunt, modo quasdam subtiles distinctiones faciunt, vt hosce canones cum melioribus veterum testimoniis concilient. Veteres enim hac in re aliter senserunt. AVGVSTINVS [t] ad hanc quæstionem respondet adfirmando vniuersaliter & sine vlla distinctione, *Mortuo viro*, inquiens, *cum quo verum connubium fuit, fieri verum connubium potest, cum quo prius adulterium fuit.* Et iterum [u]: *Posse sane fieri nuptias ex male coniunctis, honesto postea placito consequente, manifestum.* Et concilii-

dicio aditus ei claudatur illicitus, ne vlterius ei coniugatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec christianæ religioni conuenit, vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

(s) Vid. Estium in sentent. lib. IV. distinct. XXXV. n. XIII. Quare altera eiusdem Augustini expositio, quam & alii veteres fere sequuntur, ceteris præponenda videtur, vt exceptio illa (*nisi ob fornicationem*) ad id, quod præcedit, tantum referatur, totaque oratio elliptica sit, hoc pacto supplenda atque intelligenda: *Quicumque dimiserit vxorem suam* (quod non licet nisi ob fornicationem) *& aliam duxerit, mœchatur.* Simile est, si dicam, quicumque mulierem cognouerit, nisi in coniugio, & libidini suæ obsecutus fuerit, peccat. Constat autem, ellipticum loquendi genus Hebræis admodum fuisse familiare, & huius rei exempla plurima reperiri in sacris litteris, quale illud est 1 Timoth. IV. *Prohibentium nubere, abstinere a cibis*, &c. subauditur enim vocabulum contrariæ significationis, nempe iubentium.

Et pag. 430. Apud Gratianum XXXII. quæst. VII. exstat canon cuiusdam concilii in hæc verba: *Quædam cum fratre viri sui dormiuit, decretum est, vt adulteri numquam coniugio copulentur; illi vero, cuius vxor stuprata est, licita coniugia non negentur.* Sed respondetur, vt canoni detur auctoritas, qui tamen cuius concilii fuerit ignoratur, quandoquidem nec hodie in vllo exstat concilio, sensum eius hunc esse, adulteros incestuosos, (talis enim est casus in canone propositus) numquam posse coniugio copulari, ne quidem post mortem coniugum: At eorum coniuges non prohiberi, quo minus adulteris mortuis ad alia coniugia transeant. Qui sensus canonis colligitur, tum ex antithesi partium, tum ex simili canone Gregorii, qui habetur eadem quæst. cap. *Hi vero.* quem similiter de adultera incestuosa exponunt. In eo enim expresse post mortem coniugis adulteri conceditur, quod in vita negatur, & similiter respondendum est ad duos alios canones, alterum Zachariæ papæ, & alterum concilii Triburiensis, quos ibidem Gratianus recitat. Hoc enim dumtaxat concedunt innocenti, quod prohibetur nocenti, nempe aliud coniugium post mortem prioris.

(t) Augustin. de nupt. & concupisc. lib. I. c. X.

(u) Id. de bono coniugali c. XIV.

cilium *Illiberritanum* canone quodam definiit, quod licet femina, quæ relicto marito suo adulteretur, non accipere debeat communionem, quoad maritus prior vixerit; post illius tamen mortem accipere possit, quia tum legitima eius vxor facta sit, cum quo antea tantum vixerit in adulterio. Verba canonis ita habent [x]: *Femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi, quem reliquerit, prius de sæculo exierit.* GABRIEL ALBASPINAEVS [y] in suis ad hunc canonem notis hanc habet ingenuam obseruationem: *Illis temporibus, vt vides, matrimonium poterat stare & validum esse inter adulteros, qui viuente vero & legitimo marito rem simul habuerant: Quod hodie ita prohibitum est, vt ne quidem post mortem mariti mulier possit cum adultero nuptias firmas & legitimas facere, nisi summo dispensante pontifice.* Quæ plana & ingenua confessio est differentiæ inter antiquam & recentiorem hanc quæstionem soluendi rationem, & fortassis tacite innuit veram caussam tot noua impedimenta adinueniendi in negotio matrimonii, vt pontifex *Romanus* in sua habeat potestate frequentes indulgere dispensationes. Quidquid antiqui canones in hoc peculiari casu requirebant, illud erat, vt hoc crimine adstricti veram & legitimam de priore adulterio agerent pœnitentiam; numquam autem eis interdicebant inire matrimonium, nec illud dissoluebant, si post prioris mariti mortem semel legitime esset contractum, nec vllum aliud interponebant impedimentum, ad illud prohibendum vel faciendum irritum. Quomodo ex alio concilii *Illiberritani* canone apparet, qui ait [z]: *Si qua vidua fuerit mœchata & eumdem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima pœnitentia, placet eam communione reconciliari; si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam esse communionem.* Vbi obseruari meretur, tantum abesse, vt concilium illud prohibeat vel irritum declaret matrimonium adulteræ cum adultero suo, vt eam compellat illum accipere maritum, nec alii vlli nubere, nisi pœnam negandæ sibi communionis in ipso mortis articulo velit incurre-

(x) Concil. Illiberrit. can. IX.
(y) Albaspin. in locum.
(z) Concil. Illiberrit. can. LXXII.

re.

re. Quod veterum hac de re ſententiam ſatis abundanter nobis demonſtrat, quod numquam diſpenſatione pontificis ad adulteros legitimo coniugio copulandos opus eſſe crediderint; quamuis illud a pluribus inde ſæculis vſitatum & quotidianum ſit in curia *Romana*.

§. XIV.

Nuptiarum celebratio interdicta in quadrageſima.

VNVM ſupereſt, quod de antiquis nuptiarum impedimentis obſeruemus, & hoc ad tempus ſpectat, in quo more vſitato celebrari non poterant. Antiquiſſima prohibitio, quam invenimus huc referendam, eſt illa in concilio *Laodiceno*, vbi nuptiarum æque ac natalitiorum celebratio [a] prohibetur in quadrageſima. Et hæc vna ſola prohibitio eſt reſpectu temporis, quæ in genuinis vetuſtatis documentis occurrit; PETRVS LOMBARDVS [b] & GRATIANVS [c] canonem citant ex concilio *Ilerdenſi* an. DXXIV. qui non ſolum in quadrageſima, ſed tribus etiam hebdomadibus ante feſtiuitatem ſancti *Ioannis* baptiſtæ & ab aduentu domini vſque poſt epiphaniam nuptias celebrari vetat, eoſque, qui id fecerint, ſeparari iubet. Verum iſtiuſmodi canon in conciliorum tomis hodie non habetur, id quod arguit, canonem eſſe recentioris æui, quam quidem concilium eſt, cuius ille eſſe venditatur. MARTINVS epiſcopus *Bracarenſis* aliquanto poſt illud concilium vixit, atqui in collectione canonum, quam ad an. DLXXII. publicauit in concilio *Lucenſi*, prohibitionis in concilio *Laodiceno*, non in *Ilerdenſi* [d] nec vllo alio, factæ meminit. Quod itidem arguit,

(a) Concil. Laodic. can. LII. ὅτι οὐ δεῖ ἐν τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν.

(b) Lombard. ſentent. lib. IV. diſtinct. XXXII. Nec ſolum in opere carnali obſeruanda ſunt tempora, ſed etiam in celebrandis nuptiis, ſecundum illud,: *Non oportet a ſeptuageſima vſque in octauam paſchæ & tribus hebdomadibus*, cetera. Vid. ſub litt. ſeq. (c).

(c) Gratian. cauſſ. XXXIII. quæſt. IV. c. X. Non oportet a ſeptuageſima vſque in octauas paſchæ & tribus hebdomadibus ante feſtiuitatem ſancti Ioannis baptiſtæ, & ab aduentu domini vſque poſt epiphaniam nuptias celebrare. Quod ſi factum fuerit, ſeparentur.

(d) Martin. Bracar. collect. can. c. XLVIII. Ex concil. Laodic. can. I. Non oportet in quadrageſima martyrum natalitia celebrari, ſed eorum in ſabbato &

guit, nondum vllam prohibitionem nuptiarum nisi in quadragesima cognitam fuisse in *Hispania*, quando antistes ille *Bracarensis* canones in vsum ecclesiæ *Hispanicæ* conlegit. *Nicolaus* pontifex *Romanus* circa annos DCCCLX vixit: Et ipse nuptias in quadragesima interdictas esse narrat [*e*], sed nullius præterea temporis meminit. IOANNES autem SELDENVS [*f*] in synodo *Aquisgranensi* an. DCCCXXXVI. sub imperatore *Ludouico I.* habita, nuptias prohiberi dicit diebus dominicis, quod autem loco ab eo citato non inuenio. Concilium vero *Salegunstaliense* an. MXXII. sub *Benedicto VIII.* & imperatore *Henrico II.* decretum fecit, verbis expressum sequentibus [*g*]: *De legitimis coniugiis ita visum est, quod nullus christianus vxorem ducere debeat ab aduentu domini vsque in octauas epiphaniæ, & a septuagesima vsque in octauas paschæ, nec in supra notatis XIV diebus ante festiuitatem sancti Ioannis baptistæ, neque in prædictis ieiuniorum diebus, siue in omnium sollemnium dierum præcedentibus noctibus.* Et ex eo tempore, vt SELDENVS demonstrat fusius, hæc fuerunt tempora prohibitarum nuptiarum in plerisque ecclesiis. Lector eruditus, qui plura hac de re videre gestit, & simul praxin pernoscere ecclesiarum *Gallicanæ* & *Anglicanæ* in sequentibus sæculis, elaboratum doctissimi illius scriptoris librum consulere potest. Nobis enim ad antiquam reuertendum est ecclesiam.

---

dominica tantum memoriam fieri. Eiusd. canon. III. Non oportet in quadragesima aut nuptias vel quælibet natalitia celebrare.

(*e*) Nicol. respons. ad consulta Bulgar. §. XLVIII. (tom. VIII. concil. p. 534.) Vnde nec vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur.

(*f*) Selden. vxor. Hebraic. lib. II. c. XXX. p. 313. (p. 224. edit. Frf. MDCLXXIII.) Dominicis item diebus prohibentur nuptiæ in synodo Aquisgranensi (can. XVII. part. II.) sub Ludouico primo imperatore, anno DCCCXXXVI habita.

(*g*) Concil. Salegunstad. c. III.

LIBRI VICESIMI SECVNDI
CAPVT TERTIVM
DE RATIONE FACIENDI SPONSALIA, NVPTIIS IN VETERI ECCLESIA PRAEMISSA.

§. I.

Quomodo sponsalia discreparint a nuptiis.

QVVM personæ, quibus nullum iustum impedimentum obiectum erat, constituissent matrimonio sese iungere, per certos actus præuios, consuetudine vel lege præscriptos, ire debebant ante, quam nuptias rite consummare possent. Hi generali nomine vocabantur *sponsalia*. Quæ a nuptiis differebant, quomodo stipulatio antecedens futuras nuptias, a nuptiis sollemniter celebratis ac consummatis credi potest differre. Quam ob caussam (quamuis a nonnullis scriptoribus confundantur) de illis separatim hoc loco loqui malumus; sicut lex vetusta, quæ ea vel præscribit vel confirmat, semper facit, distinctum eis dans titulum in vtroque codice. Ibi enim titulum inuenimus, *de sponsalibus & donationibus ante nuptias* [a]: Et alium, *de nuptiis* ipsis [b]. Vt cærimonias, in vtrisque obseruatas, summatim enarremus, primum de sponsalibus notandum fuerit, quod ea in sponsione & repromissione nuptiarum, intra certum temporis spatium celebrandarum, præcipue constiterint. Qui actus certis confirmari consueuit muneribus ac donationibus, dictis *arris* & *arrabonibus*; item annulo, osculo, dote, scripto siue instrumento dotali cum pleno testium, factæ stipulationi testimonium perhibentium, numero. Quibus gestis neutra pars a stipulatione seu conuento recedere aut nuptias recusare poterat, nisi grauem multam legis & nonnumquam grauissimam ecclesiæ censuram vellet incurrere. Hæ erant cærimoniæ præparatoriæ, siue quædam prælusio atque præcursio futurarum nuptiarum, quæ generatim legum *Romanarum* iussu obseruabantur, etsi non ab omnibus æque ne-

(a) Cod. Theod. lib. III. tit. V. Cod. Iustin. lib. V. tit. I. & III.

(b) Cod. Theod. lib. III. tit. VII. Cod. Iustin. lib. V. tit. IV.

necessario requisitæ. Lex enim quasdam distinctiones admittit, & certos hominum ordines in quibusdam particularibus casibus ab huius illiusue ritus obseruatione eximit. Quod ad nuptias ipsas attinet, hoc generatim in more positum erat institutoque veterum, vt adhibitis ministris ecclesiæ celebrarentur; quamquam, vt tum erat imperii *Romani* status, non absolute id fieri per legem oportebat, nec nuptiæ aliter factæ dissoluebantur. Si autem ministrorum ecclesiæ opera accederet, cum sollemni benedictione nec non cærimoniis veli ac coronæ & quibusdam ritibus aliis peragebantur; de quibus loco suo plura.

§. II.

Liber partium consensus necessarius in sponsalibus.

A cærimoniis ordimur, in sponsalibus obseruatis. Vbi primum omnium liber partium paciscentium consensus requirebatur. Hæc vetus lex *Romana* erat, dicta lex *Papia* & *Iulia*, confirmata a *Diocletiano*, & a *Iustiniano* adoptata in codicem [*c*]. *Nec filium quidem familias, inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit.* Igitur licet parentes ius haberent de liberorum suorum nuptiis statuendi, nec filii legitime matrimonium possent contrahere sine eorum consensione, vti in eadem lege expressis verbis decernitur & supra plenissime demonstratum est [*]: Liberi tamen æquale ius habebant statuendi de semetipsis, nec a parentibus ad vllam nuptiarum sponsionem contra inclinationem voluntatis absolute cogendi erant. Si qua puella desponsata esset consentiente patre [*d*], vel matre, vel tutore, ante decimum ætatis suæ annum, postea mutata voluntate nuptias detrectare poterat, nec multa quadrupli (quam lex violationi contractus aliis in casibus constituerat)

(*c*) Cod. Iustin. lib. V. tit. IV. de nuptiis leg. XII. Nec filium quidem familias inuitum ad vxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Igitur sicut desideras, obseruatis iuris præceptis, sociare coniugio quam volueris, non impedieris: ita tamen, vt contrahendis nuptiis patris tui consensus accedat.

(*) Cap. II. §. IV. pag. 292.

(*d*) Lex Theodosii in cod. Theod. lib. III. tit. V. de sponsalibus, leg. VI. Patri, matri, tutori, vel cuilibet, ante decimum puellæ annum datis sponsalibus, quadrupli pœnam remittimus, etsi nuptiæ non sequantur. Quod si decimo

 ab

ab ipſa vel a parentibus illius exigenda, locum vllum habebat: quia necdum legitima ætas illa erat ad ſponſalia contrahenda: quemadmodum ex DIONE & antiquis legibus oſtendit GOTHOFREDVS. Sin vero puella decem annos nata eſſet, nec dum duodecim, quum a parentibus deſponderetur, & illum poſtea renueret, cuius ſponſalia ſuſceperat, parentes puellæ, quiue eam deſponderant, ad quadrupli pœnam tenebantur, at non ipſa puella; quod eo tempore deſponſata eſſet, quo ipſa nec dum vllius iudicii erat ad dandum deſponſationi conſenſum. Si iam duodecennalis eſſet puella, quum arram acciperet, multæ quadrupli obnoxia erat, ſi matrimonium ſecundum ſponſalia conſummare recuſaret. Hoc autem in caſu adverſus matrem, vel tutorem, vel curatorem iuſtum regreſſum habebat, ſi probare poſſet, ſe ab iis compulſam fuiſſe in ſponſi conditionem conſentire, in quam, ſi ſui arbitrii fuiſſet, non conſenſiſſet. Et ex eadem ratione, vti oſtendimus antea [*], feminæ, quæ cum adminiſtratore alicuius prouinciæ, durante adminiſtrationis anno, ſponſalia fecerat, liberum erat finito anno, vtrum conuentis ſtare an diſſoluere ſponſalia vellet: quia ſuſpicio eſſe poterat, illam tanta ſponſi auctoritate & poteſtate perterrefactam, aduerſante & repugnante natura, pactionem de coniugio cum eo feciſſe. Tam ſapienter antiqua lex eorum libertati conſultum cupiebat, qui de nuptiis tranſigebant, ne quid huiuſmodi ratum ac firmum eſſet, niſi in quod vtraque pars ſua ſponte & voluntarie, non inuito atque ingratiis, conſenſiſſet.

---

anno vel vltra, pater quiſue alius, ad quem puellæ ratio pertinet, ante duodecim annos, id eſt, vſque in vndecimi metas, ſuſcepta crediderit pignora eſſe retinenda, deinceps, aduentante tempore nuptiarum, a fide abſiſtens, quadrupli ſiat obnoxius. --- Duodecimo autem anno impleto, quiſquis de nuptiis paciſcitur, ſi quidem pater, ſemetipſum obliget; ſi mater, curatorue, aut alii parentes, puella fiat obnoxia. Cui quidem contra matrem, tutorem, curatorem, eumue parentem, actio ex bono & ex æquo integra reſeruatur eorum pignorum, quæ ex propriis iuxta pœnam iuris facultatibus reddiderit, ſi ad conſenſum accipiendarum arrarum, ab his ſe oſtenderit fuiſſe compulſam.

(*) Cap. II. §. VII. pag. 296.

§. III.

§. III.

Contractus ſponſalitius plerumque confirmatus muneribus, dictis arris vel donationibus ſponſalitiis, quæ nonnumquam mutuo a viro ac femina dari ac recipi conſueuerunt.

PACTO coniugali ſic inito, vir certa munera feminæ dare ſolebat, tamquam pacti illius ſigna & pignora. Et nonnumquam, ſed non ita communiter, femina dona dabat viro ex eadem ratione. Hæc interdum *ſponſalia*, interdum *donationes ſponſalitiæ*, *arræ & pignora* vocantur: quoniam horum datione ac receptione pactum illud ſiue contractus confirmabatur, & vtraque pars obligabatur mutua futuri lege matrimonii, niſi idonea quædam & legitima ratio ſecus faciendi eis daret libertatem. Hæc communiter a viro, vt diximus, dabantur & interdum a femina, etſi rarius, vti in lege quadam *Conſtantini* notatur, quæ ait [e]: *Si ſponſa ſponſaliorum titulo (quod raro accidit,) fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hanc vel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam, ſiue eius ſucceſſores, donatarum rerum dominium transferatur.* Res eodem modo ſeſe habebat cum donis, a viro mulieri datis, ſi alterutra pars ante conſummatas nuptias moreretur: Hoc tantum cum diſcrimine, vt, ſi vir donationem ſuam interueniente oſculo (de qua cærimonia mox plura) confirmaſſet, donatio inter partem ſuperſtitem & partis mortuæ heredes diuideretur. Si vero cærimonia oſculi non acceſſiſſet, tota donatio, ſiue ſponſus ſive ſponſa obiret, donanti parti ſuperſtiti vel heredibus illius debebat reſtitui. Quamquam per legem quamdam priorem [f] *Conſtantini* donationes viri ac mulieris eodem prorſus loco habebantur, & interueniente alterius morte, nulla habita diſtinctione, reſtituendæ erant.

(*e*) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de ſponſal. leg. V.

(*f*) Ibid. leg. II. Quoniam fieri poteſt, vt moriatur alter adhuc incolumi voluntate, quam nuptiæ contrahantur, congruum duximus, eo, in quem fuerat facta donatio, ante matrimonii diem functo, quæ ſponſaliorum titulo vel data, vel vllo genere donata ſunt, ad eum, qui donauerat, reuocari: Eo etiam, qui donauerat, ante nuptias mortuo, nos infirmari donationem & ad eius hæredes ſine aliqua difficultate detrahi res donatas.

§. IV.

Hæ donationes in actis publicis perscriptæ.

Ad hasce donationes magis firmas atque a casibus, quos mors inferre poterat, nec non ab alterutrius partis perfidia tutas reddendas, requirebatur, vt publicis actis perscriberentur. Sic diserte in quadam *Constantini* [g] lege sancitum legitur, vt inter sponsum & sponsam nulla donatio valeat, nisi quam testificatio actorum sequuta sit. Enimuero hoc postea aliquam admisit exceptionem. Nam ipse *Constantinus* alia lege [h], respectu eorum, quibus nondum ætas adulta esset, decreuit; vt si res donatæ sint mulieri, infra ætatem constitutæ, ideo non possint reuocari, quod actis consignatæ non fuerint. Et hoc alia *Theodosii* iunioris [i] lege, eo respiciente, confirmatum est; qui aliam quoque exceptionem addidit; vt, si donatio sit infra ducentorum solidorum summam, necesse non sit, ad summam eam reddendam, in actis perscribi. *Iustinianus* [k] hanc exceptionem porro ad trecentorum & tandem ad quingentorum solidorum [l] summam extendit, vt donationes mulieri factæ in sponsalibus, sine insinuatione, vti lex loquitur, hoc est, sine relatione in acta publica, firmitatem obtineant, nec a donatore reuocari possint.

(g) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de sponsalibus leg. I. Inter sponsos quoque ac sponsas, omnesque personas eam solam donationem, ex promulgatæ legis tempore, valere sancimus, quam testificatio actorum sequuta est.

(h) Ibid. leg. III. Si futuris coniugibus, tempore nuptiarum infra ætatem constitutis, res fuerint donatæ & traditæ; non ideo posse eas reuocari, quia actis consignare donationem quondam maritus noluit.

(i) Ibid. leg. VIII. Illa manente lege, quæ minoribus ætate feminis, etiam actorum testificatione omissa, si patris auxilio destitutæ sunt, iuste consulit, &c. --- Item, in illa donatione, quæ in omnibus infra ducentorum solidorum est quantitatem, nec actorum confectio quærenda est.

(k) Cod. Iustin. lib. VIII. tit. LIV. de donationibus. leg. XXXIV. Sancimus, omnem donationem, siue communem, siue ante nuptias factam, vsque ad trecentos solidos cumulatam, non indigere monumentis, cetera.

(l) Ibid. leg. XXXVI. Ceteris etiam donationibus, quæ gestis interuenientibus minime sunt insinuatæ, sine aliqua distinctione vsque ad quingentos solidos valituris: hoc etiam tantummodo ad augendas huiusmodi donationes addendum esse, ex præsenti lege decernimus, anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua vsque ad trecentos solidos factæ donationes & sine insinuatione firmitatem obtinere iussæ sunt.

§. V.

§. V.

Contractus iste porro testatus donatione & acceptione annuli.

VNA cum hisce donationibus sponsalitiis, vel potius tamquam aliqua earum pars, feminæ a viro dari solebat annulus, tamquam aliud mutui contractus siue pactionis signum ac testimonium. Hæc innocens erat cærimonia, a *Romanis* iam ante initia christianismi [*m*] adhibita, & quodam modo a iudæis admissa. Vnde inter ritus sponsalitios christianorum, nullo contradicente, adscita est. Inter ritus sponsalitios, dico. Nam in ipsarum nuptiarum sollemnitate initio adhibitam eam esse, non adeo liquet; tametsi ii, qui ritus sponsaliorum cum ritibus nuptiarum confundunt, testimonia prioris, tamquam probationes posterioris consuetudinis, adferant. Annulum in sponsalibus, non in ipsa nuptiarum celebratione, adhiberi consueuisse ætate *Nicolai* papæ, an DCCCLX. ex iis videtur esse manifestum, quæ de cærimoniis, in ecclesia *Romana* primum in sponsalibus & deinde in nuptiis vsitatis, narrat, vtpote de quibus tamquam distinctis rebus in hunc modum loquitur [*n*]: *Apud nostrates post sponsalia, quæ futurarum nuptiarum sunt promissio, federa quæque consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur. Postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit; dotemque vtriusque placitam sponsus, eius scripto pactum hoc continente, coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit; aut mox, aut apto tempore (ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid facere præsumant) ambo ad nuptialia federa perducuntur. Et primum in ecclesiam domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur: Sicque demum benedictionem & velamen cæleste suscipiunt. Post hæc autem de ecclesia egressi coronas in capitibus gestant, quæ semper in ecclesia ipsa sunt solitæ reseruari.* Heic cærimonias sponsaliorum & cærimonias nuptiarum distincte describi videmus. Et inter cærimonias sponsaliorum annulum inuenimus, non autem denuo memoratum in cærimoniis nuptiarum. Vnde probabile est, fuisse tunc temporis priorum tantum, non posteriorum cærimo-

(*m*) Vid. Seld. vxor hebr. lib. II. c. XIV. & cap. XV.

(*n*) Nicol. respons. ad consulta Bulgarorum. Concil. tom. VIII. p. 517. & ap. Gratian. causs. XXX. quæst. V. cap. III.

niam.

niam. Atque ita a veteribus christianis adhibitus est annulus in sponsalibus, tamquam arra futurarum nuptiarum, non autem in nuptiis ipsis, quantum quidem ex relationibus, de hac cærimonia datis, condiscere possumus. AMBROSIVS de ea loquitur, sed tantum inter ritus sponsaliorum, non inter ritus nuptiarum. Narrans enim, quemadmodum se gesserit *Agnes* virgo, quum præfecti vrbis *Romæ* filius, nuptias eius ambiens, pretiosissima illi offerret ornamenta, eam introducit tale isti iuueni dantem responsum [o]: *Discede a me, fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis: discede a me, quia iam ab alio amatore præuenta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarrauit me, longe te nobilior & genere & dignitate. CHRISTVM* intelligit, cui spiritualiter nupserit, virginitatem professa. Et ante illum TERTVLLIANVS [p] de annulo pronubo loquitur, inuehens aduersus gentiles, eo quod a melioribus patrum institutis ac moribus desciuerint. *Circa feminas*, inquit, *etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur. Quum aurum nulla norat præter vnico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo*, cetera. Non quidem expresse dicit, annulum a christianis adhiberi, loquitur tamen de eo, tamquam ritu laudabili, qui a quouis adhiberi possit & re ipsa adhibeatur a gentilibus in sponsalibus suis. Alio loco dicit, eum innocenter ab illis adhiberi in sponsalibus, & idcirco christianum sponsalibus vel nuptiis gentilium saluo officio interesse posse, perinde ac aliis quibusdam priuatis & communibus sollemnitatibus. *Circa officia [q] priuatarum & communium sollemnitatum, & togæ puræ, vt sponsalium, vt nuptiarum, vt nominalium, nullum putem periculum obseruari de flatu idololatriæ, quæ interuenit. Caussæ enim sunt considerandæ, quibus præstatur officium. Eas mundas esse opinor per semetipsas: Quia neque vestitus virilis, neque annulus, aut coniunctio maritalis de alicuius idoli honore descendit.* CLEMENS ALEXANDRINVS ab ipso IOANNE SELDENO [r]

(o) Ambros. epist. XXXIV. (tom. V. opp. p. 274 edit. Paris. MDCXLII.)
(p) Tertull. apol. c. VI.
(q) Id. de idololatr. c. XVI.
(r) Selden. vxor hebr. lib. II. c. XXV. p. 213. (p. 181. edit. Francof. MDCLXXIII.) Clem. pædagog. lib. III. c. XI. p. 287. *δίδωσιν αὐταῖς δακτύλιον ἐκ χρυσίου· οὐδὲ τοῦ-*

cita-

citatur testis antiqui vsus annuli in sponsalibus christianorum. *Dat feminis annulum aureum, nec eum quidem ad ornatum sed vt ea obsignet, quæ domi digna sunt quæ custodiantur, propterea quod seruandæ domus ad eas cura pertinet.*

§. VI.

Et sollemni osculo & iunctione dextrarum.

ALIA cærimonia, in sponsalibus interdum adhibita, sollemne osculum erat, quod vir mulieri dabat in pacti confirmationem. Cognitus hic ritus erat apud christianos in sacris & religiosis eorum officiis, ad testificandum sincerum amorem & amicitiam inter se mutuam, de quo diximus loco alio [*]. Hinc *Constantinus* lege quadam sua [s] cærimoniam sponsaliorum facit, vtpote ad hunc actum imprimis accommodatam. Et quodam modo eam vrget. Nam si quis sibi mulierem desponderit, interueniente osculo, tunc si alterutra pars ante nuptias moriatur, dimidia rerum donatarum pars defuncti vel defunctæ hæredibus, & dimidia pars superstiti adiudicatur. Si vero sponsalia fiant osculo non interueniente, tunc si sponsus vel sponsa obeat ante nuptias, tota donatio donatori sponso vel hæredibus eius restitui iubetur. Et hæc statæ ac perpetuæ vim legis a *Iustiniano* obtinuit, qui eam in codicem suum [t] adoptauit. Hæc cærimonia antiquus ritus erat apud gentiles, vna cum iunctione dextrarum in sponsalibus adhibitus: quemadmodum ex TERTVLLIANO condiscimus, qui *Apud ethnicos*, inquit [u], *velatæ ad virum ducuntur. Ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixtæ sunt per osculum & dexteras, per quæ primum resignarunt pudorem spiritus.* Hæ igitur cærimoniæ,

---

τον εἰς κόσμον, ἀλλ᾽ εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια, διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς οἰκουρίας.

(*) Lib. XV. cap. III. §. III. vol. VI. p. 299. seqq.

(s) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de sponsalibus leg. V. Si, ab sponso rebus sponsæ donatis, interueniente osculo, ante nuptias hunc vel illum mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti vel defunctæ heredes. -- Osculo vero non interueniente, siue sponsus siue sponsa obierint, totam infirmari donationem, & donatori sponso siue heredibus eius restitui.

(t) Cod. Iustin. lib. V. tit. III. de donation. ante nupt. leg. XVI.

(u) Tertull. de veland. virgin. cap. XI.

vtpote innocentes per se, cum aliis istiusmodi consuetudinibus in sponsalia sua adoptatæ videntur a christianis, qui numquam de innocentibus ritibus mouebant scrupulum, eo quod ab ethnicis adhiberentur, exceptis iis, qui ad adficiendum eos ineuitabili quadam idololatriæ & superstitionis macula natura sua tendebant.

§. VII.

Et dotis stipulatione in tabulis perscribenda.

ALIA pars sponsaliorum erat dotis stipulatio, a viro facienda mulieri, quam hæc eo mortuo adipiscendi ius habere debebat ac potestatem. Exstant in vtroque codice diuersæ leges, ad hanc materiam spectantes [x] multosque casus continentes, quos hoc loco interponere nihil attinet. Duo tantum obseruamus: Primum quidem, quod stipulatio siue pollicitatio dotis ita vsitata fuerit, vt concilium quoddam *Arelatense*, GRATIANO [y] memoratum, canonem habeat in hunc modum decernentem: *Nullum sine dote fiat coniugium: Iuxta possibilitatem fiat dos.* Deinde, quod hæc stipulatio tabulis siue instrumentis publicis perscribi manuque & sigillo confirmari communiter consueuerit. Vnde lex ciuilis toties loquitur *de instrumentis dotalibus*, quæ in sponsalibus requirantur. Et ad hæc adludit ASTERIVS episcopus *Amasenus* [z], quando homines a diuortiis deterrens, ita rogat: *Pacta nuptialia ac sponsiones quomodo rescindes? Quæ vero putas ex me pacta audire? An quibus scripta iam dote, & ipse manu propria subscripsisti ac sigillum apposuisti tuum? Sunt equidem illa quoque valida ac firma satis: ego nihilominus ad Adami vocem prouoco: Hæc caro ex carnibus meis, & os ex ossibus meis; ipsa vocabitur vxor mea.* Hæc manifesta est allusio ad cognitam tunc temporis consuetudinem faciendi instru-

(x) Cod. Theod. lib. III. tit. XIII. de dotibus. Lib. II. tit. XXI. de inofficiosis dotalibus. Cod. Iustin. lib. V. tit. XI. XII. XIII. XIV. XV.

(y) Concil. [illegible] can. VI. ap. Gratian. causs. XXX. quæst. V. cap. VI.

(z) Aster. homil. in Matth. XIX, 3. ap. Combefis. auctar. nou. p. 82. *πῶς δὲ ἀθετήσεις τὰς ὁμολογίας, ἃς ἐπὶ τῷ γάμῳ κατέθου; καὶ ποίας οἴει με λέγειν; ἆρα τῆς προικὸς τῆς συγγραφείσης ἐνταῦθα, ὅτε τῇ σαυτοῦ χειρὶ ἐπεσημήνω τῷ βιβλίῳ ἐπισφραγιζόμενος τὰ γεγραμμένα; ἰσχυρὰ μὲν κἀκεῖνα, καὶ ἱκανὴν τὴν ἀσφάλειαν ἔχοντα· πλὴν ἐγὼ πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ Ἀδὰμ ἐμαυτὸν ἀναφέρω· τοῦτο σὰρξ ἐκ τῶν σαρκῶν μου, καὶ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου· αὕτη κληθήσεταί μου γυνή.*

stru-

ſtrumenta dotalia ante nuptias, eaque confirmandi manu & ſigillo, vt legalem haberent firmitatem.

§.VIII.

Et tranſactione totius negotii coram idoneo teſtium numero.

AD totum ſponſaliorum negotium non ſolum ſollemnius ſed firmius etiam & tutius reddendum, moris erat, rem omnem publice coram idoneo electorum teſtium numero, hoc eſt, præſentibus vtriuſque partis amicis, tranſigere, ad deuitandas maxime clandeſtinas pactiones. Neſcio, an in lege certus quidam numerus præſcriptus ſit, quod alias tunc vocabatur *frequentia* [a] *& fides amicorum.* Conſuetudo autem decem videtur requiſiſſe: Quemadmodum ex noto quodam AMBROSII loco apparet, vbi loquens ad virginem, quæ virginitatem perdiderat, ita argumentatur [b]: *Si inter decem teſtes confectis ſponſaliis, nuptiis conſummatis, quæuis viro femina coniuncta mortali, non ſine magno periculo perpetrat adulterium: Quid putas fore, ſi inter innumerabiles teſtes eccleſiæ, coram angelis, exercitibus cæli, facta copula ſpiritualis per adulterium ſoluitur?* Hæc euidenter docent, fuiſſe tum communem morem celebrandi ſponſalia & nuptias, ad minimum decem præſentibus teſtibus, ad negotium illud atteſtandum.

§.IX.

Quouſque ſponſalia obligarint.

PACTO futuri coniugii per ſponſalia ſic confirmato, neutri parti cum alio quopiam contrahere matrimonium licebat, ſi graues pœnas, in ciuili & eccleſiaſtica lege dictatas, vellet effugere; niſi forte tempus nuptiarum fraudulenter prorogatum eſſet vltra biennium, quod tempus erat ſponſaliorum durationi præſtitutum. *Auguſtus Cæſar* per leges celebres, legem *Iuliam* & legem *Papiam* dictas, tempus ſponſaliorum ita determinauit, vt ſi quis matrimonium intra biennium non conſummaret, nullum fructum ex ſponſalibus capere permitteretur.

(*a*) Cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis leg. I. Nuptias nobiles nemo redimat, nemo ſollicitet; ſed publice conſulatur adſinitas, adhibeatur *frequentia* procorum. Leg. III. Nulla lege impediente fiat conſortium, quod ipſorum conſenſu atque *amicorum fide* firmatur.

(*b*) Ambroſ. ad virgin. lapſam, cap. VI.

Quum vero milites, ob publica negotia peregre agentes, videri possent longius tempus requirere, *Constantinus* lege quadam illis itidem biennium constituit. Vt adeo si qua mulier, militi desponsa, duos annos exspectasset, neque vero matrimonium consummaretur [*c*], impune alii posset nubere, quia non illius sed sponsi erat culpa, qui nuptias vltra tempus in lege præscriptum protraxerat. At vero si quis pater, vel mater, vel tutor, vel curator, vel cognatus quispiam alius, qui virginem militi desponderat, ante elapsum biennium alii eam in matrimonium daret, vt perfidiæ reus exilio adficiendus erat. Per aliam quoque legem [*d*] sanxit, vt, si quis vir, qui mulierem sibi desponderit, postea eam ducere vxorem nolit, ex friuola quadam ratione, quod scilicet mores eius ipsi non placeant, vel genus; vel aliam istiusmodi leuem & minus iustam caussam subiiciat, femina retinendi habeat potestatem, quæcumque ei in sponsalibus ab illo data sint, nec non poscendi, quidquid præterea ex eodem capite illi promissum sit, etiamsi in ipsa possessione remanserint donatoris. Et contra ea, si qua mulier plena ætate, hoc est, annos nata duodecim, sponsalia suscepisset & deinceps, mutata voluntate, sponso nubere renueret; vel parentes, tutores curatoresque id ei facere non permitterent, vel si vidua, quæ per ætatem sponsalia facere poterat, matrimonium detrectaret: Tunc non solum omnia,

(*c*) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de sponsalibus, leg. IV. Patri aut matri puellæ, aut tutori, vel curatori, aut cuilibet eius adfini, non liceat, quum prius militi puellam desponderit, eamdem alii in matrimonium tradere. Quod si intra biennium, vt perfidiæ reus in insulam relegetur. Quod si pactis nuptiis transcurso biennio, qui puellam desponderit, alteri eamdem sociarit, in culpam sponsi potius quam puellæ referatur, nec quicquam noceat ei, qui post biennium puellam marito alteri tradiderit.
Vid. cod. Iustin. lib. V. tit. I. de sponsalibus leg. II. Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exequi nuptias in eadem prouincia degens supersederit, eiusque spatii fine decurso in alterius postea coniunctionem puella peruenerit, nihil fraudis ei sit, quæ nuptias maturando vota sua diutius eludi non passa est.

(*d*) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de sponsalibus leg. II. Si quidem sponte vir sortiri noluerit vxorem, id quod ab eo donatum fuerat, nec repetatur traditum, & si quid apud donatorem resedit, ad sponsam submotis ambagibus transferatur &c.

quæ

quæ donationum ſponſalitiarum titulo accepiſſent, perdere debebant, ſed pœna quoque quadrupli ob perfidiam tenebantur. Quemadmodum ex variis legibus [e] *Theodoſii* & *Honorii* apparet, qui etiam innuunt, præcepiſſe hoc antiquam legem *Iuliam* & *Papiam* imperii *Romani* a tempore inde *Auguſti*. Et quamuis *Leo* & *Anthemius* hanc pœnam paullo mitigarint, non tamen omnino ſuſtulerunt, ſed tantum a quadruplo ad duplum reduxerunt, atque ita *Iuſtinianus* [f] velut firmam imperii legem in codice ſuo interpoſuit. Lex eccleſiaſtica non minus ſeuera fuit in omnem iſtiuſmodi perfidiam in ſponſalibus. Nam concilium *Illiberritanum* canonem habet, hac de re in hunc modum decernentem [g]: *Si qui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe a communione. Si ſponſus vel ſponſa in illo graui crimine fuerint deprehenſi, ſuperior* (id eſt eadem) *ſententia ſeruetur.* Porro a concilio *Ancyrano* [h] ſtatutum legimus, vt, ſi quis deſponſam alii puellam rapuerit, ei reddatur, cui primum deſponſa ſit, etiam ſi vim a raptore paſſa fuerit. Et concilium *Trullanum* [i] adulterii crimen appellat, ſi quis alteri deſponſam mulierem, eo adhuc viuo, cui deſponſa ſit, in nuptiarum duxerit ſocietatem. SIRICIVS [k] pontifex *Romanus* inſtar ſacrilegii eſſe dicit, ſi quis puellam, alii prius deſponſatam, in

(e) Cod. Theod. lib. III. tit. V. de ſponſal. leg. VI. Vid. §. II. ſub litt. (d) p. 315. Leg. VII. Si pater pactum de nuptiis filiæ inierit, & humana ſorte conſumtus ad vota non potuerit peruenire, id inter ſponſos firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum: Nihilque permittatur habere momenti, quod cum defenſore, ad quem minoris commoda pertinebunt, docebitur fuiſſe transactum: Periniquum eſt enim, vt contra patriam voluntatem redemti forſitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium. Tit. VI. leg. I. vid. cap. II. §. VII. ſub litt. (c) pag. 297. Vid. tit. X. leg. I.

(f) Cod. Iuſtin. lib. V. tit. I. de ſponſalibus, leg. V.

(g) Concil. Illiberrit. can. LIV.

(h) Concil. Ancyran. c. XI. Τὰς *μνηστευθείσας κόρας, καὶ μετὰ ταῦτα ὑπ᾽ ἄλλων ἁρπαγείσας, ἔδοξεν ἀποδίδοσθαι τοῖς προμνηστευσαμένοις, εἰ καὶ βίαν ὑπ᾽ αὐτῶν πάθοιεν.*

(i) Concil. Trull. can. XCVIII. *ὁ ἑτέρῳ μνηστευθεῖσαν γυναῖκα, ἔτι τοῦ μνηστευσαμένου ζῶντος, πρὸς γάμου κοινωνίαν ἀγόμενος, τῷ τῆς μοιχείας ὑποκείσθω ἐγκλήματι.*

(k) Siric. epiſt. I. ad Himer. c. IV. De coniugali autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat, omnibus modis inhibemus: quia illa benedictio, quam nupturæ ſa-

matrimonium accipiat, quia illa benedictio, quam nupturæ ſacerdos impertiat, hoc ipſo violetur. Ex quibus porro intelligimus, benedictionem nonnumquam in ſponſalibus non minus quam in nuptiis dari conſueuiſſe, etſi diuerſi ac ſeparati actus tum eſſent. Sponſaliorum autem obligatio non vlterius extendenda eſt, quam lex requirit, quæ in nonnullis caſibus limitationes & exceptiones admittit, Exempli gratia, ſi quis parens vel cognatus de puellæ cuiuſdam ſponſalibus ſtatueret, antequam decimum ætatis annum abſoluiſſet; vel ſi qua puella alius cuiuſcumque ætatis inuita nec conſentiens deſponderetur; vel ſi quis prouinciæ adminiſtrator cum femina quadam iſtius prouinciæ, durante adminiſtrationis ſuæ anno, ſponſalia faceret; vel alius quiſquam tempus nuptiarum duceret vltra biennium, quod tempus erat ſponſaliorum durationi præſtitutum. Rebus ſic ſe habentibus, ſponſalia fiebant irrita, nec crimen erat ea non conſummare, quia leges ipſæ ea non niſi ſub hiſce cautionibus ac limitationibus valere iubebant.

§. X.

Num ſimpliciter & abſolute iuſtis ac legitimis nuptiis præmitti debuerint?

VNA adhuc quæſtio ſupereſt de ſponſalibus, hoc loco pertractanda. An videlicet vel in totum vel ex parte cærimonia ſponſaliorum ſimpliciter & abſolute nuptiis præmitti debuerit, vt hæ iuſtæ fierent atque legitimæ? Sunt hæ reuera duæ diuerſæ quæſtiones, Num neceſſe ſit obſeruari pactionem ſponſalitiam? Et, Num neceſſe ſit iſtiuſmodi pactionem fieri ante quaslibet nuptias eo quidem fine, vt hæ reddantur legitimæ? Vti autem in priore quæſtione lex ſponſis abſolutam imponit neceſſitatem, præterquam in caſibus ab ipſa lege aliter determinatis: Ita in poſteriore quæſtione non generatim omnes compellit ſponſalia facere ante nuptias, ſed has tantum a certis quibuſdam hominum ordinibus, propter ordinis ſui dignitatem ac decentiam, requirit. Hoc clare patet ex lege

cerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi vlla transgreſſione violetur.

quadam *Theodosii* iunioris, quæ nuptias legitimas esse iubet sine vllis sponsaliorum cærimoniis antecedentibus. *Si donationum* [*l*] *ante nuptias vel dotis instrumenta defuerint, pompa etiam aliaque celebritas omittatur; nullus æstimet ob id deesse recte alias inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis iura posse legitimorum auferri; si inter pares honestate personas, nulla lege impediente, fiat consortium, quod ipsorum consensu atque amicorum fide firmatur.* Heic, vt recte obseruat GOTHOFREDVS, quatuor conditiones in nuptiis requirit *Theodosius*, quarum prima est, vt inter pares honestate personas eæ celebrentur. Neque enim viro liberali conditione seruam, vel alius vilis atque infamis notæ feminam ducere in matrimonium permittitur. Secundum requisitum est, vt nulla lex istiusmodi nuptias impediat. Non enim inter omnes pares honestate personas connubii ius erat, veluti inter iudæum & christianum, inter prouincialem & officium in prouincia administrantem, quia id lex prohibebat. Tertium requisitum est consensus partium, sine quo nullum matrimonium validum & firmum erat. Postremum, vt nuptiæ amicorum fide firmentur, id est, vt conscientia amicorum intercedat & impediantur clandestinæ nuptiæ. Hisce rebus obseruatis, nulla sponsaliorum præmittendorum, aut cærimoniarum eo spectantium, ad nuptias reddendas legitimas, necessitas erat; quum omnia, quæ necessaria esse poterant, in ipsarum nuptiarum actu ita essent prouisa, quemadmodum apud nos hodie obtinent, vbi ritus & cærimoniæ magnam patrem cessant. Atque ita res a tempore *Theodosii* ad *Iustinianum* vsque continuata est, qui priori legi aliquam exceptionem addendam duxit. Nam in quadam nouella sua (facta post *codicem*, qui priorem legem *Theodosii* iisdem verbis exhibet,) postea distinctionem fecit inter nobiles [*m*] & inferioris ordinis homines. *In maioribus dignitatibus*, inquit, *& quæcumque vsque ad nos & senatores, & magnificentissimos illustres, neque fieri hæc omnino patimur: sed sit omnino & dos*

(*l*) Cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis leg. III.

(*m*) Iustin. nouell. LXXIV. c. IV. Ἐπὶ μὲν τῶν μειζόνων ἀξιωμάτων, καὶ ὅσα μέχρι τῶν ἡμετέρων ἐστὶ συγκλητικῶν καὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων, οὐδὲ γίνεσθαι ταῦτα παντελῶς ἀνεχόμεθα· ἀλλ᾽ ἔστω πάντως καὶ προῖξ, καὶ προγαμιαῖα

ει

et antenuptialis donatio, & omnia, quæ honestiora decent nomina. Quantum vero in militiis honestioribus & negotiis, & omnibus professionibus dignioribus est, si voluerint legitime vxori copulari, & non facere nuptialia documenta: Non sic quomodocumque, & sine cautela effuse, & sine probatione hoc agant, sed veniant ad quamdam orationis domum & fateantur sanctissimæ illius ecclesiæ defensori: Ille autem adhibens tres aut quatuor exinde reuerendissimorum clericorum, attestationem conficiat, declarantem, Quia sub illa indictione, illo mense, illa die mensis, illo imperii nostri anno venerunt apud eum in illam orationis domum, ille & illa, & coniuncti sunt alterutri: & huiusmodi protestationem, si quidem accipere volunt aut ambo conuenientes, aut alteruter eorum, & hoc agant, & subscribant ei & sanctissimæ ecclesiæ defensor, & reliqui tres aut quantoscumque voluerint; non tamen minus trium, litteris hoc significantibus. Si vero etiam hoc illi non egerint: iste tamen talem reponat venerabilis illius ecclesiæ defensor in eiusdem sanctissimæ ecclesiæ archiuis, prædictas subscriptiones habentem, vt reconditum sit omnibus ex hoc munimen, & non aliter videatur nuptiali adfectu eosdem conuenisse, nisi tale aliquid agatur, & omnino ex litteris caussæ testimonium habeat: his ita gestis, & nuptias, & ex eis sobolem esse legitimam. Hæc autem dicimus, vbi non dotis aut antenuptialis donationis fit documentum: fidem enim in so-

δωρεὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα τοῖς σεμνοτέροις πρέπει τῶν ὀνομάτων· ὅσον δὲ ἐν στρατείαις τε σεμνοτέραις καὶ ἐμπορίαις, καὶ ὅλως ἐν ἐπιτηδεύσεσιν ἀξιολογοτέραις ἐστὶν, εἰ βούλοιτο νομίμως γυναικὶ συνελθεῖν, καὶ μὴ ποιήσασθαι γάμων συμβόλαια· μὴ οὕτως εἰκῆ καὶ ἀπαραφυλάκτως καὶ ἐκκεχυμένως καὶ ἀναποδείκτως τοῦτο πραττέτω, ἀλλὰ παραγενέσθω πρός τινα τῶν εὐκτηρίων οἴκων, κοινωσάσθω τε τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ· ὁ δὲ παραλαβὼν τρεῖς ἢ τέσσαρας τῶν ἐκεῖσε εὐσεβεστάτων κληρικῶν, ἐκμαρτυρίαν συνιστάτω δηλοῦσαν, ὡς ἐπὶ τῆς δε τῆς ἐπινεμήσεως, τοῦ δε τοῦ μηνὸς, ἄγοντος τόσην ἡμέραν, τῆς βασιλείας ἔτους τόσου, ὑπατείας τοιᾶς δε, ἦλθον παρ' αὐτῷ ἐν τῷ δε τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ ὁ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα, καὶ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις· καὶ τὴν τοιαύτην ἐκμαρτυρίαν εἰ μὲν ἐκλαβεῖν βούλονται ἢ ἀμφότεροι οἱ συνιόντες, ἢ καὶ ἕτερος αὐτῶν, καὶ τοῦτο πραττέτωσαν· καὶ ὑπογραφέτωσαν ταύτῃ ὅ, τε τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἔκδικος, καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς, ἢ ὅσους ἂν βουληθείη [οὐκ ἐλάττους μέντοι τῶν τριῶν] γράμματα, τοῦτο σημαίνοντα· εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὴ πράξαιεν ἐκεῖνοι, ἀλλὰ τὸν τοιοῦτον ἀποτιθέσθω χάρτην ὁ τῆς σεβασμιωτάτης ἐκκλησίας ἐκείνης ἔκδικος ἐν τοῖς τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις, τὰς εἰρημένας ὑποσημειώσεις ἔχοντα· ὥστε ἀποκεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, καὶ μὴ ἄλλως δοκεῖν γαμικῇ διαθέσει τούτους αὐτοὺς συνεληλυθέναι, πλὴν εἰ μὴ τοιοῦτό τι πραχθείη, καὶ ὅλως ἐκ γραμμάτων τὸ πρᾶγμα μαρτυροῖτο· τούτων δὲ οὕτω γενομένων, καὶ τὸν γάμον καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ γονὰς εἶναι νομίμους· ταῦτα δὲ φαμὲν, ἔνθα μὴ προικὸς ἢ προγαμιαίας δω-

lis

lis testibus suspectam habentes ad præsentem venimus dispositionem. Hæc regula erat, medii ordinis ac conditionis hominibus præscripta, vt clandestinæ deuitarentur nuptiæ. Tum lex pergit & de infimi ordinis hominibus, cuiusmodi sunt agricolæ & milites gregarii & alii obscuri, ita præcipit [†]: *Quisquis in abiecta degit vita, paruæ quidem substantiæ dominus consistens, in nouissima vero vitæ parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas, aut milites armatos, & quos lex caligatos appellat, (hoc est, viliores & obscuriores) perscrutamur, quibus ciuilium caussarum ignorantia est, & solius circa terram operationis, & circa bella concupiscentiæ caussa est studiosa & iuste laudabilis: sic vt in vilibus personis, & in militibus armatis obscuris & agricolis licentia sit eis, & ex non scripto conuenire, & matrimonia celebrare inter alterutros: sintque filii legitimi, qui patrum mediocritatem, aut militares vel rusticas occupationes & ignorantias adiuuent.* Immo vero si quis istiusmodi vir tactis euangeliis, siue in domo priuata, siue in ecclesia, iuraret [*n*], hanc illamue feminam vxorem suam fore, matrimonium legitimum

ρεῦς γίνεται συμβόλαιον· τὴν γὰρ ἐκ μόνων μαρτύρων πίστιν ὑποπτεύοντες, ἐπὶ τὴν παροῦσαν ἐληλύθαμεν διατύπωσιν.

(†) Ibid. Τὸ δὲ ὅσον ἐν καταπεφρονημένῳ διαζῇ βίῳ, μικρᾶς μὲν οὐσίας κύριον καθεστὼς, εἰς ἔσχατον δὲ τοῦ δήμου μέρος ἀποκείμενον, τοῦτο ἐχέτω καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄδειαν· ἀλλ' οὐδὲ γεωργοὺς, ἢ στρατιώτας ἐνόπλους, οὓς ὁ νόμος καλιγάτους καλεῖ [τουτέστιν εὐτελεστέρους καὶ ἀφανεστέρους] περιεργαζόμεθα, οἷς ἡ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀμαθία, καὶ ἡ μόνης τῆς περὶ τὴν γῆν ἐργασίας καὶ περὶ τοὺς πολέμους ἐπιθυμία, πρᾶγμά ἐστι περισπούδαστον καὶ δικαίως ἐπαινούμενον· ὥστε ἐπί τε τῶν εὐτελῶν προσώπων, ἐπί τε στρατιωτῶν ἐνόπλων ἀφανῶν, καὶ γεωργῶν, ἄδεια ἔστω αὐτοῖς καὶ ἀγράφως συνιέναι, καὶ συνοικεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἔστωσαν οἱ παῖδες γνήσιοι, τῇ τῶν πατέρων μετριότητι, ἢ στρατιωτικαῖς ἢ γεωργικαῖς ἀσχολίαις τε καὶ ἀγνοίαις βοηθούμενοι.

(*n*) Ibid. nouell. LXXIV. cap. V. Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν προσελεύσεων, τῶν γινομένων ἡμῖν ἀεὶ, συχνότερον δὲ πάντων, γυναικῶν ἀκούομεν ὀδυρομένων, καὶ προσαγγελλουσῶν, ὥς τινες προσπαθείᾳ κρατούμενοι πρὸς αὐτὰς, εἶτα ταύτας ἀνάγουσιν οἴκοι, καὶ τῶν θείων ἁπτόμενοι λογίων, ἢ ἐν εὐκτηρίοις οἴκοις ὀμόσαντες ἦ μὴν ἕξειν αὐτὰς νομίμους γαμετὰς, οὕτως αὐτὰς οἰκειοῦνται χρόνον πολὺν, καὶ παιδοποιοῦσιν ἴσως· εἶτα ἐπειδὰν ἐμπλησθεῖεν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας, ἢ τῶν παίδων χωρὶς, ἢ μετὰ τῶν παίδων, ἀπορρίπτουσι τῶν οἴκων· ἐκρίναμεν καὶ τοῦτο χρῆναι θεραπεῦσαι, καὶ, εἴπερ ἡ γυνὴ δεῖξαι δυνηθείη τρόποις νομίμοις, ὅτι κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ ἀνὴρ ταύτην ἔλαβεν οἴκοι, ἐπὶ τῷ γυναῖκα γνησίαν ἔχειν, καὶ παίδων γνησίων μητέρα, μηκέτι παντελῶς ἄδειαν αὐτῷ καθεστάναι, ταύτην παρὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν ἐξωθεῖν τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἔχειν γνησίαν καὶ τοὺς παῖδας γνησίους αὐτῷ καθεστάναι· καὶ ἐκείνην

erat, ſi mulier ita ſe ab illo ductam eſſe modis legitimis poſſet oſtendere, quartamque bonorum viri partem vindicare ſibi poterat, etiamſi non haberet inſtrumentum dotale, quod hanc in rem allegaret. Hæc ex *Iuſtiniano* copioſius adduximus, tum quia generatim oſtendunt diuerſos matrimonii ineundi modos, tunc temporis per legem ciuilem licitos, tum maxime, quod non fuerit abſoluta neceſſitas præmittendi cærimoniam inſtrumenti dotalis, ſiue donationis ad reddendum matrimonium firmum ac validum in caſibus omnibus. Atque ex his ſatis facile cognoſcere & interpretari poſſumus difficilem illum concilii *Toletani* [o] canonem, qui habet: *Is, qui non habet vxorem, ſed pro vxore concubinam habeat, a communione non repellatur, tantum vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ, vt ei placuerit, coniunctione ſit contentus.* Antequam enim cauſſa per has leges *Theodoſii* & *Iuſtiniani* plene determinata eſſet, femina, quæ ſine antenuptiali inſtrumento dotali & donatione aliisque ritibus, in lege requiſitis, viro nupſerat, ſtilo legis non vxor ſed tantum concubina vocabatur. At ſenſu eccleſiaſtico vera vxor habebatur, quia contractu matrimoniali ſe viro iuſtam fidamque futuram ipſa ſpoponderat, etiamſi ſine præuiis antenuptialium ſponſaliorum ritibus, quos lex tunc exigebat, iuncti eſſent: Et idcirco patres *Totelani* nullam diſtinctionem

---

μὲν, εἴπερ ἄπροικος εἴη, τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἀπολαύειν ἀγαθῶν, τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνουσαν, εἴτε ἐξωθείη, εἴτε καὶ προαποβάλοι τὸν ἄνδρα. κ. τ. λ. *Quoniam interpellationibus, quæ nobis fiunt ſemper, omnium tamen aſſidue mulieres audiuimus ingemiſcentes & dicentes, quia quidam earum concupiſcentia detenti, ducant eas in domibus ſuis, ſacra tangentes eloquia aut in orationis domibus iurantes, habituros ſe eas legitimas vxores: taliter eas habentes tempore multo, & forte ſuſcipientes filios; deinde dum ſe ſatiauerint earum deſiderio, aut extra filios, aut cum filiis, eas proiicientes de ſuis domibus: iudicauimus etiam hoc oportere ſancire: Vt ſi mulier oſtendere potuerit modis legitimis, quia ſecundum hanc figuram vir eam acceperit domum, vt eam vxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam eſſe ei, hanc de domo præter ordinem legis expellere: ſed habere eam legitimam & filios ſuos eſſe ei legitimos: & illam, ſi quidem indotata ſit, noſtræ conſtitutionis vti bonis quartam ſubſtantiæ viri percipientem, ſiue expellatur, ſiue prius moriatur vir &c.*

(o) Concil. Toletan. I. can. XVII.

faci-

faciunt inter vxorem & concubinam, quod ad disciplinam ecclesiæ attinet; dummodo femina, quam lex concubinam vocat, re vera vxor esset per contractum matrimonialem; licet sollemnitate sponsaliorum destitueretur, quæ tunc in lege civili requirebatur, postea autem in quibusdam casibus per edicta *Theodosii & Iustiniani*, quemadmodum hic ostendimus, post habitum concilium *Toletanum* relaxata est. Tantum de regulis ac legibus ad sponsalia ante nuptias spectantibus. Iam ad considerandos ipsarum nuptiarum ritus ac cærimonias progredimur.

LIBRI VICESIMI SECVNDI

CAPVT QVARTVM

DE RATIONE CELEBRANDI NVPTIAS IN VETERE ECCLESIA.

§. I.

Sollemnia nuptiarum inter christianos iam inde a principio per ministros ecclesiæ celebrari solita.

HEIC primæ quæstiones erunt, Per quem sollemnes nuptiarum cærimoniæ ac ritus antiquis temporibus peracti fuerint? Et num benedictio ministri ecclesiæ, vti in sæculis posterioribus, ad matrimonium firmum ac validum reddendum secundum leges ecclesiæ ac reipublicæ necessaria fuerit? Ad quas quæstiones vt recte respondeamus, distinctiones quædam necessariæ præmittendæ sunt: 1) Inter nuptias, factas inter christianos mutuo, & nuptias, factas inter christianos & infideles, iudæos, ethnicos & hæreticos. 2) Inter nuptias, factas secundum tenorem & præscriptum legum, & nuptias, factas contra legem. 3) Inter improbationem illiciti modi matrimonium incundi, & declarationem, quod simpliciter & absolute nullum & irritum sit. Iam si quæstio primum fiat de nuptiis, quas christiani cum christianis fecerint, Per quem sollemnis nuptiarum cærimonia peracta est? Vtrum per ecclesiæ ministrum, an per quemuis alium? Respondeo *primum*, verisimillimum esse, per tria priora sæcula sollemnes nuptiarum cærimonias ac ritus per ministros ecclesiæ peragi consueuisse. *Se-*

cundo autem, Si chriſtiani cum iudæis aut ethnicis aut hæreticis (vt nonnumquam faciebant) matrimonia inirent, tunc, vti eccleſia iſtiuſmodi matrimonia improbabat, ita probabile eſt, miniſtros eccleſiæ in iſtarum nuptiarum celebratione nihil habuiſſe negotii. Sed *tertio*, Quum leges *Romanæ* talia matrimonia permitterent, non erat in poteſtate eccleſiæ ea reſcindere aut irrita facere, ſed reos tantum cenſuris ſuis ſubiicere. Tantummodo in illis caſibus, quos leges prohibent, cuiuſmodi ſunt omnes nuptiæ inceſtæ, & nuptiæ liberorum, inuitis parentibus factæ, quas leges *Romanæ* non ſolum prohibent, ſed ſæpenumero nullas & irritas pronuntiant: In illis caſibus, inquam, eccleſia paullo longius progredi poterat, vtpote per leges imperiales non minus quam per leges diuinas auctoritatem habens iſtiuſmodi matrimonia declarandi nulla & irrita. *Quarto*, Quamuis eccleſia omnem illicitam nuptiarum rationem improbaret, quam reſpublica prohibebat; exempli gratia, nuptias ſine ſponſalibus & inſtrumentis dotalibus, quandoquidem lex ciuilis eis erat aduerſaria: Non tamen eouſque progrediebatur, vt eas ſimpliciter irritas & nullas declararet. De tribus prioribus momentis nullas memoratu dignas controuerſias inter viros doctos inuenimus. De primo autem magna controuerſia ſuſcitata eſt a IOANNE SELDENO. Nequaquam enim ille vult concedere (*a*), generatim ita obtinuiſſe antiquioribus ſæculis inter chriſtianos, vt nuptiæ cum benedictione miniſtri eccleſiæ fierent in ædibus ſacris. Interdum ſic

(*a*) Selden. vx. hebr. lib. II. c. XXIX. p. 307. (p. 217. edit. Francof.) In ſanctionibus imperatoriis ſeu iure Cæſareo, non ab antiſtitibus ſacris introducto, quod ſcilicet de re nuptiali habetur in digeſtis & vtroque codice multiplex, ſacri miniſterii mentio ſane eſt nulla. In digeſtis quidem titulus eſt *de ritu nuptiarum*, quem e paganiſmo illuc traduxit Tribonianus, ſacra paganorum nuptialia horumque appendices, iuſque de ea re pontificium primo innuentem. Sed ſacra illa, qua ſacra prorſus abolita chriſtianis. Immo Theodoſius & Valentinianus Auguſti vetuere in baſilicis, id eſt ædibus ſacris, nuptias celebrari. Sed id ſumi ſolet pro eo, quod eſt conuiuia, tripudium, id genus nuptialis hilaritatis alia inibi haberi; non de ipſo contractu reliquoque ibi ritu ſacro nuptiali, qualem ad aras deorum etiam in paganiſmo, vel ut ex receptiſſimo more fieri ſolitum volunt Stephanus Forcatulus, Alexander Sardus aliique nonnulli. Et interdum ſic factum, pro arbitratu ſcilicet contrahentium communi, quorum eſſent in poteſtate, non

factum

factum pro arbitratu contrahentium eorumue, quorum essent in potestate, non diffitetur. Sed de iure eiusmodi saeculis antiquioribus recepto, nusquam liquere dicit. Enimuero SELDENVS summos suae ipsius professionis viros hac in re aduersarios habet. DIONYSIVM GOTHOFREDVM [b] & FRANCISCVM HOTOMANNVM in puncto legis a se dissentire, ipse non inficiatur: Et IACOBVS GOTHOFREDVS, celeberrimus ille codicis *Theodosiani* interpres, in puncto praxis ei aduersatur. Prior GOTHOFREDVS [c] & HOTOMANNVS [d] existimant, per *vota nuptiarum* in lege quadam *Iustinianea* intelligi nuptiarum celebrationem per sacram benedictionem. Posterior GOTHOFREDVS hunc locum difficilem vix sufficere putat ad rem plene demonstrandam. Sed tamen, quod ad praxin attinet, SELDENO manifeste aduersatur. Dicit enim, veterem ecclesiam & in his *Africanam*, in celebrandis nuptiis sollemni

diffitemur. Sed de iure eiusmodi saeculis antiquioribus ita recepto nullibi liquet. Et quod habetur in Theodori Prodromi, scriptoris inter Graecos recentioris, Amaranto, de ridiculis Stratoclis senis plane capularis & Myrillae puellulae nuptiis; illum nempe, simulac tabulae nuptiales confectae erant lectaeque, dixisse, τί δὲ διαμέλλομεν ἔτι καὶ οὐ πρὸς τὸν νεὼν ἄπιμεν, *quid amplius moramur, neque templum recta pergimus?* statimque ad Isidis, velut ex receptissimo more, sponsos amicosque iuisse; hoc inquam ex ritu inter christianos recentiores passim admisso, quo templa sponsi adire solent, ibi natum, non ex more aliquo eiusmodi apud paganos veteres, seu qui aeui erant illius, cui fabulam suam adfingit Theodorus ille, cetera.

(*b*) Selden. ibid. p. 306. (p. 218.) Iustinianus quidem statuit, si nuptiarum tempus in pactum aliquod, seu conditionem venisset, id de ipsa nuptiarum festiuitate solum intelligendum, quod explicat ipse de tempore, ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint. Sunt, qui benedictionem heic sacram volunt (Gothofr. vid. sub litt. (c) seq. & Hotomann. illustr quaest. XXV.) intelligi; alii rectius actum qualemcumque, quo nuptiae celebratae.

(*c*) Dionys. Gothofred. not. in codic. Iustin. lib. V. tit. IV. de nuptiis leg. XXIV. Puta sacra benedictio.

(*d*) Hotomann. quaest. illustr. quaest. XXV. Not. De hac phrasi *vota nuptiarum*, nihil heic inuenio, inuenio autem nonnulla, quae huc pertinent: Vetustissimum christianorum institutum hoc esse, vt matrimonia palam ecclesiae & ministrorum precibus consecrentur, facile demonstrari potest: primum ex Tertulliano, qui lib. ad vxorem ita scribit: *Vnde sufficiam* &c. Alterum testimonium est ex *l. sancimus*, 24. *C. de nupt.* vbi imperator Iustinianus statuit, vt ea demum rata sint matrimonia, in quibus nuptiarum accessit festiuitas, cetera.

benedictione ſacerdotum vti conſueuiſſe. Et ſatis idonea huius adſerti adfert documenta [e]. Primæ eius demonſtrationes ex TERTVLLIANO deſumtæ ſunt, qui loco quodam [f] hæc habet notatu digna verba: *Vnde ſufficiam ad enarrandam tantam felicitatem matrimonii, quod eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignat benedictio, angeli renuntiant, pater ratum habet.* „Quo quidem loco, (inquit GOTHOFREDVS [g]), eccleſia matrimonium conciliare dicitur, quia ab eccleſiaſticis ferme coniuges „poſtulabantur, ſuperque matrimonio hi conſulebantur, a„pud hos matrimonii profeſſio fiebat: benedictione denique „eccleſiaſtici coniuges dabant: Et in ſumma, illo loco *Tertul„lianus* alludit ad quinque ritus gentilitios, qui in nuptiis in„teruenıebant: Conciliatores ſcilicet ſeu proxenetas nuptia„rum; oblationem oſculi & arrarum; obſignationem tabula„rum; amicorum teſtiumque fidem & præſentiam; parentis „denique conſenſum, ſi de liberorum nuptiis ageretur. Qui„bus *Tertullianus* totidem, quæ in matrimonio chriſtiano inter„veniebant, opponit; Conciliationem eccleſiæ, ſeu eccleſia„ſticorum; oblationem precum„ (ego addo, fortaſſis etiam oblationem euchariſtiæ, quæ communiter coniungi ſolebant) „obſignationem, quæ fit benedictione eccleſiaſticorum; re„nuntiationem, fidem, teſtimonium angelorum; ratihabitio„nem patris noſtri cæleſtis„. Secundus locus, a GOTHOFREDO allegatus ex TERTVLLIANO eſt, vbi de clandeſtinis loquitur nuptiis: *Penes nos*, inquiens [h], *occultæ quoque coniunctiones, id eſt, non prius apud eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & forni-*

(e) Gothofred. in cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis, leg. III. Sed quid de εὐλογίᾳ ſeu ἱερολογίᾳ dicemus, quæ heic non exprimitur? De paganico ritu, vbi ſacrificium & auſpices adhibitos notum eſt, non quæro: verum de ſacra benedictione in chriſtianorum nuptiis. Certe enim hoc codice nulla mentio occurrit: Neque Theodoſius iunior id hac lege requirit: neque Valens imperator leg. VI. inf. de tyronibus. Neque etiam vllus eſt hac de re apud Iuſtinianum locus expreſſus, etſi leg. XXIV. cod. hoc tit. nuptiarum feſtiuitas & vota requirantur. Et veterem tamen eccleſiam & in his Africanam ea vſam colligitur, non ex vno Tertulliani loco. Primus occurrit ſine libri II. ad vxorem: *Vnde ſufficiam* &c. Vid. ſub litt. (f) ſeq. in textu.

(f) Tertull. ad vxor. lib. II. c. IX.

(g) Gothofred. ibid.

(h) Tertull. de pudicitia cap. IV.

catio-

cationem iudicari periclitantur: Nec inde consertæ obtentu matrimonii crimen eludant. Et alio loco, loquens de ſecundis nuptiis, omneſque ab eis deterrens, ait [*i*]: *Vt igitur in domino nubas, ſecundum legem & apoſtolum, ſi tamen vel hoc curas, qualis es id matrimonium poſtulans, quod eis, a quibus poſtulans, non licet habere? Ab epiſcopo monogamo, a presbyteris & diaconis eiuſdem ſacramenti* (id eſt, pariter monogamis) *a viduis, quam ſectam in te recuſaſti: Et illi plane ſic dabunt viros, & vxores quomodo bucellas. Hoc enim eſt apud illos, Omni petenti dabis, & coniungent vos in eccleſia virgine, vnius Chriſti vnica ſponſa.* IOANNES SELDENVS [*] aduerſus hunc locum excipit, vt qui viduis idem negotium ac curam in nuptiis tribuat, quam miniſtris eccleſiæ. Sed manifeſto fallitur. Nam viduæ rem in illis habere poterant, dando conſenſum ſuum atque approbationem; miniſtri autem eccleſiæ præterea dando benedictionem. De hac benedictione ſimiliter loquitur AMBROSIVS, tamquam in *Italia* vſurpata ſuo tempore. *Quum ipſum*, inquit [*k*], *coniugium velamine ſacerdotali & benedictione ſanctificari oporteat, quomodo poteſt coniugium dici, vbi non eſt* (fidei) *concordia?* GOTHOFREDVS eamdem conſuetudinem deduci quoque poſſe exiſtimat ex verbis IGNATII [*l*], *Decet*, inquientis, *ducentium & nubentium coniunctionem fieri cum epiſcopi ſententia, vt ita nuptiæ ſecundum dominum ſint, non autem ſecundum concupiſcentiam.* Et porro ex loco quodam NAZIANZENI, vbi nuptiis *Olympiadis* epiſcoporum gregem adfuiſſe ait, & de ſe mox ſubiicit [*m*]: *Nam & ego animo & voluntate adſum, ſimulque feſtum celebro, iuuenileſque dextras inter ſe iungo, at-*

(*i*) Tertull. de monogamia c. XI.

(*) Selden. ad hunc Tertull. locum lib. II. c. XXVIII. (pag. 211. edit. Francof. MDCLXXIII.) Dabant epiſcopi, presbyteri, diaconi, viduæ maritos; qui ab ipſis petebantur. Sed neque ad ipſum nuptialem contractum neceſſariamue eius celebrationem, a miniſtro ſacro peragendam, aut ad ipſam ſimplicem benedictionem ſollemnem hæc attinent. Ita enim pariter & ad viduas ſpectaret ſimile officium.

(*k*) Ambroſ. epiſt. LXX. (XXIV. edit. Pariſ. MDCXLII.)

(*l*) Ignat. epiſt. ad Polycarp. *πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι, καὶ ταῖς γαμούσαις μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ κύριον καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν.*

(*m*) Nazianz. epiſt. LVII. *καὶ παρῆν ἐπισκόπων ὅμιλος· ἐπεὶ τῷ γε βούλεσθαι καὶ πάρειμι, καὶ συνεορτάζω, καὶ τῶν νέων τὰς δεξιὰς ἀλλήλαις τε ἐμβάλλω καὶ ἀμφο-*

que

que vtraſque Dei manu. Vbi τὸ *iungere iuueniles dextras*, non niſi alia benedictionis deſcriptio eſt. Hoc porro patet ex quodam concilii quarti *Carthaginenſis* [n] canone: *Sponſus & ſponſa, quum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur: Qui quum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant.* Hactenus teſtimonia, producta a GOTHOFREDO. Quibus addi poteſt illud AVGVSTINI, qui tempore illius concilii *Carthaginenſis* vixit, quando ſcribens ad *Ruſticum* ethnicum, [o]: *Certiſſime noueris*, inquit, *etiamſi noſtræ* (meæ & aliorum epiſcoporum) *abſolutæ ſit poteſtatis, quamlibet puellam in coniugium tradere, tradi a nobis chriſtianam niſi chriſtiano non poſſe.* Benedictionis quidem heic non fit expreſſa mentio, ſi autem conſideres, totum negotium in epiſcopi fuiſſe poteſtate, benedictio facile inde inferri poterit. Quid? quod POSSIDIVS in eius vita diſertam illius mentionem faciat. *Seruandum quoque*, inquit [p], *in vita & moribus hominis Dei referebat, quod in inſtitutis ſanctæ memoriæ Ambroſii compererat, vt vxorem cuiquam numquam poſceret --- ne dum inter ſe coniugati caſu iurgarent, & eum maledicerent, per quem coniuncti eſſent. Sed plane ad hoc ſibi iam illis conſentientibus, petitum intereſſe debere adſirmabat ſacerdotem, vt vel eorum iam pacta & placita firmarentur, vel benedicerentur.* Similem in modum IOANNES CHRYSOSTOMVS, inuehens in laſciuas & diabolicas pompas, quibus nonnulli in nuptiis ſuis vtebantur, ait [q]: *Cur honeſta nuptiarum myſteria inuulgas? Oportebat omnia hæc depellere, & verecundiam principio docere puellam, & ſacerdotes vocare & precibus & benedictionibus concordiam coniugii conſtringere: Vt amor ſponſi augeatur, & puellæ continentia creſcat, & omnia, quæ fiunt, eo ſpectent, vt virtutis opera ingrediantur in*

τέρας τῆ τῦ Θεῦ.

(n) Concil. Carth. IV. c. XIII.

(o) Auguſtin. epiſt. CCXXXIV.

(p) Poſſid. vit. Auguſtin. c. XXVII.

(q) Chryſoſt. homil. XLVIII. in Geneſ. tom. II. p. 681. (p. 549. edit. Francof.) Τί τὰ σεμνὰ τῦ γάμυ ἐκπομπεύεις μυστήρια; δέον ἅπαντα ταῦτα ἀπελαύνειν, ꝗ τὴν αἰδῶ ἐκ προοιμίων ἐκπαιδεύειν τὴν κόρην, καὶ ἱερέας καλεῖν, ꝗ δι᾽ εὐχῶν ꝗ εὐλογιῶν τὴν ὁμόνοιαν τῆ συνοικεσίυ συσφίζειν, ἵνα καὶ ὁ πόθος τῦ νυμφίυ αὔξηται, καὶ τῆς κόρης ἡ σωφροσύνη ἐπιτείνηται, καὶ διὰ πάντων τὰ

domum

domum illam, tollanturque e medio omnes diaboli insidiæ: & ipsi Dei auxilio muniti iucunde vitam perficiant. Hæc manifesto docent, quæ præsul ille fieri cupierit, & quæ a melioris notæ christianis facta sint in istiusmodi nuptiarum sollemnitatibus. SIRICIVS episcopus *Romanus* eadem ætate cum CHRYSOSTOMO atque AVGVSTINO vixit, & benedictionis sacerdotalis speciatim meminit, tamquam vsurpatæ in nuptiis, id tamquam rationem [r] adferens, cur puellam alii desponsatam alter in matrimonium non possit accipere, quia apud christianos cuiusdam sacrilegii instar sit, benedictionem, quam nupturæ sacerdos imponat, vlla transgressione violare. Et post eum HORMISDAS papa, qui circa annos orbis redemti DXX, paullo ante *Iustiniani* vixit tempora, decretum fecit in hanc sententiam [s]: *Nullus fidelis, cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote publice nubat in domino.* Hæc testimonia satis abundanter demonstrant, quæ generalis praxis christianorum hac in re ab ipsis primis temporibus fuerit.

§. II.

Quibus in casibus aliter fieri potuerit.

QVOD ad exceptiones attinet, quæ contra istiusmodi vniuersalem consuetudinem adlegari possunt, illæ admodum exigui momenti sunt. Nonnulla quidem matrimonia, omni cura & dissuasione ecclesiæ non obstante, inter christianos & ethnicos contrahebantur. Atque in tali casu ministri ecclesiæ nullum habere poterant commercium in nuptiis, nec eis dare benedictionem, quia id manifesto pugnabat cum regulis ecclesiæ, quod quis christianus ethnicam duceret. Item, canones quidam dissuadebant, licet non simpliciter prohiberent, secundas & tertias nuptias post mortem prioris coniugis, & presbyteris interdicebant illis interesse. Concilium *Neocæsari-*

τῆς ἀρετῆς ἔργα εἰσελεύσεται εἰς τὴν οἰκίαν ἐκείνην, καὶ πᾶσαι τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναὶ ἐκποδὼν ἔσονται, καὶ οὗτοι μεθ' ἡδονῆς τὸν βίον διάγωσιν. Hinc Basilio matrimonium vocatur ὁ διὰ τῆς εὐλογίας ζυγὸς, *benedictione obstrictum iugum*, homil. VII. in hexamer. tom. I. p. 81. a.

(r) Siric. epist. I. ad Himerium, cap. IV. & apud Gratian. causs. XXVII. quæst. II. cap. L. Vid. supra ad cap. III. §. IX. litt. (k) pag. 325.

(s) Hormisd. decret. c. VI.

ense [*t*] canonem hanc in rem habet: *Presbyter in nuptiis eius, qui duas vxores ducit, seu digamus efficitur, ne conuiuetur. Quum enim requirat pœnitentiam digamus, quis erit presbyter, qui eo, quod sit conuiuio acceptus, nuptiis adsentiatur?* Quod si consensum præsentia sua illis præbere non potuit, multo minus sollemni benedictione eas augustiores reddere potuit. PETRVS MARTYR [*u*] & glossa in GRATIANVM [*x*] hunc canonem intelligunt, tamquam qui clericis interdicat, ne vllum commercium habeant in nuptiis proprie dictorum polygamorum, hoc est eorum, qui secundam aliquam vxorem ducant, priore adhuc superstite. Quod ne quidquam est amplius, quam quod in hodiernum diem clericis interdicitur. Nam polygamiæ benedictione sacerdotis non est concilianda auctoritas. Si vero canonem sensu communi accipiamus pro iteratione nuptiarum post prioris vxoris obitum, & clericis interdici statuamus, benedictionem dare istiusmodi nuptiis, tamen non nisi particularis concilii canon est, qui numquam inualuit. Nam secundas nuptias, non minus quam primas, generatim habuisse benedictionem sacerdotalem, exploratum est. Quidquid igitur ex rigore illius canonis forte factum est, id non potuit esse adeo magna aduersus vniuersalem consuetudinem exceptio. Quod autem maximam occasionem dedit nuptias celebrandi sine benedictione sacerdotali, licentia erat, quam leges imperiales indulgebant aliis modis contrahendi matrimonium, præter illum modum, quo nuptiæ per benedictionem sacram sollemniter consummabantur. Licet enim hæc ipsa per tria priora sæcula,

(*t*) Concil. Neocæsar. can. VII. Πρεσβύτερον εἰς γάμους διγαμούντων μὴ ἑστιᾶσθαι· ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου, τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις;

(*u*) Petr. Mart. loc. com. lib. II. c. X. p. 277. (p. 557. edit. Basil. MDLXXX.) Canonem concilii Neocæsariensis, quo prohibentur ministri ecclesiæ vel interesse vel benedicere secundis nuptiis, ego de istis (nouis nuptiis in diuortiis) accipio, non de illis, quæ repetuntur altero coniugum defuncto.

(*x*) Gratian. causs. XXXI. quæst. I. cap. VIII. De his, qui frequenter vxores ducunt, & de his, qui sæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his manifestum constitutum est, sed conuersatio & fides eorum tempus abbreuiat. Presbyterum vero conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere; maxime quum præcipiatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere: quis erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis?

la, dum leges essent ethnicæ, non multum haberet momenti: (nam plerique christiani nihilo magis matrimonium sine benedictione episcopi aut cuiusdam ex clero inire cupiebant, quam ciuiles controuersias vllo alio modo, quam arbitrio & decisione antistitis, volebant dirimi) postea tamen, quum leges fierent christianæ, nec statim aliqua daretur expressa regula, qua generatim omnes compellerentur nuptias sub benedictione clericorum celebrare; sed adhuc aliæ viæ licitæ essent, tamquam sufficientes ad matrimonium faciendum legitimum sine ea; homines ab institutis maiorum desciscere cœperunt, alii quidem ex hac, alii ex alia ratione, donec prisca & vetusta nuptias celebrandi ratio inter christianos gradatim despiceretur & negligeretur.

§. III.

Quomodo primitiua praxis resuscitata sit, vbi negligi cœperit.

HAEC res fecit, vt nonnulli rei christianæ studiosiores imperatores, qui circa sæculum octauum & nonum quosdam abusus, quos temporum iniuria in ecclesiæ disciplinam inuexerat, corrigere & emendare adlaborabant, hanc coniugium sine benedictione sacerdotali ineundi rationem reliquis abusibus adnumerarent, & pro secessione a vetusta ac laudabili consuetudine haberent. Quamobrem priscam consuetudinem instaurandi agitabant consilia, maioremque, quam hacterus factum erat, nauabant operam, vt expressioribus ac generalioribus legibus eam constabilirent atque confirmarent. CAROLVS MAGNVS circa annos DCCLXXX in *Occidentalibus* partibus legem tulit, qua nullum coniugium [y], nisi cum precibus & oblationibus sacerdotalibus fieri, & quæcumque coniugia aliter facta essent, ea non vera coniugia, sed adulterium, concubinatum & fornicationem haberi iussit. Et circa annos DCCCC LEO SAPIENS [z] in imperio *Orientali* eamdem antiquam praxin reuexit, quæ ab eo tempore semper mansit praxis ecclesiæ.

(y) Carol. capitular. lib. VII. cap. CCCLXIII. Aliter legitimum non fit coniugium -- nisi sponsa sua suo tempore sacerdotaliter cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur &c.

(z) Leo nouell. LXXXIX. Vid. sub sequ. litt. (a).

IOANNES SELDENVS [a] & IACOBVS GOTHOFREDVS [b] in hoc conſentiunt, quod nulla benedictionis ſacerdotalis neceſſitas per legem ſtabilita ſit: Vna tamen in re diſſentiunt, quan-

(a) Salden. vxor. hebr. lib. II. c. XXIX. p. 309. (p. 221. edit. Frf. MDCLXXIII.) Leo ſanctionem edidit, cuius titulus περὶ τοῦ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐῤῥῶσθαι, *Ne matrimonia citra ſacram benedictionem firma habeantur*; vbi inquit, καθάπερ ἐπὶ τέκνων εἰσποιήσεως ἱεραῖς ἐπικλήσεσι τὴν εἰσποίησιν προβαίνειν διωρισάμεθα, οὕτω καὶ τὰ συνοικέσια τῇ μαρτυρίᾳ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας ἐῤῥῶσθαι κελεύομεν, *quemadmodum adhibitis ſacris deprecationibus adoptionem perfici praecepimus, ſic ſane etiam ſacrae benedictionis teſtimonio matrimonia confirmari iubemus.* Neque aliter iure matrimonii, ſiue in ſocietate vitae, ſiue in prole quemquam gauiſurum. In hanc rem, eiuſdem memorat conſtitutionem Harmenopulus, vti & aliam Alexii Comneni, ducentis aut circiter annis poſtea Orientis Auguſti. Sic item Ioannes epiſcopus Citrienſis, alii. Atque Leonina haec vim iuris poſtea obtinuit, vt paucae aliquot eiuſdem aliae, nec plures. Atque vnde in Oriente ius in matrimoniis celebrandis ſacerdotale, quatenus ius intuemur Caeſareum, ortum habuerit, & quamdiu ſine ſacris rata ſatis ibi haberentur coniugia, ex iam indicatis ſatis conſtat. Quod ad occidentem attinet; ex epiſtolae illius Euariſti papae verbis, ſaltem Euariſto tributis, in capitula Caroli & Ludouici Caeſarum relatis ibique vim legis obtinentibus, videtur ſane non ſolum benedictionis ſacrae vſus, adeoque ipſa contrahendi formula in caetu ſacro, praeeunte ſacro miniſtro, inoleuiſſe, ſed & matrimonium ipſum inde tantum pro legitimo habitum eſſe. Id euenit ſub annum Chriſti DCCCLXXX. Et paullo poſt exemplum occurrit illuſtre benedictionis nuptialis, velut in morem receptae, quum coniungebantur Ethewolfus Anglorum rex & Iuditha Caroli Calui filia. Alibi autem iidem imperatores, vt publicae fierent nuptiae, ſtatuere, vbi nihil de benedictione ſacra. Etiam in legibus Wiſigothorum, hiſce antiquioribus, expreſſa in connubiis mentio permiſſus comitis, dotis conſtitutionis, tabularumque dotalium, vt quae teſtimonii publici vicem obtinerent, vbi nihil omnino de benedictione ſacra aut ſacro miniſtro. Quod & de aliis legibus veterum dicendum, quae in re nuptiali ſub illud aeuum adeo diuerſae, vt Francus, verbi gratia, qui Saxonicam iure Saxonico duxiſſet, eam non vxorem legitimam cenſeret, quia non ducta iure ſeu ritu Francico, renitente interim concilio Tribnrienſi. Quod autem de benedictione ſacra ſic in imperium occidentale eſt receptum, in alia regna chriſtiana, quae vicina fuerunt, aliter atque aliter poſtmodum diffuſum eſt, cetera.

(b) Gothofred. in cod. Theod. lib. III. tit. VII. de nuptiis leg. III. p. 281. Ex his locis omnibus (ſcil. quae ante citauerat vid. ſupr. ſub litt. (h) ... (n)) patet, profeſſionem nuptiarum apud epiſcopos & presbyteros factam, interueniſſe adeo in nuptiis eccleſiaſticas perſonas, benedictioneſque proinde ritum in nuptiis apud veteres chriſtianos vſurpatum: Nondum tamen ſub facie eccleſiae totius, verum domi. Immo & haec ipſa benedictio poſtea neglecta,

do

do SELDENVS ſtatuit, fuiſſe hoc initium generaliter poſtea obtinentis moris nuptias celebrandi cum benedictione ſacerdotali: quum contra GOTHOFREDVS exiſtimet, eſſe hoc ſolum antiquæ illius & vbique olim receptæ, poſtea vero per aliquot ſæcula neglectæ, conſuetudinis inſtaurationem. Et GOTHOFREDI quidem ſententiam recte ſe habere, lector ex hactenus dictis facile poterit cognoſcere.

§. IV.

Aliæ cærimoniæ in nuptiis vſitatæ; Iunctio dextrarum & velatio.

PERTRACTATA ſic præcipua quæſtione de benedictione ſacerdotali, ad minoris momenti cærimonias, in nuptiis vſitatas, pergimus. Quas inter veterem ritum iungendi nouorum coniugum dextras reperimus. Ita enim iam audiuimus NAZIANZENVM [c] de nuptiis *Olympiadis* ſic diſſerentem, vt in illis dextras nouorum coniugum inter ſe, atque vtraſque Dei manui iunctas, eſſe dicat. AMBROSIVS quoque conſuetudinis velandi, tamquam cærimoniæ in nuptiis vſitatæ, meminit, quando coniugium velamine ſacerdotali [d] & benedictione ſanctificari oportere ait. TERTVLLIANVS [e] itidem huius conſuetudinis, tamquam apud ethnicos vſurpatæ, mentionem facit, quam ſimul cum cærimonia ſollemnis oſculi & iunctionis dextrarum laudat. Sed vero de his loquitur potius, velut cærimoniis, in ſponſalibus ante nuptias adhibitis: quamquam in vtriſque vſurpari conſueuiſſe credi poteſt, quandoquidem *Latinum* nomen *nuptiarum* antiquitatum *Romanarum* explicatori-

quam ideo reuexit, nuptiaſque adeo huic benedictioni præciſe ſubiecit in Oriente Leo imper. nouella LXXXIX. *περὶ τȣ τὰ συνοικέσια ἄνευ τῆς ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐῤῥῶσθαι:* (Eiuſdemque idem meminit nouella LXXIV. *; περὶ τȣ μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας, πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τȣ γάμȣ συμφθάσῃ καιρὸς*) & nouella Alexii Comneni: vide & ſcholiaſten Harmenopuli lib. IV. tit. IV.

(*c*) Nazianz. epiſt. LVII. Vid. §. I. ſub litt. (m) pag. 335.

(*d*) Ambroſ. epiſt. LXX. (XXIV. k. edit. Pariſ. MDCXLII.) Vid. §. I. ſub litt. (k) pag. 335.

(*e*) Tertull. de veland. virgin. c. XI. Atquin etiam apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur, Si autem ad deſponſationem velantur, quia & corpore & ſpiritu maſculo mixtæ ſunt per oſculum & dexteras &c.

bus [f] ab *obnubere*, quod velare & operire significat, dictum dicitur.

§. V.

Solutio crinium mulieris.

Ad aliam cærimoniam adludit OPTATVS, cuius in nullo alio auctore expressam mentionem fieri memini. Hæc erat solutio crinium mulieris in nuptiarum sollemnibus. Scribens enim aduersus *Donatistas*, qui catholicas virgines denuo consecrarant, quæ ante *CHRISTO* ipsæ sese desponderant, ait [g]: *Vt sæcularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent, spiritali sponso soluerant crinem, iam cælestes celebrauerant nuptias. Quid est, quod eas iterum crines soluere coëgistis?* Quæ verba ad quamdam istiusmodi consuetudinem in nuptiis sæcularibus videntur adludere: quia paucis interiectis addit [h]: *Vt crines iterum soluerent, imperastis; Hæc nec mulieres patiuntur, quæ carnaliter nubunt.* Quod arguit, in primis nuptiis id fieri consueuisse, etsi in secundis omissum sit, vti aliæ quædam cærimoniæ temporalis festiuitatis cessarunt, cuiusmodi erant, pulchrarum vestium gestatio, coronatio, & quæ has res consequi solent, concursus atque acclamationes populi. Si quis vero existimauerit, hoc non ad vllam alludere cærimoniam, in sæcularibus nuptiis adhiberi solitam, sed potius cærimoniam re vera fuisse in spiritualibus virginum cum *CHRISTO* nuptiis vsurpatam: quia HIERONYMVS [i] dicat, moris fuisse in quibusdam locis, vt virgines Deo se voventes, & sæculo renuntiantes, crines desecarent: Ego de hac materia exigua & obscura cum ipso non contendam, sed ad ea pergam, quæ certiora sunt & exploratiora in sæcularibus nuptiis, de quibus in præsenti exponimus.

(f) Rosin. antiquit. Roman. lib. V. cap. XXXVII. p. 959. Velo obnubi solebat, quum ad virum duceretur. --- Vnde nuptiarum nomen ductum est. Nubere enim & obnubere priscis velare & operire significabat, vt Festus Pompeius non vno loco, Nonius Marcellus & alii complures notant.

(g) Optat. lib. VI. p. 97. (p. 116. edit. Paris. MDCLXXIX.)

(h) Ibid. (p. 117. cit. edit.)

(i) Hier. epist. XLVIII. ad Sabinian. cap. III. (p. 235. d. edit. Paris. MDCXLIII.) Moris est in Aegypti & Syriæ monasteriis, vt tam virgo quam vidua, quæ se Deo vouerint & sæculo renuntiantes, omnes delicias sæculi conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum, non intecto postea contra apostoli voluntatem incessuræ capite, sed ligato pariter ac velato.

§. VI.

§. VI.

Coronatio nouorum coniugum.

SACRO officio & benedictione finita, quum noui coniuges in eo essent, vt discederent, moris erat eos coronis & sertis, victoriæ symbolis, redimire. Iam enim iudicabantur strenue adhuc contra omnem impudicitiam decertasse, & propterea tamquam victores in nuptiis suis coronabantur. CHRYSOSTOMVS [*k*] huius cærimoniæ meminit, & hæc de ea habet: *Idcirco coronæ imponuntur capiti, vt victoriæ signa sint: quod scilicet antea libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur, quia scilicet a voluptate superati non sunt.* Vt adeo hæc cærimonia vsurpata sit, tamquam signum honoris & nota strenuitatis ac fortitudinis, ad remunerandam virtutem eorum & ponendum discrimen inter ipsos & eos, qui sese fornicationi & impuritati antea addixissent. *Nam si quis* (subiicit CHRYSOSTOMVS) *libidine superatus se ipsum scortis addixerit: cuius iam rei gratia coronatus incedat, qui tam fœdæ libidini colla subdiderit?* Quod videtur innuere, scortatoribus hunc honorem denegatum esse, vbi matrimonium inierint, partemque pœnæ eorum fuisse inter alios actus disciplinæ in ecclesia. Et ob eamdem rationem hæc cærimonia numquam vel raro in secundis ac tertiis nuptiis vsurpata est, quia licet illæ non absolute damnarentur tamquam illicitæ, tamen non ita honorificæ habebantur, vti quidem primæ. Ad cærimoniam generatim quod attinet, IOANNES SELDENVS [*l*] eam GREGORIO NYSSENO, BASILIO SELEVCIENSI & PALLADIO memorari obseruat. Et SIDONIVS APOLLINARIS semel atque iterum eius meminit, qui loquens de nuptiis *Ricimeri* earumque describens pompam, ait:

(*k*) Chrysost. homil IX. in 1 Timoth. p. 3567. (p. 461. edit. Frf.) *διὰ τοῦτο στέφανοι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τῆς νίκης, ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι, οὕτω προσέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· εἰ δὲ ἁλοὺς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πόρναις ἑαυτὸν ἐκδῷ, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν καὶ στέφανον ἔχει τῆς κεφαλῆς ἡττημένος;*

(*l*) Selden. vxor. hebr. lib. II. c. XXIV. p. 245. (p. 174. edit. Francof.) De corona orientalium nuptiali ex Gregorio Nysseno, Basilio Seleuciensi, Palladii historia Lausiaca, alia notarunt pridem viri docti, Paulus Sherlogus in cantic. vestigat. XXVII. §. XVI. &c.

Iam

Iam quidem virgo tradita est, iam corona [m] sponsus honoratur. Et iterum in panegyrico suo ad *Anthemium* imperatorem, verba faciens de iisdem nuptiis *Ricimeri*, qui filiam imperatoris duxerat, poëtico numero & modo ad *Ricimerum* ita loquitur [n]:

Hos thalamos, Ricimer, virtus tibi pronuba poscit,
Atque Dionæam dat Martia laurea myrtum.

Quo ipso ad diuersas consuetudines coronandi heroas bellicos laurea, & sponsos myrto, adludit. Erat quidem hæc vetusta cærimonia, in gentilium nuptiis vsitata; quemadmodum ex TERTVLLIANO [o] discimus, qui, *Coronant*, inquit, *& nuptiæ sponsos: Et ideo non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriam vsque deducant, a qua apud illos nuptiæ incipiunt.* At vero cærimonia ista per se innocens erat, neque adeo christiani vmquam dubitabant eam inter ritus nuptiales suos adoptare, quia significantissima erat cærimonia, partium matrimonio iunctarum declarans innocentiam. Vnde adhuc inter *Græcos* obtinet, quemadmodum ex NICAETA episcopo *Heracleæ* [p], recentiore scriptore *Græco*, METROPHANE CRITOPVLO [q] & ex THOMAE SMITHI *epistola de Græcæ ecclesiæ hodierno statu* [r] condiscimus. Memoratur

(m) Sidon. lib. I. epist. V. p. 29.

(n) Id. carm. II. ad Anthem. vers. 503.

(o) Tertull. de coron. milit. c. XIII.

(p) Nicet. respons. ap. Leunclauium iur. Græc. Rom. tom. I. p. 310. ἡ μὲν ἀκρίβεια τὰς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν, ἡ δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτίθησι. κ. τ. λ. *Exacta quidem disciplina bigamos coronare non nouit: magnæ autem ecclesiæ consuetudo hæc non obseruat, sed bigamis etiam sponsalitias coronas imponit.*

(q) Critopul. confess. fid. c. XII. εἶτ᾽ ἀλλήλων τὰς δεξιὰς συνάψας, ἐπιτίθησι ταῖς ἐκείνων κεφαλαῖς στεφάνους ἐξ ἀειθαλοῦς φυτοῦ. *Mox dexteris inter se iunctis coronas e plantis perpetuo virentibus, ipsorum* (sponsorum) *capitibus imponit* (presbyter).

(r) Smiths *Account* &c. p. 189. Pag. 129. edit. latin. Traiect. ad Rhen. MDCXCVIII. Coronarum in nuptiis celebrandis adhuc constantissimus est vsus, quorum symbola, ne dicam complementum, habentur; vnde στεφάνωμα pro nuptiis frequentissime occurrit, & στέφεσθαι & στεφανοῦσθαι idem ac γαμεῖσθαι. Coronæ autem ex oleaginis ramusculis constant, quos setæ candidæ purpureis intextæ circumdant. Altera viri caput tegens, sacerdos pronuntiat, στέφεται δοῦλος τοῦ θεοῦ, ὁ δεῖνα τὴν δούλην τοῦ θεοῦ, τήν δε, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Coronatur, hoc est, in*

etiam

etiam cum approbatione PETRO MARTYRI [s], aliisque protestantibus scriptoribus, qui eam tamquam laudabilem cærimoniam commendant, ob rationem datam a CHRYSOSTOMO. Et inter *Heluetios* ille mos adhuc custoditur, quomodo in notis suis in liturgiam *Tigurinam* obseruat WERNDLIVS [t]. Sed ad antiquam reuertimur ecclesiam.

§. VII.

Deductio nouæ nuptæ in domum viri, quatenus necessaria fuerit in quibusdam casibus legis.

ALIA erat consuetudo, quæ non tam religiosis cærimoniis accensenda est, quam memoranda in pompa nuptiali. Neque ego hoc loco eius facerem mentionem, nisi requisita esset tamquam necessaria in quibusdam casibus legis. Hæc est deductio vxoris in domum mariti, vnde phrasis, *ducere vxorem* tam communiter adhibetur a parte viri, pro vxorem sibi adiungere; quam *nubere* mulieribus tribuitur, pro viro iungi, ob ritum velandi sponsam, in nuptiis vsitatum, vti antea obseruatum est. Sed huius rei non ideo tantum memini, sed quia in quibusdam casibus conditio erat, simpliciter requisita in lege, antequam vir priuilegia quædam, ad matrimonium pertinentia, sibi vindicare posset. Quemadmodum ex lege quadam VALENTIS imperatoris [u] de tironibus militibus apparet. Reparando exercitui *Valens* incumbens, vt tirones eo

vxorem ducit seruus Dei N. seruam Dei N. in nomine patris & filii & spiritus sancti; altera feminam coronat, eadem formula, mutatis mutandis, vtens, στέφεται ἡ δέλη τε̃ Θεε̃ τὸν δεῖνα &c. hoc est, *serua Dei coronatur*, id est, *nubit*, &c.

(s) Petr. Martyr. loc. commun. lib. II. cap. X. §. XXII. (tom. I. opp. p. 521. e. edit. Basil MDLXXX.) Obiter annotabo, quid eo loco de nuptialibus coronis tradat: (Chrysostomus homil. IX. in 1 Timoth.) Nam etiam tum coronis vtebantur in nuptiis: *Quid*, inquit, *vult corona? vt ostendant se coniuges, vsque ad id tempus victores fuisse cupiditatum: quod si fuisti adulter aut scortator, quomodo coronam gestas?*

(t) Werndly's *Notes on the* Tigurine *Liturgy* p. 152.

(u) Cod. Theod. lib. VII. tit. XIII. de tironibus leg. VI. Si oblatus iunior fuerit, qui censibus tenetur insertus, ex eo tempore, quo militiæ sacramenta susceperit, proprii census caput excuset, ac si quinquennii tempus fide obsequii deuotione compleuerit, vxoriam quoque capitationem merito laborum præstet immunem: ea scilicet seruanda ratione, vt quam sibi vxorem copula-

maiore cum alacritate a prouincialibus offerrentur, eorum quemlibet, simul atque militiæ sacramenta suscepisset, immunem fieri iussit a capitatione siue censu: Neque id tantum, sed post quinquennii etiam militiam vxorem quoque eius immunem reddi, si quidem eam non adfectu solum sibi copulasset, verum etiam domum suam traduxisset. Si enim in priori domicilio eam dereliquisset, probare illam dicit non posse, se eius esse vxorem, adeoque census sarcinam sustinere debere. IVSTINIANVS [x] legem promulgauit eiusdem argumenti pro aliis casibus: *Si quis nuptiarum fecerit mentionem in qualicumque pacto, quod ad dandum vel faciendum concipitur, & siue nuptiarum tempus dixerit, siue nuptias nominauerit: non aliter conditionem intelligi esse adimplendam, nisi ipsa nuptiarum festiuitas* (quæ hanc cærimoniam ducendi vxorem domum viri comprehendebat) *accedat.* Vt adeo hisce in casibus hæc cærimonia ob certas rationes necessaria fuerit, tametsi alias matrimonium sine ea completum esset. Verumtamen quum antiqua esset consuetudo, pompa nuptialis imperfecta habebatur, vsque dum hæc cærimonia vsurparetur: quemadmodum ex illo SIDONII [y] loco colligi licet, vbi *Nondum*, inquit, *cuncta thalamorum pompa defremuit, quia nec dum ad mariti domum noua nupta migrauit.*

§. VIII.

Quatenus pompa nuptialis permissa vel non permissa fuerit ab antiquis patribus.

HAEC innocens pompæ nuptialis pars erat, quæ sæpe inter festiuas confluentis multitudinis acclamationes peragi solebat. Neque iniuria credebatur, modestum habere epithalamium, siue carmen nuptiale, vel conuiuium occasioni isti accommodum. Fescennina autem siue impudica carmina, quæ nonnumquam sub notione pompæ nuptialis adhibebantur, & scurrilitas atque obscenitas histrionum ac mimorum, ex theatro arcessita, vna cum nocturnis perpotationibus ac saltationibus, quas nonnulli innocentem nuptialem lætitiam atque ob-

verit adfectu & in priore lare derelictam memorarit, improbata (leg. improbatam) census sarcina sustineat.

(x) Cod. Iustin. lib. V. tit. IV. de nuptiis. leg. XXIV.

(y) Sidon. lib. I. ep. V.

oblectationem vocant, in magnis ponebantur vitiis; & consequenter proscribebantur & damnabantur in quibusdam canonibus, & grauissimis verbis reprehendebantur a patribus, tamquam res, nuptiarum christianarum modestiam ac grauitatem minime decentes. Concilium *Laodicenum* [z] ait: *Non oportet christianos ad nuptias venientes* βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, *ballare vel saltare, sed modeste cœnare, vt decet christianos.* Nonnulli vocabulum βαλλίζειν reddunt *cymbala pulsare & ad eorum sonum saltare.* Ita SVIDAS [*a*] & ZONARAS [*b*]. Sed vero vocabulum aliquid amplius denotat, nimirum lasciua & impudica ratione manus iactare. Et hoc sensu idonea ratio id prohibendi esse poterat: quum contra nuda musica & saltatio sine immodestis & ridiculis gesticulationibus vix crimen esse videatur dignum, quod canon aliquis prohibeat. Et si ex acerba CHRYSOSTOMI inuectiua in hanc & alias res leues ac nugatorias, in nuptiis commissas, iudicare nobis licet, nonnulla præter communem modum ibi facta sint oportet. Loquens enim de nuptiis *Isaac* cum *Rebecca*, *Heic considera, oro*, inquit [*c*], *quomodo nusquam diabolica pompa, nusquam cymbala & tibiæ, & choreæ & satanica illa conuiuia, & scommata omni obscenitate plena, sed omnis honestas, omnis sapientia, omnis modestia. Intrauit autem Isaac*, inquit, *in domum matris suæ, & accepit Rebeccam, & fuit ei vxor, & dilexit eam, & consolationem accepit super Sarra matre sua. Hunc imitentur mulieres, hunc æmulentur viri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic oro,*

(z) Concil. Laodic. c. LIII. Ὅτι οὐ δεῖ χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν ἢ ἀριστᾶν, ὡς πρέπει χριστιανοῖς.

(*a*) Suid. voce βαλλίζειν. Βαλλίζειν, τὸ κύμβαλα κλυπεῖν καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι.

(*b*) Zonar. in can. LIII. Laodic. βαλλίζειν ἐστὶ, τὸ κύμβαλα κλυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι.

(*c*) Chrysost. homil. XLVIII. in genes. p. 680. (p. 549. edit. Frf.) ἐνταῦθα σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, πῶς οὐδαμοῦ πομπὴ διαβολικὴ, οὐδαμοῦ κύμβαλα καὶ αὐλοὶ καὶ χορεῖαι, καὶ τὰ σατανικὰ ἐκεῖνα συμπόσια, καὶ αἱ λοιδορίαι, αἱ πάσης ἀσχημοσύνης γέμουσαι, ἀλλὰ πᾶσα σεμνότης, πᾶσα σοφία, πᾶσα ἐπιείκεια· εἰσῆλθε δέ, φησιν, Ισαὰκ εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρὸς αὐτοῦ καὶ ἔλαβε τὴν Ρεβέκκαν, καὶ ἐγένετο αὐτῷ γυνὴ, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν καὶ παρεκλήθη Ισαὰκ περὶ Σάῤῥας τῆς μητρὸς αὐτοῦ· ταύτην μιμείσθωσαν αἱ γυναῖκες· τοῦτον ζηλούτωσαν ἄνδρες· οὕτω τὰς νύμφας ἀγαγέσθαι σπουδαζέτωσαν· τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ

ſtatim ab initio ſordibus impleri ſinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempeſtiua illa pompa? Neſcis, quomodo adoleſcentia per ſe in malum propenſa? Cur honeſta nuptiarum myſteria inuulgas. Oportet omnia hæc depellere & verecundiam principio docere puellam. Sic iterum de nuptiis diſſerens *Iacobi* & *Leæ* [d], *Vidiſti*, inquit, *quanta olim honeſtate nuptias egerint! Audite, qui ſatanicas pompas admiramini & ſtatim ab initio nuptiarum honeſtatem dedecore adſicitis. Num tunc tybiæ? num tunc cymbala? num tunc choreæ diabolicæ? Quare enim, dic mihi, tantum ſtatim ab initio damnum inducis in domum tuam, & eos, qui in ſcenis & orcheſtris operam locant, vocas, vt cum intempeſtiuo ſumtu virginis lædas continentiam, & iuuenem impudentiorem facias. Satis enim arduum erat, abſque illis ſomitibus illam ætatem poſſe ferre moderate tempeſtatem adſectionum: quum autem & hæc accedunt, tam quæ videntur, quam quæ audiuntur, maiuſque accenditur incendium & fornax concupiſcentiarum magis inflammatur, quomodo non peſſum it adoleſcentis anima?* Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, non fuiſſe pudicum & ſobrium conuiuium in nuptiis, nec nudam muſicam & ſaltationem, nec modeſtum carmen nuptiale, in quod patres tam vehementer declamant, tamquam pompas ſatanicas: ſed fuiſſe obſcena & impudica cantica, perpotationes & laſciuas mimorum & ludionum actiones, ex ſcena arceſſitas, vna cum immodeſtis ſaltationibus, aliiſque ineptiis ad corrumpendas per viſum atque auditum inueniles mentes ſpectantibus, quas contra meritiſſimo iure inuehitur, vtpote chriſtia-

προοιμίων κηλίδων πληρῶσαι συγχωρεῖς τῆς κόρης τὰς ἀκοὰς διὰ τῶν αἰσχρῶν ᾀσμάτων, διὰ τῆς ἀκαίρου πόμπης ἐκείνης; οὐκ οἶδα, ὅπως ἡ νεότης εὔκολος πρὸς ὄλισθον; τί τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου ἐκπομπεύεις μυστήρια; δέον ἅπαντα ταῦτα ἀπελαύνειν, καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ προοιμίων ἐκπαιδεύειν τὴν κόρην.

(d) Id. homil. LVI. in geneſ. p. 743. (p. 605. edit. Frf.) *εἶδες τὸ παλαιὸν, μεθ' ὅσης σεμνότητος τοὺς γάμους ἐπετέλουν· ἀκούσατε οἱ περὶ τὰς σατανικὰς πομπὰς ἐπτοημένοι, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων τὰ σεμνὰ τοῦ γάμου καταισχύνοντες· μήπου αὐλοί; μήπου κύμβαλα; μήπου χορεῖαι σατανικαί; τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, τοσαύτην λύμην εὐθέως ἐπεισάγεις εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς ὀρχήσεως καλεῖς; ἵνα μετὰ τῆς ἀκαίρου δαπάνης καὶ τὴν τῆς κόρης λυμήνῃ σωφροσύνην, καὶ τὸν νέον ἀναισχυντότερον ἐργάσῃ; ἀγαπητὸν γὰρ καὶ ἄνευ τούτων τῶν ὑπεκκαυμάτων, ἐκείνην τὴν ἡλικίαν δυνηθῆναι πράως ἐνεγκεῖν τὴν χειμῶνα τῶν παθῶν· ὅταν δὲ καὶ τοσαῦτα ᾖ τὰ διὰ τῆς ὄψεως, καὶ διὰ τῆς ἀκοῆς δαψιλεστέραν ἀνάπτοντα τὴν πυρὰν, καὶ τὴν κάμινον τῶν παθῶν φλογωδεστέραν ἐργαζόμενα, πῶς οὐχὶ ὑποβρύχιος ἡ τοῦ νέου ψυχὴ γενήσεται;*

norum

norum modeſtiam ac ſobrietatem minime decentes. Aliam quamcumque innocentem pompam vel lætitiam libenter & facile concedebant, denegantes ſolum eas, quæ leuitatem vel impudicitiam, vel intemperantiam ſapiebant, natura ſua, perinde ac praua ſodalitia, ad corrumpendum bonos mores tendentes. Atque ita ritus & cærimonias, in contrahendis ac celebrandis nuptiis apud veteres chriſtianos vſitatas, ſpectauimus. Vnum tantum reſtat, ad matrimonium pertinens, nimirum vt oſtendamus, quomodo vinculum matrimonii potuerit rumpi ac diſſolui per diuortium, & quæ iuſtæ atque idoneæ cauſſæ diuortii creditæ ſint. De quo, quum ſit res alicuius momenti, peculiari capite diſtincte diſſeremus.

LIBRI VICESIMI SECVNDI

CAPVT QVINTVM

DE DIVORTIIS, QVATENVS EA PERMISSA VEL NON PERMISSA FVERINT IN ANTIQVA ECCLESIA.

§. I.

Veterum de ſenſu fornicationis diuiſa & diſcors opinio; dum quidam eam accipiunt tantum pro carnali fornicatione, & hanc vnam ſolam iuſtam diuortii cauſſam faciunt.

VETERES non omnino vnum atque idem ſentiebant de hac quæſtione. Scriptores eccleſiaſtici ipſi inter ſe diſcordabant, & leges reipublicæ diſcrepabant ab vtriſque. Noſtrum igitur eſt differentiam harum opinionum explanare & diuerſas conſuetudines, quæ ad vtraſque pertinere deprehenduntur. Scriptores eccleſiaſtici maximam partem in vna re conſentiunt, Quod nulla iuſta diuortii cauſſa a *CHRISTO* permiſſa ſit præter fornicationem. Tum autem de notione fornicationis inter ſe diſſident. Nonnulli obuio & vulgari ſenſu pro carnali tantum fornicatione accipiunt; alii ſignificationem eius eo extendunt, vt ſpiritualem ſimul includat fornicationem, hoc eſt idololatriam & apoſtaſiam, ſiue defectionem a Deo, quam non minus legitimam cauſſam diuortii eſſe exiſtimant,

quam alteram illam. Et pauci quidam omnia reliqua peccata, fornicationi æqualia, ſub hac fornicationis notione comprehendi putant, atque ita ea quoque idoneas diuortii cauſſas faciunt. Qui fornicationem ſiue adulterium proprio & natiuo ſuo ſenſu accipi credunt, legitimi diuortii negotium ad hanc ſolam cauſſam referunt. CLEMENS ALEXANDRINVS generatim loquitur contra diuortia [a], vt tunc temporis permiſſa atque facta auctoritate legum *Romanarum*, quæ ea neceſſaria faciunt ob adulterium, & talia, vt defendi poſſint ad minimum in quibuſdam aliis caſibus. TERTVLLIANVS autem clarius loquitur, *Præter ex cauſſa adulterii*, inquiens [b], *nec creator disiungit, quod ſcilicet ipſe coniunxit.* Ita multis in locis CHRYSOSTOMVS: *CHRISTVS* [c] *reliquit viro vnum expulſionis modum, dicendo, excepta cauſſa fornicationis.* Idem [d], *CHRISTVS omnem malitiam vxoris ferendam eſſe admonuit, præter crimen fornicationis. Apoſtolis*, inquit rurſus [e], *onerosum ac durum valde videbatur, omni nequitia plenam mulierem retinere, & tam atrocem beluam in penetralibus domus ſæuientem fouere.* Et ipſe tamen illis dixit *Matth. XIX, 9. Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſſa fornicationis, & aliam duxerit, mæchatur.* Et hoc in aliis locis [f] repetit. LA-

(a) Clem. ſtrom. II. cap. XXIII. p. 506. *ὅτι δὲ γαμεῖν ἡ γραφὴ συμβουλεύει, οὐδὲ ἀφίστασθαι ποτε τῆς συζυγίας ἐπιτρέπει, ἄντικρυς νομοθετεῖ· οὐκ ἀπολύσεις γυναῖκα, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ λόγῳ πορνείας· μοιχείαν δὲ ἡγεῖται, τὸ ἐπιγῆμαι ζῶντος θατέρου τῶν κεχωρισμένων. Quod autem conſulit ſcriptura vxorem ducere & nec a coniugio vmquam permittit diſcedere, legem aperte conſtituit:* Non dimittes vxorem, præterquam propter fornicationem. *Adulterium autem exſtimat, coniungi matrimonio, dum viuit alter ex ſeparatis.*

(b) Tertull. contr. Marc. lib. IV. c. XXXIV.

(c) Chryſoſt. homil. XVII. in Matth. p. 177. (p. 215. ſub fin. edit. Francof.) *καὶ γὰρ καὶ τούτῳ καταλιμπάνει τρόπον ἕνα ἀφέσεως, εἰπὼν, παρεκτὸς λόγου πορνείας.*

(d) Id. homil. I. de decem millium debitore. tom. V. p. 8. (p. 8. edit. Francof.) *χριστοῦ πᾶσαν κακίαν γυναικὸς παραινοῦντος φέρειν πλὴν πορνείας μόνης.*

(e) Id. homil. LXIII. in Matth. p. 552. (p. 675. edit. Frf.) *καὶ γὰρ σφόδρα ἐπαχθὲς εἶναι ἐδόκει τὸ γυναῖκα πάσης κακίας γέμουσαν ἔχειν, καὶ ἀνέχεσθαι ἀνημέρου θηρίου διὰ παντὸς ἔνδον συγκεκλεισμένου. κ. τ. λ.*

(f) Id. de virginit. c. XXVIII. tom. IV. p. 339. (p. 297. edit. Frf.) *οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι πρότερον φορτικὸν εἶναι καὶ ἐπαχθῆ τὸν γάμον ἐνόμισαν· ἀλλ᾽ ὅτε ἤκουσαν τοῦ κυρίου εἰς ταύτην αὐτοὺς κατακλείοντος τὴν ἀνάγκην, εἰς ἣν καὶ τοὺς Κορινθίους ὁ Παῦλος τότε· τὸ γὰρ ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας,*

CTAN-

CTANTIVS in eadem opinione videtur fuisse. Ait enim [g], *Deus præcepit non dimitti vxorem, nisi crimine adulterii deuictam: & numquam coniugalis federis vinculum, nisi ruperit,* (nimirum perfi-

ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι· καὶ τὸ, ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ῥήμασι μὲν ἑτέροις, γνώμῃ δὲ εἴρηται τῇ αὐτῇ· εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμάθοι τὸ τοῦ Παύλου, μᾶλλον ἐπιτείνει τὴν τυραννίδα, καὶ φορτικώτερον ἐργάζεται τὴν δουλείαν· ὁ μὲν γὰρ κύριος οὐκ ἀφίησι κύριον εἶναι τοῦ τῆς οἰκίας ἐκβαλεῖν· ὁ δὲ Παῦλος καὶ τὴν τοῦ οἰκείου σώματος ἐξουσίαν παραιρεῖται, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τῇ γυναικὶ παραδιδοὺς, καὶ ἀργυρωνήτου μᾶλλον ὑποτάξας οἰκέτου· τούτῳ γὰρ μὲν ἔξεστι πολλάκις καὶ παντελοῦς ἐλευθερίας τυχεῖν, εἰ δυνηθείη ποτὲ εὐπορήσας ἀργυρίου καταθεῖναι τὴν τιμὴν τῷ δεσπότῃ· ὁ δὲ ἀνὴρ κᾂν τὴν ἁπάντων ἀργαλεωτέραν ἔχῃ γυναῖκα, στέργειν ἀναγκάζεται τῇ δουλείᾳ, καὶ λύσιν οὐδεμίαν οὐδὲ διέξοδον ταύτης δύναται τῆς δεσποτείας εὑρεῖν. *Nam nec ii (discipuli) graue ac molestum esse matrimonium prius arbitrati sunt, quam a domino se in eam necessitatem conclusos, in quam & a Paulo tum Corinthii, viderint. Illud enim,* Qui vxorem suam repudiat, præterquam adulterii nomine, in caussa est vt adulteret: *& hoc,* Vir sui corporis dominus non est, *dissimilibus verbis, sed eodem sensu concepta sunt. Quin si quis hoc Pauli accuratius animaduertat, tyrannidem auget magis, tristioremque seruitutem reddit. Nam dominus ei liberum non permittit, eam domo exigere. Paulus ei etiam sui corporis dominio excepto, omne eius ius in vxorem confert, eique eum emtitio famulo grauius subiicit; huic enim licet interdum solidam libertatem adipisci, si quidem possit aliquando auctus pecunia hero pretium numerare: at vir, quamuis omnium difficillimam vxorem nactus sit, seruitutem ferre cogitur, nec qua eo dominatu se absoluat atque eluctetur, inire viam potest.*

Id. homil. LIII. In eos qui cum iudæis ieiunant. tom. V. pag. 720. (homil. LVI. p. 644.) Εἴ τις γάρ, φησιν, ἔχει γυναῖκα ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν· ἂν δὲ πόρνην καὶ μοιχαλίδα, οὐ κωλύεται ἐκβάλλειν· Ὃς γὰρ ἄν, φησιν, ἀπολύει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· ὥστε ἐπὶ λόγου πορνείας ἔξεστιν ἀπολύειν· εἶδες φιλανθρωπίαν θεοῦ καὶ κηδεμονίαν· ἂν ἑλληνὶς ᾖ, φησιν, ἡ γυνή, μὴ ἐκβάλλῃς· ἂν δὲ πόρνη, οὐ κωλύω τοῦτο ποιῆσαι, ἂν εἰς ἐμέ, φησιν, ἀσεβήσῃ, μὴ ἐκβάλλῃς· ἂν δὲ εἰς σὲ ὑβρίσῃ, οὐδεὶς ὁ κωλύων ἐκβάλλειν. *Si quis infidelem habeat vxorem, hoc est gentilem, eiicere illam minime cogitur,* Si quis enim, *inquit,* vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: *Si vero meretricem & adulteram, eiicere minime prohibetur.* Quisquis enim, *inquit,* dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari. *Itaque fornicationis ob caussam licet dimittere. Vides benignitatem Dei ac sollicitudinem. Si gentilis sit, inquit, vxor, ne eiicias: sin meretrix, id facere non prohibeo. Si in me, inquit, impia fuerit, ne eiicias: si te iniuria adfecerit, nemo prohibet, quo minus eiicias.*

(g) Lactant. epit. diuin. instit. c. VIII.

dia

dia in pactum ſponſalitium) *reſoluatur.* Idem dicit BASILIVS [*h*], *Domini dictum*, inquiens, *ſecundum ſententiæ conſequentiam, ex æquo & viris & mulieribus conuenit: quod non liceat a matrimonio diſcedere, præterquam propter fornicationem.* Similiter ASTERIVS epiſcopus *Amaſeæ* [*i*]: *Quod Deus coniunxit, homo ne ſeparet. Sane quidem hæc Phariſæis tunc dicta fuere: verum nunc quoque vos horum inſtitores, audite, qui ceu veſtes, ſubinde vxores mutatis; qui thalamos tam ſæpe ac facile, atque nundinarum tabernulas ſtruitis: qui dotem ac bona ducitis; coniugeſque ad quæſtum ac negotiationem habetis; qui leui ſtatim offenſione repudii libellum conſcribitis; qui in viuis adhuc agentes viduas plures relinquitis; hoc vero ratum atque omnino perſuaſum habete, exceptis morte atque adulterio, nulla eſt cauſſa, matrimonium dirimi.* In eamdem ſententiam præceptum *CHRISTI* interpretatur HIERONYMVS [*k*]. *Præcepit Dominus*, inquit, *vxorem non debere dimitti, excepta cauſſa fornicationis, & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quidquid viris iubetur, hoc conſequenter redundat in feminas. Neque enim adultera vxor dimittenda eſt, & vir mœchus retinendus. Si quis meretrici iungitur, vnum corpus facit: ergo & quæ ſcortatori impuroque ſociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti: Aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur; & ſolo ſtupro atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria & ancillulas libido permittitur; quaſi culpam dignitas faciat, non voluntas: apud nos, quod*

(*h*) Baſil. can. IX. ἡ δὲ τῦ κυρίυ ἀπόφασις μετὰ μὲν τὴν τῆς ἐννοίας ἀκολυθίαν, ἐξ ἴσυ καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τῦ μὴ ἐξεῖναι γάμυ ἐξίςασθαι, παρεκτὸς λόγυ μοιχείας.
Vid. homil. VII. in hexaëmeron. p. 81. κἂν τραχὺς ᾖ, κἂν ἄγριος τὸ ἦθος ὁ σύνοικος, ἀνάγκη φέρειν τὴν ὁμόζυγα, καὶ ἐκ μηδεμιᾶς προφάσεως καταδέχεσθαι τὴν ἕνωσιν διασπᾶν. *Siue aſper eſt cuiuſpiam coniux, ſiue ferus moribus, perferat illum vxor neceſſe eſt: nec vllam prorſus ob cauſſam ſocietatem vinculumque diſſoluere patiatur.*

(*i*) Aſter. homil. V. ap. Combefiſ. bibl. patr. auct. nou. tom. I. p. 82. ὁ συνέζευξεν ὁ θεὸς, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, ἐλέχθη μὲν ταῦτα τοῖς Φαρισαίοις τότε, ἀκύσατε δὲ νῦν οἱ τύτων κάπηλοι, καὶ τὰς γυναῖκας ὡς ἱμάτια εὐκόλως μετενδυόμενοι· οἱ τὰς παςάδας πολλάκις καὶ ῥᾳδίως πηγνύντες, ὡς πανηγύρεως ἐργαςήρια· οἱ τὰς εὐπορίας γαμῦντες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐμπορευόμενοι· οἱ μικρὸν παροξυνόμενοι, καὶ εὐθὺς τὸ βιβλίον τῆς διαιρέσεως γράφοντες· οἱ πολλὰς χήρας ἐν τῷ ζῆν ἔτι καταλιμπάνοντες· πείσθητε, ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοιχείᾳ διακόπτεται.

(*k*) Hieron. epiſt. XXX. in epitaph. Fabiolæ. cap. I.

non

non licet feminis, æque non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. Et alio loco [*]: *Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat adfectum. Vbicumque igitur est fornicatio & fornicationis suspicio, libere vxor dimittitur.* Atque hæc etiam opinio fuit AMBROSII.

§. II.

Alii vocabulum illud eo accipiunt, vt comprehendat simul spiritualem fornicationem, hoc est idololatriam & apostasiam siue defectionem a Deo, & id genus crimina alia.

AVGVSTINVS autem & alii quidam in ea sunt opinione, fornicationem siue adulterium, quod seruator noster vnam solam caussam repudii facit, sensu paullo latiore intelligendam esse, ita quidem, vt non solum carnalem fornicationem denotet, sed spiritualem etiam fornicationem, hoc est, idololatriam & apostasiam siue defectionem a Deo, & id genus crimina alia omnia includat. Patres concilii quarti *Toletani* certe in ea fuerunt sententia. Decretum enim ab illis factum legitur verbis sequentibus [*l*]: *Iudæi, qui christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, vt, si cum eis permanere cupiunt, christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur, quia non potest infidelis in eius coniunctione permanere, quæ iam in christianam translata est fidem.* Et AVGVSTINVM aliquando hanc fouisse opinionem manifestum est. Nam in expositione sermonis domini in monte [*m*] ait: *Idololatria, quam sequuntur infideles, & qualibet noxia superstitio fornicatio est; Dominus autem permisit caussa fornicationis vxorem dimitti.* Vnde porro argumentatur: *Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse.* Et hinc ita concludit: *Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare? si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias, non tantum, quæ in stupris cum alienis viris aut feminis committuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male vtentem a lege Dei aberrare faciunt,*

(*) Id. commentar. in Matth. XIX.
(*l*) Concil. Tolet. IV. can. LXII.
(*m*) Augustin. de serm. dom. in monte lib. I. c. XVI.

unt, & perniciose turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & vir vxorem dimittere & vxor virum, quia exceptam facit Dominus caussam fornicationis: Quam fornicationem generalem & vniuersalem intelligere cogimur. Eamdem notionem AVGVSTINVS in multis locis [*n*] tuetur. Verum in *retractationibus* [*o*] de hac re magis dubie loquitur, *De præcepto*, inquiens, *quo prohibetur vxor non dimitti nisi propter fornicationem, scrupulosissime disputaui. Sed quam velit dominus intelligi fornicationem, propter quam liceat dimittere vxorem, vtrum eam, quæ damnatur in stupris, an illam, de qua dicitur: Perdidisti omnem, qui fornicatur abs te, in qua vtique & ista est: neque enim non fornicatur a domino, qui tollens membra Christi, facit ea membra meretricis: etiam atque etiam cogitandum est atque requirendum. Neque volo in re tanta tamque ad dignoscendum difficili putare lectorem, istam sibi nostram disputationem debere sufficere: sed legat & alia, siue nostra, quæ postea scripta sunt, siue aliorum melius considerata atque tractata: vel ipse, si potest, ea quæ heic merito mouere possunt, vigilantiore atque intelligentiore mente discutiat. Non quia omne peccatum fornicatio est, neque enim omne peccatum Deus perdit, qui quotidie sanctos suos exaudit, dicentes: Dimitte nobis debita nostra: quum perdat omnem, qui fornicatur ab eo. Sed quatenus intelligenda atque limitanda sit hæc fornicatio, & vtrum etiam propter hanc liceat dimit-*

(*n*) Augnst. de adulterinis coniugiis lib. I. c. XVIII. tom. VI. p. 848. edit. Basil. MDLXIX. Sic recedere ab infidelibus vxoribus vel maritis, fideles viri vel feminæ non prohibentur a domino, (1 Cor. VII.) vt neque iubeantur. Nam si dimittere tales coniuges iuberentur, nullus esset locus consilio apostoli, ne hoc fieret, cetera.
Id. epist. LXXXIX. ad Hilar. in respons. ad quæst. IV. (tom. III. p. 409. edit. Basil. MDLXIX.) In iis, quæ dimittenda mandauit (Christus Matth. XIX.) etiam vxor commemorata est, quam nullis humanis legibus licet vendere, Christi autem legibus nec dimittere, excepta caussa fornicationis. Quid sibi ergo volunt ista præcepta? Non enim possunt inter se contraria, nisi quia occurrit aliquando necessitatis articulus, vbi aut vxor dimittatur, aut Christus; vt alia omittam, si ipsi vxori maritus displicuerit christianus, eique proposuerit aut a se diuortium, aut a Christo. Hic ille quid eligat, nisi Christum, & dimittat vxorem laudabiliter propter Christum: ambobus quippe christianis dominus præcepit, ne quisquam dimittat vxorem, excepta caussa fornicationis, cetera. Vid. de fide & oper. c. XVI. (tom. IV. p. 72. 73. edit. Basil.)
(*o*) Augustin. retract. lib. I. c. XIX.

tere

tere vxorem, latebrosissima quaestio est. Licere tamen propter istam, quae in stupris committitur, nulla quaestio est. Et vti dixi, permissum esse, non iussum, non attendi aliam scripturam dicentem: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Ex quibus apparet, non fuisse eam communem ecclesiae doctrinam: Et tamen ante AVGVSTINVM quaedam eius vestigia visuntur. Nam HERMES PASTOR [p] eodem sensu fornicatorem intelligit: *Non solum moechatio est illis*, inquit, *qui carnem suam coinquinant: Sed & is, qui simulacrum facit, moechatur. Quod si in his factis perseuerat & poenitentiam non agit, recede ab illa, & noli conuiuere cum illa; alioquin & tu particeps eris peccati eius.* ORIGENES [q] etiam viris doctis [r] generatim huius opinionis adsertor creditur, quod, si femina alia crimina fecerit, grauitate fornicationi paria, vel ea etiam maiora; exempli gratia, si venefica inuenta sit, aut interfectrix communis infantis nati, aut in quocumque simili scelere; propter talia facinora legitime dimitti possit. Verum haec testimonia pondere non adaequant priora illa, adeoque hanc privatam duntaxat opinionem in ecclesia per tria priora saecula fuisse, existimo.

(p) Herm. Past. lib. II. mandat. IV.

(q) Orig. homil. VII. in Matth. (p. 43. c. edit. Paris. MDCIV.) Quaerendum est autem, si propter solam caussam fornicationis dimittere iubet vxorem, quid sit, si mulier non quidem fuerit fornicata, sed aliud quid grauius fecerit, vtputa venefica inueniatur, aut interfectrix communis infantis nati, aut in quocumque homicidio: aut exportans domum & male dispergens substantiam viri, aut furta viro faciens, si iuste huiusmodi mulier dimittatur, quum dominus excepta caussa fornicationis dimittere vetet? Ex vtraque enim parte aliquid inhonestum videtur: nescio autem, si vere inhonestum. Talia enim mulieris sustinere peccata, quae peiora sunt adulteriis & fornicationibus, irrationabile esse videbitur. Item facere contra voluntatem doctrinae saluatoris, omnis confitebitur impium esse. Disputo ergo, quia non praeceptione mandauit, vt nemo dimittat vxorem excepta caussa fornicationis, sed quasi exponens rem dixit: Qui dimiserit vxorem.

(r) Vid. Grot. in Matth. V, 32. Notat Origenes, verba haec poni magis enuntiando quam iubendo.
Selden. vxor hebr. lib. III. c. XXXI. p. 602. Horum vterque (Origenes & Tertullianus) liberum diuortiorum ius seu extra caussam moechiae, aut caussam, vt sentire videtur Origenes, non disparem impugnat.

§. III.

Hæc posterior opinio a tempore Constantini *per leges imperiales valde propugnata. 1.) A* Constantino *ipso.*

CONSTANTINO autem ad dignitatem imperii euecto, leges reipublicæ omnes eo respiciebant, & pro diuortio, ob alias etiam caussas præter illam fornicationis, rogabantur. Feminæ quidem non statim in omnibus idem habebant cum viris priuilegium: propter tria tamen crimina, in lege quadam *Constantini* [*s*] nominata, & vir & femina diuortia faciendi gaudebant libertate. Vir dimittere vxorem suam poterat, si mœcha esset, vel venefica, vel lena: & mulier viro nuntium remittendi habebat licentiam, si homicida esset, vel veneficus, vel sepulchrorum spoliator. Quod si esset ebriosus, aut aleator, aut fornicator, non licebat mulieri ab illo discedere. Atque heic magna erat inæqualitas virum inter & feminam, vt viro quidem per hanc legem liceret vxorem suam dimittere propter adulterium; mulieri autem non eadem esset licentia in maritum adulterum. Et hæc res frequentium querelarum materies antiquis scriptoribus facta est, qui virum & vxorem per legem diuinam pari conditione & iure esse, & vxorem eamdem habere debere existimabant potestatem mittendi repudium viro, quam vir habebat diuortium faciendi cum leui vxore. Et quemadmodum GOTHOFREDVS [*t*] obseruat, erant quædam vetustæ leges *Romanæ*, quæ priuilegium vtrique

(*s*) Cod. Theod. lib. III. tit. XVI. de repudiis. leg. I. Placet, mulieri non licere propter suas prauas cupiditates marito repudium mittere, exquisita caussa, velut ebrioso, aut aleatori, aut mulierculario: Nec vero maritus per quascumque occasiones vxorem suam dimittere. Sed in repudio mittendo a femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probauerit. - - In masculis etiam si repudium mittant, hæc tria crimina inquiri conueniet, si mœcham, vel medicamentariam vel conciliatricem repudiare voluerit: &c.

(*t*) Gothofred. in locum. Etsi veteri quoque aliquando iure hanc a viris quoque diuertendi iustam caussam fuisse, aliquot exemplis & documentis discimus, vel ex hac lege & exemplo, quod ex apologia Iustini refert Eusebius *lib. IV. histor. eccles. cap. XVII.* & ex Antonini rescripto, quod ex codice Gregoriano memorat Augustinus *lib. II. ad Pollent.* & *lib. de bono coniugio.* Eodemque adludit, quod Iurisconsultus scribit, in *lib. XIII. §. V. π.* de adulteriis.

æqua-

æquale faciebant. Exempli gratia, reſcriptum *Antonini*, AVGVSTINO [*u*] memoratum, & iudicium VLPIANI in pandectis [*x*]. At enim quicquid legibus hanc in rem ſubinde ſancitum fuerit, licentia tamen a parte virorum recruduit, vt vxores ob fornicationem vel quamcumque leuem cauſſam dimitterent, neque tamen vxoribus idem priuilegium in viros concederetur. Quomodo GOTHOFREDVS ex querelis a LACTANTIO [*y*],

(*u*) Auguſtin. de adulterin. coniug. lib. II. c. VIII. Cauendum viro illac ire viuendo, qua timet, ne vxor ſequatur imitando. Sed iſti, quibus diſplicet, vt inter virum & vxorem par pudicitiæ forma ſeruetur, & potius eligunt, maximeque in hac cauſſa, mundi legibus ſubditi eſſe, quam Chriſti, quoniam iura forenſia non eiſdem quibus feminas pudicitiæ nexibus viros videntur obſtringere: legant, quid imperator Antoninus, non vtique chriſtianus, de hac re conſtituerit, vbi maritus vxorem de adulterii crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis non præbuit caſtitatis exemplum, ita vt ambo damnentur, ſi ambos pariter impudicos conflictus ipſe conuicerit. Nam ſupra dicti imperatoris hæc verba ſunt, quæ apud Gregorianum leguntur. *Sane*, inquit, *meæ litteræ nulla parte cauſſæ præiudicabunt. Neque enim ſi penes te culpa fuit, vt matrimonium ſolueretur: & ſecundum legem Iuliam Eupaſia vxor tua nuberet: propter hoc reſcriptum meum adulterii damnata erit, niſi conſtet eſſe commiſſum. Habebunt autem ante oculos inquirere, an quum tu pudice viueres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuiſti. Periniquum enim mihi videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet: quæ res poteſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter vtrumque componere vel cauſſam facti tollere.*

(*x*) Pandect. lib. XLVIII. tit. V. ad leg. Iuliam de adult. leg. XIII. §. 5. Iudex adulterii ante oculos habere debet & inquirere, an maritus, pudice viuens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit? Periniquum enim videtur eſſe, cetera.

(*y*) Lactant. lib. VI. c. XXIII. Seruanda fides ab vtroque alteri eſt, immo exemplo continentiæ docenda vxor, vt ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, vt id exigas, quod ipſe præſtare non poſſis. Quæ iniquitas effecit profecto, vt eſſent adulteria, feminis ægre ferentibus, præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſſam vitiis ſuis prætendat, iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre. Quod optime Quintilianus expreſſit: *Homo*, inquit, *neque alieni matrimonii abſtinens, neque ſui cuſtos: quo inter ſe natura connexa ſunt.* Nam neque maritus, circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus, poteſt vacare domeſticæ ſanctitati: & vxor, quum in tale incidit matrimonium, exemplo ipſo incitata, aut imitari ſe putat, aut vindicare. Cauendum igitur, ne occaſionem vitiis noſtra intemperantia demus:

GREGORIO NAZIANZENO [z], ASTERIO AMASENO [a], CHRYSOSTOMO [b], HIERONYMO [c] & di-

sed adsuescant inuicem mores duorum & iugum paribus, animis ferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nam fere in hoc iustitiæ summa consistit, vt non facias alteri, quidquid ipse ab altero pati nolis.

(z) Nazianz. orat. XXXI. p. 409. περὶ ἣν ὁρῶ τοὺς πολλοὺς κακῶς διακειμένους, καὶ τὸν νόμον αὐτῶν ἄνισον, καὶ ἀνώμαλον· τί δή ποτε γὰρ τὸ μὲν θῆλυ ἐκόλασε, τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐπέτρεψε, καὶ γυνὴ μὲν κακῶς βουλευσαμένη περὶ κοίτην ἀνδρὸς μοιχᾶται, καὶ πικρὰ ἐντεῦθεν τὰ τῶν νόμων ἐπιτίμια· ἀνὴρ δὲ καταπορνεύων γυναικὸς, ἀνεύθυνος; οὐ δέχομαι ταύτην νομοθεσίαν, οὐκ ἐπαινῶ τὴν συνήθειαν· ἄνδρες ἦσαν οἱ νομοθετοῦντες, διὰ τοῦτο κατὰ γυναικῶν ἡ νομοθεσία --- πῶς σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δέ; πῶς ὃ μὴ δίδως αἰτεῖς; πῶς ὁμότιμον σῶμα ὤν, ἀνίσω νομοθετεῖς; *Circa hanc (pudicitiam) plerosque male adfectos cerno, ac legem eorum iniquam, nec sibi constantem. Quid enim caussæ fuit, cur mulierem coërceret, marito contra indulgeret, eumque liberum relinqueret: & mulier quidem, quæ improbum consilium aduersus viri sui cubile susceperit, adulterii piaculo constringatur, acerbissimisque legum pœnis excrucietur: vir autem, qui fidem vxori datam per adulterium violauerit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minime laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt: ac propterea aduersus mulieres lata est, --- Qua fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodo, quod non das, petis? Quomodo corpori pari honore prædito imparem legem statuis?*

(a) Aster. homil. V. p. 91. οὗτος τῆς σωφροσύνης ὁ νόμος οὐ ταῖς γυναιξὶ μόνον παρὰ θεοῦ ὥρισται, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀνδράσιν· οἱ δὲ τοῖς τοῦ βίου τούτου νομοθέταις προσέχοντες, ἀνεύθυνον καταλείπουσι τῆς πορνείας τοῖς ἀνδράσι τὴν ἐξουσίαν, βαρεῖς μέν εἰσιν κριταὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς τῶν γυναικῶν σεμνότητος· οἱ δ' ἐν πολλοῖς ἀναίδην ἐπιμαίνοντες σώμασιν, ἄλλων ἰατροὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, μυρίοις βρύοντες ἕλκεσιν κ. τ. λ. *Hæc continentiæ lex non feminis tantum, sed etiam viris a Deo lata est. Qui vero sæcularibus legislatoribus adhærentes, liberam viris libidinandi facultatem relinquunt, nec rem criminis ducunt, seueri quidem iudices sunt & arbitri castitatis muliebris, ipsique nihilo minus summa impudentia in multa insaniunt corpora, cum, iuxta prouerbium, aliorum medici infinitis vulneribus scatent.*

(b) Chrysost. homil. V. in 1 Thessal (p. 305. edit. Francof.) καθάπερ ἡμεῖς τὰς γυναῖκας κολάζομεν, ὅταν ἡμῖν συνοικοῦσαι ἑτέροις ἑαυτὰς δῶσιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς κολαζόμεθα, κἂν μὴ ὑπὸ τῶν νόμων ῥωμαίων, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μοιχεία ἐστί· μοιχεία γὰρ οὐ μόνον τῇ ἑτέρῳ συνεζευγμένην μοιχᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ δεδεμένον αὐτὸν γυναικί. κ. τ. λ. *Sicut nos vxores punimus, quando nobiscum habitantes se ipsas aliis dederint: ita nos quoque punimur, si non a legibus Romanorum, a Deo quidem certe. Etenim hoc quoque est adulterium. Adulterium enim est non solum, si viro coniuncta mœchetur, sed & si alligatus vxori. cetera.*

(c) Hieron. epitaph. Fabiolæ epist. XXX. Aliæ sunt leges Cæsarum, cetera. Vid. §. I. sub litt. (k) pag. 352. in textu.

versis

versis aliis demonstrat. *Constantinus* ad corrigendos hosce abusus tollendamque priuilegiorum in negotio' diuortii inter viros & mulieres inæqualitatem propendebat. Sed in primis initiis reformationis non poterat omnia facere, quæ quidem facere religiose cogitabat: Et proinde quodam modo necesse habebat hanc legem promulgare cum aliqua inæqualitate respectu feminarum, vt illis repudium mitti posset propter fornicationem, licet a viris suis ob idem crimen discedere ipsis haud permitteretur. Enimuero vti quodam modo magnam illam libertatem faciendi quauis occasione diuortium, quam leges ethnicæ antea viris indulserant, cohibebat: Ita viris libertatem dabat in pluribus casibus vxores suas dimittendi, quam quidem generatim cum præcisa legis *CHRISTI* interpretatione consistere posse creditum antea fuerat. Hæc enim, vt antea ostendimus, exceptionem fornicationis siue adulterii sensu strictissimo accipit: *Constantinus* autem diuortium concedit in casibus, qui non possunt vocari fornicatio sensu stricto, sed latiorem requirunt interpretationem. Vtrum quoque episcopos christianos tum in consilium adhibuerit, antequam hanc legem faceret, an vero episcopi tam latam illam fornicationis notionem habuerint, vt alia grauia crimina, exempli gratia, homicidium, veneficium, sacrilegium, & id genus alia includat, quemadmodum SELDENVS eos habuisse existimat; id quidem est, quod ego adfirmare non ausim, quia multi hisce temporibus diuersam habuerunt opinionem.

§. IV.

2.) *Ab* Honorio.

VERVMTAMEN id certum est, sequentes imperatores in iisdem institisse vestigiis, immo plures adhuc diuortii caussas addidisse tribus prioribus, quas concesserat *Constantinus*. Nam *Honorius* non tantum diuortia facere viris ac feminis ob grauia crimina permittebat, sed etiam diuortiorum licentiam ob leuiora indulgebat vitia, pœnis tantum iniusto repudio propositis. Nam lege quadam sua [*d*] in hanc sententiam sanciebat: *Si diuortium maritus obiecerit, ac mulieri graue crimen intulerit, per-*

(*d*) Cod. Theod. lib. III. tit. XVI. de repudiis, leg. II.

sequa-

ſequatur legibus accuſatam impetrataque vindicta & dote potiatur & ſuam recipiat largitatem, & ducendi mox alteram liberum ſortiatur arbitrium. Si vero morum eſt culpa, non criminum, donationem recipiat & dotem relinquat, aliam poſt biennium ducturus vxorem. Vt adeo manifeſto maior diuortiorum licentia heic conceſſa ſit, quam antea lege *Conſtantini* fuerat permiſſa. Quæ res fecit, vt ASTERIVS AMASENVS [*e*], quomodo antea audiuimus, quereretur, quod viri in contrahendis matrimoniis inſtitores agerent; ſubinde vxores ſuas ceu veſtes mutantes; thalamos tam ſæpe ac facile atque nundinarum tabernulas ſtruentes; dotem ac bona ducentes, coniugesque ad quæſtum ac negotiationem habentes; ob leuem ſtatim offenſionem repudii libellum conſcribentes, & in viuis adhuc agentes viduas plures relinquentes. Qua de re ipſe quoque GOTHOFREDVS [*f*] queritur, *Hæc ſane*, inquiens, *magna huius æui labes fuit. Diuino enim præcepto conuenientius, non ita diſſociari coniugia, quam pœnas imponi.*

§. V.

3.) *A* Theodoſio *iuniore.*

THEODOSIVS tamen iunior prioribus imperii ſui temporibus paullo progreſſus eſt longius. Nam duabus præcedentibus legibus *Conſtantini* & *Honorii* abrogatis, antiquas *Romanorum* leges de diuortiis in vſum reuexit nouella quadam an. CCCCXXXIX verbis concepta ſequentibus [*g*]: *Conſenſu licita matrimonia poſſe contrahi, contracta non niſi miſſo repudio diſſolui præcipimus. Solutionem enim matrimonii difficiliorem eſſe, fauor imperat liberorum. Sed in repudio culpaque diuortii perquirenda, durum eſt, legum veterum moderamen excedere. Ideo conſtitutionibus abrogatis, quæ nunc maritum, nunc mulierem matrimonio ſoluto præcipiunt pœnis grauiſſimis coërceri, hac conſtitutione repudia, culpas, culparumque coërctiones ad veteres leges reſponſaque prudentum reuocari cenſemus.* Sed hæc duarum iſtarum legum priorum abrogatio, vti obſeruat SELDENVS [*h*], procul dubio compluribus admodum

(*e*) Aſter. homil. V. ap. Combefiſ. auctar. nou. tom. I. p. 82. Vid. §. I. ſub litt. (i) pag. 352.

(*f*) Gothofr. in dict. leg. Honorii p. 314. b. fin.

(*g*) Theod. nouell. XVII. ad calcem cod. Th.

(*h*) Selden. vxor. hebr. p. 567. (p. 416. 417. edit. Francof. MDCLXXIII.)

diſpli-

displicuit, vtpote quæ paganismi in diuortiis libertatem reducere, aut omnimodum ob crimen culpamue ea fieri permittere visa est. Vnde intra decennium ipse *Theodosius*, hac constitutione abolita, aliam legem anno CCCCXLIX tulit, in qua caussæ matrimonii dissoluendi designantur apertius. Et vxori quidem repudio vti permittitur: *Si maritum suum* [*i*] *adulterum, homicidam, veneficum, vel certe contra imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum inuenerit, si sepulchrorum dissolutorem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem vel latronum susceptorem, vel abactorem aut plagiarium, vel ad contemtum sui domusue suæ, ipsa inspiciente, cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas exasperat) cœtum ineuntem, si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus (quæ ingenuis aliena sint) adficientem probauerit.* De viro item sic statuit: *Vir pari fine claudetur, nec licebit ei sine caussis apertius designatis propriam repudiare iugalem. Nec vllo modo expellat, nisi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum, se ignorante vel nolente, conuiuia appetentem, aut ipso inuito sine iusta & probabili caussa foris scilicet pernoctantem, vel circensibus vel theatralibus ludis, vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc adsolent celebrari, se prohibente, gaudentem: vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinationibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem. Tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem, & caussas dissidii legibus comprobare.* In hisce casibus omnibus vxori & viro æqua libertas indulgebatur matrimonium dissoluendi. Si vero mulier viro repudii libellum daret, sine aliqua ex antememoratis rationibus, dotis & antenuptialis donationis amissione puniebatur, nec intra quinquennium denuo nubendi habebat potestatem. *Quod si præter hæc nupserit,* (inquit imperator ille) *erit ipsa quidem infamis; connubium vero illud nolumus nuncupari.* Si vero caussam suam rite comprobaret, dotem & antenuptiales donationes ei restitui oportebat, & ipsa libertatem habebat intra quinque annos nubendi alteri. Et si vir actionem suam contra vxorem comprobaret, & dotem & donationes antenuptiales retinere poterat habebatque liberam statim alteram ducendi facultatem.

(*i* Cod. Iustin. lib. V. tit. XVII. de repudiis. leg. VIII.

§. VI.

4.) *A* Valentiniano *tertio*.

NON multo post *Valentinianus III.* nouellam publicauit, qua vetusto *Romanorum* more faciendi diuortia sine vlla alia caussa, præter vtriusque partis consensum, (qui etsi a *Constantino* prohibitus, denuo irrepserat) abrogato, in primam *Theodosii* nouellam, ista etiam diuortia cum mutuo consensu fieri permittentem, animaduertens, ita statuit (k), *In ipsorum matrimoniorum reuerentia & vinculo, ne passim & temere deserantur, antiquata nouella lege, quæ solui coniugia sola contraria voluntate permiserat, ea, quæ a diuo patre nostro Constantio* (vel potius *Constantino*, ita enim legi debebat) *decreta sunt, intemerata seruentur.*

§. VII.

5.) *Ab* Anastasio.

VERVMTAMEN hoc non obstante, *Anastasius* circa annos CCCCXCVII. antiquatam consuetudinem rursus inuexit. Quamuis enim vltimam *Theodosii* iunioris constitutionem vt excellentem legem laudaret, vim tamen eius hac vna in re imminuit, lege promulgata in hanc sententiam (l): *Si constante matrimonio, communi consensu tum viri quam mulieris repudium sit missum, quo nulla caussa continetur, quæ consultissimæ constitutioni diuæ memoriæ Theodosii & Valentiniani inserta est, licebit mulieri non quinquennium exspectare* (quomodo nonnullæ leges antegressæ præceperant,) *sed post annum ad secundas nuptias conuolare.*

§. VIII.

Et 6.) *a* Iustiniano.

SIC res se habuit cum diuortiis in lege ciuili ad tempora vsque *Iustiniani* an. DXXVIII. quando hic nouo decreto [m] non solum omnes caussas diuortiorum, quas longa constitutione legitimas declarat *Theodosius*, confirmauit, sed vnam adhuc eis addidit, antea numquam memoratam; nimirum naturalem imbecillitatem viri; a quo mulieri post biennium hanc ob caussam discedendi dat libertatem. Et hoc ipsum in nouella quadam [n]

(k) Valentin. nouell. XII. (l) Cod. Iustin. lib. V. tit XVII. de repudiis leg. IX.

(m) Cod. Iustin. leg. X. In caussis iam dudum specialiter definitis, ex quibus recta mittuntur repudia, illam addimus, vt, si maritus vxori ab initio matrimonii vsque ad duos annos continuos computandos coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat, possit mulier vel eius parentes sine periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, vt ante nuptias donatio eidem marito seruetur.

(n) Iustin. nouell. XXII. c. VI. *καὶ κατὰ πρόφασιν ἀναγκαίαν τε καὶ οὐκ ἄλογον διαλύεται γάμος, ὅταν τὶς οὐχ οἷός τε εἴη συνιέναι τῇ γυναικί, καὶ τὰ παρὰ τῆς*

repetit,

repetit, hac ſola cum differentia, vt loco biennii triennium permitti iubeat. Alia lege [o] prioribus diuortii cauſſis omnibus haſce addit, *Si forte vxor ſua ope vel induſtria abortum fecerit, vel ita luxurioſa eſt, vt commune lauacrum cum viris libidinis cauſſa habere audeat; vel, dum eſt in matrimonio, alium maritum ſibi fieri conata fuerit.* Hac autem lege mutauit & aboleuit omnes iſtas leges antiquas, quæ diuortium ob leues & vulgares cauſſas permittebant. Eaſdem diuortii cauſſas in aliis nouellis repetit iiſque alios quoſdam caſus addit: vt ſi quis vir vel vxor vitam monaſticam amplecti velit, libellum repudii dare poſſint, nullam aliam ſeparationis cauſſam adlegare neceſſum habentes [p]. Quæ plane noua *Iuſtiniani* lex erat. Neque enim

φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν, ἀλλὰ διετία μὲν, κατὰ τὸν περὶ τούτου πρώην παρ' ἡμῶν γεγραμμένον νόμον, παραδράμοι ἐκ τοῦ τῶν γάμων καιροῦ· ὁ δὲ, ὅτι ταῖς ἀληθείαις ἐστὶν ἀνὴρ, οὐ δείκνυσι· πάρεστι γὰρ τῇ γυναικὶ ἢ τοῖς γε αὐτῆς πατράσι διαζευγνύναι τὸ συνοικέσιον, καὶ στέλλειν διαζύγιον, εἰ καὶ μὴ βούλοιτο τοῦτο ὁ συνοικῶν· κἀνταῦθα ἡ μὲν προὶξ [εἴ τις ἐστὶν ὅλως ἐπιδεδομένη προὶξ] ἀκολουθήσει τῇ γυναικὶ, καὶ ἀποδώσει ταύτην ὁ ἀνὴρ, εἴγε τύχοι λαβών· ἡ δὲ διὰ τὸν γάμον ἤτοι πρὸ τῶν γάμων δωρεὰ μενεῖ παρὰ τῷ ἀνδρὶ, οὐδὲν οἴκοθεν ζημιουμένῳ· τοῦτον δὲ δὴ τὸν νόμον ἐπανορθοῦμεν βραχείᾳ τινὶ προσθήκῃ· οὐ γὰρ διετίαν ἀριθμεῖσθαι μόνην τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ καιροῦ τῆς συναφείας, ἀλλὰ τριετίαν βουλόμεθα· καὶ γὰρ ἐδιδάχθημεν ἐκ τῶν ἐπισυμβάντων ἐν μέσῳ, τινὰς πλείονα ἢ καὶ κατὰ διετίαν χρόνον οὐκ ἰσχύσαντας, ὕστερον ἱκανοὺς ὀφθέντας ὑπηρετήσασθαι τῇ τεκνογονίᾳ. *Per occaſionem quoque neceſſariam & non irrationabilem diſtrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri, & agere quæ a natura viris data ſunt: ſi biennium quidem ſecundum de hoc a nobis pridem ſcriptam legem tranſcurrat ex nuptiarum tempore: ille vero, quia pro veritate eſt vir, non oſtendat: licebit enim mulieri aut eius patribus, disiungere matrimonium & mittere repudium, vel ſi noluerit hoc maritus: & hic ſiquidem dos (ſi quæ omnino data ſit) ſequetur mulierem: & reddet hanc vir, ſi contigit eam accipi: propter nuptias autem ſeu ante nuptias donatio manet apud virum, nihil de ſuo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus breui quodam adiectione: non enim biennium numerari ſolum ex ipſo tempore copulationis, ſed* trienniumvolumus: *edocti namque ſumus ex iis, quæ ante hæc prouenerunt, quosdam amplius quam biennium temporis non valentes, poſtea potentes oſtenſos miniſtrare filiorum procreationi.*

(o) Cod. Iuſtin. ibid. leg. XI.

(p) Iuſtin. nouell. CXVII. c. XII. Ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις συνείδομεν καὶ ταύτας ὀνομαστὶ προσθεῖναι, ἐξ ὧν τοὺς γάμους δίχα ποινῆς ἔξεστι διαλύειν· τουτέστι τὴν τὸ περὶ τῶν μὴ δυναμένων ἐξ ἀρχῆς τοῦ γάμου μίγνυσθαι ταῖς ἑαυτῶν γαμεταῖς, καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν· καὶ πρός γε τὴν περὶ τῶν ἐν συνεστῶσι τῷ γάμῳ εὐλαβῆ βίον καὶ τὴν ἐν μοναστηρίοις οἴκησιν ἐπιλεγομένων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν· καὶ τὴν περὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπί τινα χρόνον διακατεχομένων προσώπων· ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς τρισὶ θέμασι τὰ περὶ αὐτῶν τοῖς προτέροις ἡμῶν νόμοις περιεχόμενα, βέβαια εἶναι θεσπίζομεν. Τὰς εἰρημένας τοίνυν ἁπάσας αἰτίας, τὰς τῷ παρόντι ἡμῶν νόμῳ περιεχομένας, μόνας ἀρκεῖν κελεύομεν πρὸς τὴν διάλυσιν τῶν νομίμων συνοικεσίων· τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας ἀργεῖν παρακελευόμεθα,

vmquam antea hæc idonea diuortii cauſſa credita fuit. Libellum quoque repudii dari permittit, ſi alterutra pars diu in captiuitate eſſet conſtituta. Cuiusmodi diuortia dicuntur fieri *cum bona gratia* [q], nec propter vllum crimen, ſed ob alias, vt vocantur, idoneas cauſſas. Ita comparatum erat cum diuortiis tempore *Iuſtiniani*, quando lex ciuilis omnino reſtituta & ſtabilita erat in imperio *Romano*. Quænam nouæ leges vel mutationes poſtea ab aliis principibus tum in *Oriente* tum in *Occidente* factæ ſint ad tempus vſque reformationis, lector, qui volet, videre poterit apud SELDENVM [r], qui hiſtoriam ad poſtrema vſque tempora pertexuit. Sed hoc extra limites præſentis diſquiſitionis eſt, cui tantum propoſitum eſt praxin eccleſiæ & reipublicæ in ſæculis primitiuis explicare.

καὶ μηδεμίαν ἄλλην αἰτίαν πλὴν τῶν ὀνομαστὶ ἐγκειμένων τούτῳ τῷ νόμῳ δύνασθαι διαλύειν νόμιμον γάμον· εἴτε ἡμετέροις, ἤτε παλαιοτέροις περιέχεται νόμοις. Prædictis cauſſis proſpeximus etiam has nominatim adiicere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt, de iis, qui non potuerint ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxoribus, & quæ per naturam viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de iis viris ac feminis, qui conſiſtente matrimonio ſanctimonialem conuerſationem & monaſterii habitationem elegerint, & de iis perſonis, quæ in captiuitate aliquanto tempore detinentur: in his enim tribus caſibus quæ de eis prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igitur omnes cauſſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere iubemus ad tranſactionem legitimorum matrimoniorum. Reliquas autem omnes vacare præcipimus, nullamque aliam cauſſam citra eas, quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimum matrimonium, ſiue noſtris ſiue veteribus legibus continentur.

It. cod. lib. I. tit. III. de epiſc. & cleric. leg. LIII. §. III. Ad hæc ſancimus: ſiue vir ad ſolitariam vitam venire voluerit, ſiue mulier, viro relicto, ad exercitationem monachicam venerit: nec hoc damni cauſam præbeat, ſed vt ſua omnimodo recipiat: ita vt liceat vxori & dotem recipere ſuam, & propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitauerat: & quod inde venit lucrum, non ſecundum eam, quæ per repudium ſit, disiunctionem vindicare, aut manere apud eum, qui non diuertit, ſed ſecundum quod in caſum mortis factum eſt pactum; quaſi videatur is, qui diuertit a communi alterius conuictu, mortuus eſſe in alterius contubernio, quum cohabitanti ſit omnino inutilis: quicquid autem in dotalibus inſtrumentis receptum fuerit ex pactis in caſum mortis, id debitum intelligatur. Non audente muliere ante anni lapſum in aliud reſpicere matrimonium, propter generationis (aut ſeminis) incertitudinem. Sed ſi quid tale futurum ſit, ſtatim dimitti divortium, quod idcirco *bona gratia* vocatur, ab ea, quæ conuerſionem non eligit, perſona, atque ita agat, quod voluerit, lucris (vt ante dictum ſit) ad ipſam pertinentibus: ſane eo quod lucrandum eſſet ex tali cauſa omnimodo, ſi & in prioribus nuptiis, vel vir vel mulier manſiſſent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, ſi qui fuerint, conſeruando. Vid. etiam nouell. CXXXIV. cap. XI.

(q) Nou. XXII. Mitiores nuptiarum ſolutiones, tamquam generali quadam ratione ſub *bona gratia* factis disiunctionibus, ſciendum eſt, toleraſſe quodammodo.

(r) Seld. vxor. hebr. lib. III. cap. XXIX. XXX. ſeqq.

IOSEPHI BINGHAMI,

RECTORIS ECCLESIAE HAVANTINAE
IN AGRO HANTONIENSI ANGLIAE.

ORIGINES

SIVE

ANTIQVITATES ECCLESIASTICAE.

EX LINGVA ANGLICANA IN LATINAM
VERTIT

IO. HENRICVS GRISCHOVIVS,
HALBERSTADIENSIS.

VOLVMEN DECIMVM ET VLTIMVM.



HALAE,
SVMTIBVS ORPHANOTROPHEI.
M DCC XXIX.



Lectori Benevolo S.



LTIMVM *originum* ſiue *antiquitatum-eccleſiaſticarum* IOSEPHI BINGHAMI volumen lingua latina iam edo, ſimulque fidem meam libero, quam in ſecundi voluminis præfatione dedi. Monuerant videlicet viri quidam docti, quum primum volumen exiiſſet, addendum fuiſſe indicem: quibus ego tum reſpondi, ſub finem totius operis deſiderio ipſorum me, Deo bene iuuante, cumulatiſſime ſatis eſſe facturum. Id nunc de-

mum me præſtitiſſe, perſpicient. Triplicem enim ſub calcem libri viceſimi tertii, qui in hoc volumine continetur, indicem exhibeo, vnum *rerum*, alterum *auctorum*, tertium *conciliorum*.

Ipse quidem clariſſimus auctor noſter tres indices operi ſuo ſubiunxit: Enimvero præterquam quod index rerum in hac latina editione multo locupletior, quam in anglicana, facta eſt, ſecundus & tertius poſteriores duos *Binghamianos* longiſſime ſuperant, vel alia potius apparent forma. Quamquam enim vir doctiſſimus auctorum, quibus vſus eſt, non nomina ſolum, (ſicut alias plerumque fieri ſolet) ſed editiones etiam indicauit: locum tamen, vbi hunc iſtum in opere ſuo adlegarit, adſcripſit nullum. Eamdem rationem ſequutus eſt in indice conciliorum, quippe in quo præter nomina, numerum canonum

et

et annum, ad quem vnumquodque celebratum fuit, nihil habet. In hac autem latina editione ſingulis patribus, auctoribus & conciliis paginas, vbi locus quidam vel canon citatus eſt, adnotaui: ita quidem, vt, ſi plures alicuius ſcriptoris libri adlegati fuerint, ad euitandam in euolvendis adlegationibus confuſionem & tædium, diſtincte eos poſuerim. Quam rem multis lectoribus gratam me feciſſe, perſuaſus ſum. Quum enim in haſce *origines* ingens notabilium ſententiarum farrago ex omnis generis ſcriptoribus congeſta ſit, talis index, qui, vbicumque ex hoc illoue auctore auctoriſque libro hic ille locus adlegatus ſit, plane indicat, illis mirifice prodeſſe poteſt, qui de ſimili vel cognato argumento commentantur, auctores vero quoslibet, quibus opus eis eſt, nanciſci nequeunt. Quod ipſum & mihi in hac adornanda verſione ſæpius vſu venit.

Quando ſcilicet auctor noſter de quadam materia ad ſcriptoris alicuius teſtimonium prouocauit, neque vero illud interpoſuit: tum ego, pro inſtituti mei ratione (*) illud exſcribere cupiens, ſi ipſius libri compos fieri non potui, quæſiui vel in ALBERTINO, vel CHAMIERIO, vel alio quopiam auctore, & beneficio iſtiuſmodi indicum haud raro eum ipſum locum non ſine gaudio reperi, quem BINGHAMVS innuit (**).

PRAETEREA in gratiam eorum, quibus latinam hanc editionem cum anglicana conferendi copia eſt, hoc quoque de indice auctorum *Binghamiano* monendum duxi,

(*) De qua dixi in præfatione ad volum I. pag. 19.

(**) Multorum loco vnum tantum idque recentiſſimum exemplum indicare lubet ex ſubſequente auctoris præfatione pag. 32. vbi Rainerii, (ſiue Reinerii) librum contra Waldenſes adlegat, quem alibi fruſtra quæſitum apud ALBERTINVM de *eucharistiæ ſacramento* in indice auctorum tandem conſpexi & in ipſo eius libro pag. 967. locum, ad quem prouocat, inueni & tranſcripſi.

viginti circiter ſcriptores (*), partim alios ſcriptorum adlegatorum libros (**), ibi legi, quos, quantumuis diligentiſſime quæſitos, nuspiam in ipſis voluminibus adlegatos deprehenderim, adeoque in huius editionis indice omiſerim; contra ea non paucos omiſſos eſſe (***), quos in colligendis adlegationibus occupatus obſeruarim, & heic interpoſuerim. Quod de indice etiam conciliorum (*) notatum volo.

(*) Ex. gr. IOANNEM BALAEVM, MARTINVM CHEMNITIVM, FRANCISCVM HALLOIX, IOANNEM PHOCAM, IOAN. MARIAM THOMASIVM, cet.

(**) Vt HENR. DODWELL. de iure laicorum ſacerdotali contra Hugonem Grotium: CHRIST. KORTHOLD. de variis ſcripturæ editionibus: IACOB. VSSER. de ſucceſſione eccleſiæ, cet.

(***) *Conſtitutiones apoſtolorum*: PETRI LAMBECII comment. de bibl. Vindobonenſi: IOANNIS GARNERII librum diurnum Romanorum pontificum. cet.

(*) Sic ibi ſeguntur concil. Arauſican. 2. & Carthag. 6. e quibus canonem nullum adlegatum animaduerti. Contra in *originibus* citantur Arelat. 4 & 5. Tolet. 16 & 17. cet. quæ in indice non exſtant.

CETE-

Ceterum, vti auctor noſter ſub operis ſui finem gratum animum aduerſus eos, a quibus ſe adiutum eſſe intellexit, declaravit publice (*): ita & meas partes eſſe arbitror, idem vt faciam. Gratias itaque ago iis, qui vel publice (**) vel priuatim laborem meum approbarunt, meque, vt in incepto pergerem, cohortati ſunt. Plurimum autem illis me debere profiteor, qui ex bibliothecis propriis (***), vel alie-

(*) Lib. XXIII. cap. IV. §. IX. vol. X. p. 99.

(**) Poſt D. IOANNEM FRANCISCVM BVDDEVM, (cuius mortem, de qua his ipſis diebus nuntius huc adlatus eſt, cum bonis omnibus, eccleſiae euangelicae cauſſa, doleo) in praefatione volumini primo praemiſſa, mihi innotuerunt clariſſimi auctores nouorum litterariorum, quae inſcribuntur: *Auserleſene theologiſche bibliothec, oder, Gründliche nachrichten von denen neueſten und beſten theologiſchen büchern*; Et: *Neue zeitungen von gelehrten ſachen.*

(***) Ex noſtrae academiae Doctoribus honoris cauſſa nomino NICOLAVM HIERONYMVM GVNDLINGIVM, h. t. Pro-Rectorem Magnificum, (quem per aliquot hebdomades grauiter aegrotantem Deus reſpiciat propitius, & in commoda vtilitatemque academiae conualeſcere, ſi velit, iubeat!) PAVLVM ANTONIVM, IOANNEM HENRICVM MICHAELIS & IVSTVM HENNINGIVM BOEHMERVM. Ex Lipſienſibus IOANNEM BVRCARDVM MENCKENIVM.

nis,

nis, quibus præfecti ſunt (*), libros mihi ſuppeditarunt, vel integra loca excerpta mecum communicarunt (**). Pro qua inſigni liberalitate & humanitate ipſis omnia officia, quæ quidem a me proficiſci posſunt, promitto.

NON minus autem cum auctore noſtro DEVM immortalem laudo & concele-

(*) Horum in numero ſunt, CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, P. P. O. cui academiæ Fridericianæ; D. IOANNES FRIDERICVS BIECKIVS & D. IOANNES GEORGIVS FRANCKIVS ICti, quorum huic poſt iſtum eccleſiæ Marianæ; IOANNES HENRICVS CALLENBERGIVS, P. P. cui orphanotrophei; HIERONYMVS FREYERVS, pædagogii regii Inſpector, cui iſtius ſcholæ bibliotheca commiſſa eſt: Et, qui hoc nomine primum laudandus erat, HENRICVS IVLIVS ELERS, bibliopola quondam orphanotrophei ſollertiſſimus, ſuperiore anno, menſe Sept. beate defunctus; cuius e penu pleroſque ſelectiores & pretioſiores libros e. g. *Acta ſanctorum;* CAESARIS BARONII *annales*; *Bibliothecas patrum; Scriptores Byzantinos;* PHILIPPI LABBEI *tomos conciliorum*, & *Patres græcos & latinos* tantum non vniuerſos depromere mihi licuit. Nec prætereundus eſt, qui illius in locum ſucceſſit, HENRICVS ZOPFIVS.

(**) Id iterum iterumque fecerunt, *Guelpherbyti*, PETRVS SCHILLINGIVS, Sereniſſimo Duci Brunſuicenſium & Luneburgenſium, AVGVSTO GVILIELMO, a concionibus aulicis, ex bibliotheca iſta celeberrima Ducali: *Gothæ*, IOANNES FRIDERICVS HEVSINGERVS, illuſtris gymnaſii Sub-Con-Rector, ex Ducali & Vockerodtiana: et *Lipſiæ*, G. KEYSELITIVS, M. A. & catecheta ad ædem D. Petri, e publicis priuatisque.

bro, quod & mihi hoc dedit clementiſſime, vt hanc latinæ verſionis telam, ante hos ſex annos exorſam, etſi aliquando morbo acutiſſimo interruptam, ſaluus & incolumis deduxerim. Faxit Ipſe, qua eſt bonitate, vt multa ex hoc, vtvt in ſe exiguo, labore in rem chriſtianam pariter ac litterariam redundent emolumenta, & hæc ipſa cedant in ſanctiſſimi nominis ſui gloriam laudemque ſempiternam! Glauchæ ad Halas Magdeburgicas, III kal. Decembr. CIↃ IↃCC XXIX.

IO. HENR. GRISCHOW,
Oſterodanus Halberſtadienſis.

PRAE-



PRAEFATIO AVCTORIS.



QVVM hæc duo volumina confeciſſem, &, quod animo intenderam, vniuerſum abſoluiſſem opus, prelisque ſubieciſſem, nunc puſillum laxamenti ac requietis quærens ex magno labore; ſtatim ad nouum opus vocatus ſum per librum ad me miſſum, qui inſcribitur (*), ECCLESIAE PRIMITIVAE NOTITIA. CVI PRAEFIXVS EST INDEX HAERETICVS, BREVEM CONTINENS RECENSIONEM OMNIVM PRAECIPVARVM HAERESIVM A PRIMIS INDE RELIGIONIS CHRISTIANAE INITIIS. ACCEDIT SVCCINCTA RECENSIO OCTO PRIORVM GENERALIVM CONCILIORVM, DVOBVS VOLVMINIBVS, LONDINI, ANNO MDCCXXII. *8uo.* Dedicatus liber eſt venerandæ ſocietati, quæ a propagando in exteris regionibus euangelio nomen habet, ab A. BLACKAMORE. Vehementer, fateor, initio obſtupui libri titulo &

(*) *Eccleſiæ Primitivæ Notitia*, or a Summary of Chriſtian Antiquities. To which is prefix'd, An *Index Hæreticus*, containing a short Account of *All* the Principal Hereſies ſince the Riſe of Chriſtianity; There is alſo added, A Brief Account of the Eight firſt General Councils. In two volumes. *London* MDCCXXII. *8uo.*

epiſtola dedicatoria, nouum aliquod opus eſſe ratus, in quo non nihil egregie & præclare præſtitum eſſet, vel in corrigendis meis erroribus, vel ſupplendis iis, quæ, duro viginti annorum labore, in colligendis in vſum eccleſiæ *originibus* meis, perfunctus, forte omiſiſſem. Enimvero ſimul atque in præfationem intuli oculos, & in librum ipſum paullum introſpexi, auctorem illum animaduerti aliquam *originum* mearum partem tranſcripſiſſe, ſub notione quidem *epitomes*, tametſi nihil huius in libri titulo legatur. Id artificium quoddam eſſe videtur, excogitatum ab hoc viro & decem bibliopolis, qui cum ipſo conſpirarunt, quo libros meos inutiles reddere, ſuo autem tanto maius pretium conciliare ſatagant, vtpote qui omnia, quæ ego ſcripſerim, & quodam modo plura complectatur, minoriſque veneat. Quam rem profuturam eſſe dicit pauperibus clericis aliiſque, qui procliuitate quadam naturæ in ſtudium antiquitatis ferantur, neque tamen libros meos cariores comparare ſibi poſſint. At enimvero bonus ille vir pauperibus lectoribus egregie imponit, dum hæc dicit, ex duabus rationibus: Primo quidem, dum epitomen totius operis noſtri ſe exhibere profitetur, quum tamen duo volumina adhuc reliqua ſint, quæ in epitomen redigere haud potuit, typis nondum excuſa. Dicit quidem in præfatione, me vniverſum opus octo voluminibus feliciter abſoluiſſe, illudque maioribus laudibus extollit, quam forte illud mereatur. Vbi autem cognouerit, me opus meum octo voluminibus abſoluiſſe, id equidem haud ſcio. Scio autem, quod lectoribus adeoque & ipſi ſignificarim, de duobus adhuc voluminibus me commentari atque meditari, quæ iam, vt ad eum exitum perueniam, qui mihi fuit propoſitus, in lucem publicam emitto. Quare auctor noſter pauperibus fratribus ſuis verba dat, quando vniuerſi operis

ris nostri epitomen illis se dare dictitat, quum id ex parte tantum fiat. Aliud igitur adhuc volumen conscribat, eisque id sibi comparandi necessitatem imponat, oportet, vt epitomen integram habeant. Deinde, si auctori nostro tantæ curæ fuit, vt pauperum fratrum suorum consuleret rationibus: Cur, quæso, epitomen adeo longam fecit? Capita & summæ rerum, quas libris meis complexus sum, in multo breuius compendium contrahi poterant. Non opus erat, testimonia allegari in vsum eorum, qui libros non habent, quos euoluant examinentque, sed ipsi in auctoritate acquiescere poterant collectoris; cuius auctoritatem quauis occasione decentius atque honestius poterant adlegare, quam auctoritatem patrum atque conciliorum, quæ, vt auctor noster mecum recte existimat, videndi non habent opportunitatem. Præterea, si ipsi propositum fuit pauperibus fratribus suis gratificari paruo pretio, cur epitomæ duas longas a se ipso conscriptas dissertationes, alteram ad caput, ad calcem alteram, adsuit? Non sane hoc erat librum eis parabilem reddere, sed facere, vt plus pecuniæ in illum impendendum sit; dum dissertationes eius emere necesse habent, si quid de meo legere cupiant. Bella epitomen faciendi ratio fuisset, si libros meos, in compendium redactos, per se edidisset, suumque ipsius separatim excudendum curasset. Id magis e re pauperum lectorum eius fuisset, & ipse, credo, aliquando intelliget, maiorem hoc vtilitatem bibliopolis suis adlaturum fuisse. Nescio, quam auctoritatem vel ipse vel ipsius bibliopolæ habeant, libros, qui per legem mei proprii sunt, re ipsa recudendi. Sed hoc nomine ipsum iam non arguo. Si honesta ratione id fecisset, petita videlicet venia & sub directione, veniam ei dedissem addidissemque calcar. Vel si vtiliter id fecisset, ita vt proposito susceptoque consilio, quod

præ ſe fert, ſatis eum feciſſe conſtaret, etiam ſine venia; ego quidem id ei facile condonarem. Iam vero ſuum ipſius conſilium inutilibus pariter & noxiis additamentis peruertit, quæ non ſolum libris illius incommodo atque impedimento futura, ſed hos quoque incautis lectoribus periculoſos pernicioſosque reddituraſunt, niſi in tempore ab exercitatiore quadam manu remedium eis & correctio adhibeatur. Quam ob cauſſam, quum iſtas meditationes ſuas diuulgauit cum *originum* mearum epitome, tum aliis, tum mihi ipſi æquum & rectum cenſui, aptas quaſdam in eas facere animaduerſiones. Equidem fateor libere, veterum ac recentiorum ſectarum atque hæreſium recenſionem, a docto & intelligente viro ex iuſtiſſimæ auctoritatis & fidei documentis editam, opus vtiliſſimum fore. Et hoc eſt, quod iam pridem multi deſiderarunt homines eruditi, qui vulgarium hæreſiologorum vitia vndiquaque animaduerterunt. At enim vero non video, quid recentiorum hæreſium index ad antiquitates attineat eccleſiaſticas, aut quid modernorum ſectariorum notitia ad explanandos vetuſtos ritus ac conſuetudines catholicorum in prioribus ſæculis conferat. Vnde auctor noſter iſtam operis ſui partem ſine vllo detrimento omittere potuiſſet, vt liber eius tanto minoris conſtaret. Siue autem commodum fuerit ſiue incommodum, operi ſuo hæreſium antiquarum vel recentiorum indicem adſuere; quidquid in alterutro genere factum eſt, accurate ſane diligenterque & ſtudioſe fieri oportuiſſet: Quod autem, quantiſcumque laudibus opus meum cumulauit, de eo prædicare non poſſum, & quod non poſſum ſaluo officio in alios, doleo. Etenim narrationum eius aliæ valde leves ſunt & ieiunæ ac tales, quæ lectorum mentibus nihil luminis præferant: Aliæ falſæ ſunt & in magnos viros iniurioſæ, quos ille hæreticos facit, quum re ipſa propugna-

gnatores fuerunt fidei catholicæ & defensores adsidui. Quid? quod tota eius recensio valde manca atque imperfecta est, omittens quasdam consideratu dignissimas sectas atque errores, & tamen in fronte libri recensio promittitur OMNIVM præcipuarum hæresium inde a primis religionis christianæ initiis. Non iuuat sine ratione quempiam reprehendere, adeoque manifestas quasdam singulorum capitum, de quibus ipsum arguo, probationes dabo, præmissurus tantummodo aliquam rem, quæ, reor, faciet, vt subrideant grammatici. Inscriptio dissertationis habet, INDEX HAERETICVS, quæ lingua *anglicana* non id significat, quod vocat *An Account of Heresies*, sed, *An Heretical Index.* Quam appellationem, credo, non cupit esse notam eius characteristicam. Enimvero si vocabulum, *heretical*, (*hæreticus*) mollius interpretemur, & tantum pro *erroneo* accipiamus, vtcumque ominosum est, verus tamen illius character est. Nam præterquam, quod alia vitia habet, valde errat in iis, quæ magnis & orthodoxis sanctisque viris adfingit, qui ex ipsius relatione pessimi sunt hæretici. Singula, quæ vitio & culpæ ipsi do, demonstrabo ordine.

I. NARRATIONVM illius aliæ leues sunt & ieiunæ ac tales, quæ lectorum mentibus nihil luminis præferant. Quando de *Hypsistariis* loquitur, quidquid de illis dicit, hoc solum est (*): *Hypsistarii defensores hæreseos in quarto sæculo, ex Iudaismo & paganismo conflatæ.* Iam vero quam ex his omnibus scientiam consequitur lector? Quæ enim ita generaliter de illis dicuntur, ea ad minimum de viginti hæresibus intelligi possunt, neque adeo lector eas distinguere nouerit, non videns, quænam opiniones &

(*) Ind. hæret. pag. 36. *Hypsistarians*, Maintainers of an Heresie in the Fourth Century, made up of *Judaism* and *Paganism.*

pra-

praxes iudæorum vel gentilium *Hypsistariis* heic adscribantur, in quibus hi ipsi ab aliis hæreticis, qui iudaismum & paganismum cum christiana religione commiscuerunt, discerni debeant. Ait in præfatione, ex præcipuis caussis, cur *indicem hæreticum* confecerit, fuisse vnam aliquam, quod ego in libris meis leuiter tantum & in transitu *hæreses* attigerim, quomodo eæ videlicet ad institutum meum fecerint, nec vllam perfectam earum dederim descriptionem. Recte quidem. Cur vero ipse non dedit perfectam horum *Hypsistariorum* descriptionem, aut certe perfectiorem, quam quæ a me data est? Ignorare enim non potuit, qui libros meos in epitomen redegit, quod eos, quantum satis est, descripserim lib. XVI. cap. VI. §. II. vol. VII. p. 272. vbi hæc habeo: *Ipsi se vocabant Hypsistarios, hoc est, cultores superni Dei, quem in vna tantum persona adorabant, vti iudæi: Quorum sabbata obseruabant & a nonnullis cibis tamquam impuris abstinebant, circumcisionem autem adspernabantur, quemadmodum* GREGORIVS NAZIANZENVS, *cuius pater huic sectæ aliquando addictus fuerat, de illis narrat.* Hæc certe aliqua, etiamsi non perfecta, eorum descriptio est. Quare igitur non eamdem dedit aut meliorem? Aut, Cur saltem lectorem suum non amandauit ad librum meum vel suam ipsius epitomen, vbi p. 335. verba mea transcripsit? Sed vir bonus festinauit, quando *indicem* suum scripsit, nec morari potuit ad satisfaciendum mihi suisue lectoribus. Addere quædam poteram de hisce *Hypsistariis* ex GREGORIO NYSSENO, HESYCHIO & SVIDA; at satis opportunum erit id facere, si vixero, & lectoribus epitomen cum quibusdam additamentis ipse tradidero. Id solum hoc loco obseruo, nullam horum *Hypsistariorum* mentionem fieri in EPIPHANIO, THEODORETO, PHILASTRIO, AVGVSTINO, aliisue patribus, qui de hæresibus scripserunt; nec eos, qui de illis verba faciant,

paga-

paganiſmi eorum meminiſſe, etſi auctor noſter temere & inconſiderate de eo loquatur.

QVAE de *Cælicolis* tradit, ea nihilo meliora ſunt iſtis prioribus. *Cælicolæ*, inquit (*), *ſiue cultores cæli, ſecta hæretica initio ſæculi quinti, quo tempore damnati ſunt per reſcripta Honorii imperatoris.* Iterum per mihi mirum eſt, non potuiſſe eum lectores ſuos ad eamdem libri mei vel epitomes ſuæ locum remittere, vbi eos verbis luculentioribus & pluribus depictos inuenire potuiſſent. Verum enim vero *indicem* ſuum extollere & lectoribus perſuadere volebat, ſe res magnas & mirandas præſtitiſſe in detegendis veterum hæreticorum opinionibus, quas ego vel ſilentio præteriiſſem, vel attigiſſem leuiter: tametſi ex hiſce exemplis lectori facile erit, de operis ipſius perfectione & excellentia iudicare.

VNVM tantum adhuc exemplum huius generis ex multis, quæ addi poterant, adferam. Loquens de *Ethnophronibus* ait (**), *fuiſſe eos hæreticos ſæculi ſeptimi, qui quasdam ſuperſtitiones paganas vna cum chriſtianiſmo retinendas eſſe docuerint.* Cur vero lectoribus non aperit, quænam fuerint iſtæ ſuperſtitiones paganæ? An auctor nullus eſt, qui de illis diſtincte loquatur? Lector eruditus accipiat, quæſo, a me hanc de illis relationem verbis IOANNIS DAMASCENI *de hæreſibus* pag. 585. *Ethnophrones quum gentium inſtituta ſequantur, in ceteris ſunt chriſtiani. Hi natales dies, fortunam, fatum, omnem aſtronomiam & aſtrologiam omnemque diuinationem & auſpicia probant: Auguria, expia-*

(*) Ind. hæret. p. 21. *Cælicolæ*, or Worshippers of Heaven, an Heretical Sect in the Beginning of the Fifth Century; at which Time they were condemn'd by the Reſcripts of *Honorius* the Emperour.

(**) Ind. hæretic. p. 28. *Ethnophrones*, Hereticks of the Seventh Century, who taught, that ſome *Pagan* Superſtitions were to be retain'd together with *Chriſtianity*.

tiones & placationes, ſortes, prodigiorum & portentorum inſpectiones, veneficia aliasque eiuſdem generis impias fabulas adhibent: iisdemque, quibus gentes, vtuntur inſtitutis. Dies etiam feſtos quoſdam Græcorum probant. Dies denique, & menſes & annos & tempora obſeruant & notant. Vt ſummatim dicam, iidem fuerunt atque illi ſuperſtitioſi chriſtiani, qui vetitas gentilium artes, magiam, incantationem, aſtrologiam iudiciariam & apoteleſmaticam, genethlialogiam, augurium, diuinationem per ſortes, obſeruationem dierum & caſuum fortuitorum, præſagia atque omina, obſeruationem item feſtiuitatum gentilium ſectabantur, de quibus fuſe diſtincteque egimus per duo integra capita IV & V. libri XVI. vbi de diſciplina & legibus eccleſiæ, aduerſum illas praxes factis, loquuti ſumus. Et nihilo tamen ſecius epitomator ille noſter lectores hoc vult ſibi penitus perſuadeant, ſe perfectam exhibere recenſionem antiquarum ſectarum & hæreſium, quas ego, occaſione ita ferente, leuiter tantum attigerim.

II. ALTERVM, quod aduerſus indicem eius habeo, maioris momenti eſt; Quod quædam narrationum eius, quas de hæreſibus & hæreticis habet, falſæ ſint & in magnorum, bonorum & excellentium virorum memoriam ſummopere iniurioſæ, vtpote quos ille hæreticos faciat, quum re vera fuerint conſtantes fidei catholicæ confeſſores & defenſores inuicti. Quod vt demonſtrem, non inſiſtam eis, quæ de *Melitone* (*) epiſcopo *Sardium*, vel de *Nicolao* (**) diacono narrat; ſed obſeruabo tantum, quod

(*) Ind. hæretic. p. 46. *Melitonians*, ſo called from *Melito*, an Heretick of the firſt Ages, who held, that the *Body*, and not the *Soul* of Man, was made *after Gods Image*, and that *God* therefore was *Corporeal*.

(**) Ind. hæretic. p. 52. *Nicolaitans*, a Sect of Hereticks deriving their Original from *Nicolas* one of the Seven Deacons, *Acts VI*,

ſcri-

ſcriptor aliquis prudens, ea, quæ de vtroque dixerit, parce & molliter ſcribere potuerit. Quamquam enim HENRICVS VALESIVS (*) *Melitonem* nimis aſpere tractet & cum auctore noſtro dicat, quod Deum corporeum eſſe contenderit in libro, quem ſcripſerit περὶ ἐνσωμάτȣ θεȣ̃, quod VALESIVS reddit: *de Deo corporeo:* alii tamen viri docti (**) id errorem eſſe exiſtimant; ſiquidem θεὸς ἐνσώματος non ſignificet, *Deum corporeum*, ſed *Deum incarnatum* ſiue *carnem factum*, *aut in corpore habitantem*; quod prorſus aliud quid eſt, quam Deum in diuina natura ſua eſſe corporeum. Igitur quum tantum iure ſuo dici poſſet ad defendendum *Melitonem*, auctor noſter non debebat tam acerbus & ſeuerus in ipſum eſſe, vt primorum ſæculorum hæreticum eum vocaret, qui Deum corporeum eſſe ſtatuerit; ſed pro illo adlegare, quæ in illius defenſionem a tot viris doctis dicta ſunt; id inprimis conſiderans, quod

who having a very beautifull wife, was accuſed of overmuch Jealouſy; to clear himſelf of which Imputation he brought her into a full Aſſembly, and declared his Conſent, that any Man might take her. Hence his Followers took Occaſion to live promiſcuouſly, and taught that it was lawfull for Men to have their Wives in common.

(*) Valeſ. not. in Euſeb. lib. IV. c. XXVI. περὶ ἐνσωμάτȣ θεȣ̃] Hoc in libro contendebat Melito, Deum corporalem eſſe; idque ex variis ſcripturæ locis comprobabat.

(**) Caue hiſtor. litter. vol. I. p. 43. (pag. 32 edit. Geneuenſ) περὶ ἐνσωμάτȣ θεȣ̃, *de Deo* (non corporeo ſed) *corporato* ſeu *corpore induto*, vt olim Ruffinus reddidit.

Du Pin, biblioth. nou. p. 96. edit. latin. *De Deo incarnato*] Græce περὶ ἐνσωμάτȣ θεȣ̃. Alii hunc locum aliter explicant & eum exiſtimaſſe crediderunt, Deum eſſe corporeum, ſed vocis græcæ propria ſignificatio ea eſt, quæ a nobis ei eſt tradita.

Vide ſis Suicer. theſaur. eccleſ. vocibus ἐνσώματος & ἐνσωμάτωσις.

POLYCRATES (*) apud EVSEBIVM, & TERTVLLIANVS (**) apud HIERONYMVM de eo narrant, ipſum ſpiritu ſancto adflatum cuncta geſſiſſe & a pleriſque chriſtianorum prophetam creditum fuiſſe.

EODEM modo defendi poterat, & iure quidem aç merito debebat, *Nicolaus*, vnus e ſeptem diaconis. Quamvis enim nonnulli veterum doctrinam *Nicolaitarum* illi tribuant; tamen, vti in libro quodam antecedente (***) oſtendimus, multi alii, in primis autem CLEMENS ALEXANDRINVS, EVSEBIVS, THEODORETVS & AVGVSTINVS ipſum excuſant dicuntque, doctrinam non fuiſſe *Nicolai*, ſed tantum ab eis adſumtam, qui ſe iſtum ſequi dixerint, adducentes quoddam eius adagium, cuius non fuerit iſtiuſmodi ſenſus.

VERVM his miſſis ad ea transeo, quæ de *Acephalis* auctor noſter habet: *Acephali*, inquit (*), *genus quoddam, hæreticorum ſine capite, nullum agnoſcentes epiſcopum, nullum ſacerdotem, nullum ſacramentum, perinde atque moderni Quakeri apud nos in Anglia.* Neſcio, quibus rationibus nixus

(*) Apud Euſeb. lib. V. c. XXIV. Τί δὲ δεῖ λέγειν Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. *Quid de Melitone eunucho attinet dicere, qui ſpiritu ſancto adflatus cuncta geſſit; qui & Sardibus ſitus eſt, aduentum domini de cœlis, in quo reſurrecturus eſt, exſpectans.*

(**) Tertull. ap. Hieron. de ſcriptur. in voce *Melito.* Huius, (Melitonis) elegans & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in ſeptem libris, quos ſcripſit aduerſus eccleſiam pro Montano, dicit, eum a pleriſque noſtrorum prophetam putari.

(***) Lib. XXII. cap. I. §. II. vol. IX. pag. 267. 268.

(*) Index hæretic. p. 2. *Acephali*, or Ακέφαλοι, a headleſs kind of Hereticks, who own'd neither Bishop, Prieſt or Sacrament, like our modern *Quakers.*

auctor noster hæc dicat: nullum enim scriptorem per vniuersum *indicem* adlegat. Noui autem ALEXANDRVM ROSSAEVM idem dixisse ante illum; & hic vnus ex huius viri eruditis auctoribus est. Noui etiam, quosdam scriptores pontificios (*) hoc ipsum obiecisse *Lutheranis*, quod sint similes veteribus *Acephalis*, quia non habeant episcopos, qui ipsis præsint. Existimarim autem, ALEXANDRVM ROSSAEVM id, (vtrum recte an secus, non definio), ex aliquo horum scriptorum pontificiorum accepisse. Sed enim ALEXANDER ipse sibi infeliciter contradicit. Nam vno eodemque spiritu ait, *Seuerum*, episcopum *Alexandriæ* (potius *Antiochiæ*) huius sectæ *Acephalorum* auctorem fuisse, imperante *Anastasio* an. CCCCLXII. Et, ipsos vocatos esse *Theodosianos* a *Theodosio*, præcipuo patrono suo & episcopo *Alexandrino*. Satis quidem mirabile! Habuisse eos episcopos auctores & patronos, & tamen fuisse sine episcopo, sacerdote & sacramento! Auctor noster hunc scopulum præuidit cauteque studuit deuitare. Hinc ducem suum sapienter & considerate deserit eumque contradictionibus suis per se consulere sinit; narrans nobis priorem historiæ partem, non vero posteriorem, quæ similitudinem, quam inter *Acephalos* & *Quakeros* statuit, ademtura erat. Quomodo autem probare vellet, si vrgeretur, *Acephalos* non habuisse episcopos, vel ita dictos fuisse, quod non habuerint istiusmodi capita inter se? Ego quidem nullum vetustum scriptorem noui, qui hæc de illis memoriæ prodiderit. LIBERATVS (**) *Acephalos* sic vocatos esse dicit, quia noluerint doctrinam recipere CYRILLI ALEXANDRINI, nec

(*) Vid. Masons *Defence of the Ordination of Ministres beyond Seas*, p. 129. *Oxon.* 1641.

(**) Liberat: breuiar. c. IX. Hos esse puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput, neque quem sequantur ostendunt.

eum tamquam caput ſuum ſequi, nec vllum alium. Hi autem epiſcopi erant, qui neque *Cyrillum* patriarcham *Alexandrinum*, nec *Ioannem* patriarcham *Antiochenum*, caput ſuum volebant agnoſcere, & idcirco dicebantur *acephali*, quia iſtorum patriarcharum alterutrum tamquam ducem ſequi detrectabant. Nam vti iſti epiſcopi appellabantur *autocephali*, qui nulli patriarchæ ſubiecti, ſed ipſimet patriarchæ quidam erant, abſoluta & omni ſubiectione immuni libertate gaudentes: Ita hi epiſcopi, qui patriarchis ſubiecti erant, parere autem eis nolebant, *acephali* vocabantur, quia ipſi non erant capita ſiue patriarchæ, & tamen alii cuidam ſubeſſe recuſabant. Patriarchæ tunc erant epiſcoporum capita, vti epiſcopi capita erant populi. Et hæ res diuerſiſſimæ ſunt, quod epiſcopi vocentur *acephali*, quia patriarcham ſuum reiiciant, & quod populi vocentur *acephali*; quia non habeant inter ſe epiſcopum, nec ſacerdotem, nec ſacramentum. Equidem non ſum cupidus defendendi veteres hæreticos, puto tamen, omnes homines æquitate erga eos vti oportere, nec plures illis hæreſes adfingere, quam quarum re vera rei fuerint. In confeſſo eſt, hoſce *Acephalos* fuiſſe *Eutychianos* & aduerſarios concilii *Chalcedonenſis*. Et vt tales LEONTIVS (*) quoque eos in libro *de ſectis* deſcribit. At ne verbum quidem dicit, quod fuerint ſine epiſcopis, ſa-

(*) Leont. de ſectis, Action. VII. Bibl. patr. græc. latin. Tom. I. p. 521. 522. πάλιν πρὸς τȢ̃το λέγομεν, ὅτι εἰ ϗ μὴ ἀπὸ τῶν Γαϊανιτῶν πιςȢ̃σθε τȢ̃το, ἀλλ' Ȣ̃ν ἀπὸ τῶν Ακεφάλων ἀνάγκη ὑμᾶς τȢ̃το πιςώσασθαι· ἐκεῖνοι γὰρ ἀρχαιότεροι ὑμῶν ϗ τῶν Γαϊανιτῶν φανερῶς ὄντες, Ȣ̃τω μάχονται τῇ συνόδῳ, ὡς δύο λεγȢ́σῃ τὰ μέρη. *Nos rurſum reſpondemus, ſi maxime non a Gaianitis ipſi fidem illam ſumſerint, tamen eſſe neceſſe, vt ab Acephalis acceperint. Nam illi manifeſto Theodoſianis & Gaianitis antiquiores, ita ſynodum oppugnant, quaſi quæ partes duas tradat.*

cer-

cerdotibus vel ſacramentis. Adeoque auctor noſter antiquiorem aliquem ſcriptorem, quam ALEXANDRVM ROSSAEVM, producat, oportet, vt ea ita ſeſe habere probet, quæ de illis narrat.

NON immorabor leui errori grammatico, in quem abreptus eſt, loquens de *Saccophoris*. *Saccophori*, inquit (*), *Encratitarum ſurculus, ita dicti, quia longum ſaccum* (a long Bag) *geſtabant, vt populo perſuaderent, ſe vitam degere pœnitentialem.* Fuerunt quidem particularis quædam ſecta *Manichæorum*, qui ſub hoc nomine in diuerſis codicis *Theodoſiani* (**) legibus damnantur; vbi diuerſæ *Manichæorum* propagines deſcribuntur ſub diuerſis *Solitariorum, Encratitarum, Apotactitarum, Hydroparaſtatarum* & *Saccophororum* nominibus, quæ adſumſerunt, vt a priorum legum, contra *Manichæos* ſub ſolo nomine *Manichæorum* promulgatarum, ſeueritate tutos ſeſe præſtarent. Iam vero hi *Manichæi Saccophori* non ita vocati, quod longum ſaccum geſtarent, ſed quod veſte induti cilicina, (*Sackcloth*) in publicum prodirent. *Saccus* quidem lingua noſtra æque ſignificat *a Sack* ſiue *a Bag*, quam *Sackcloth*, hoc eſt cilicium: Quid autem longus ſaccus ad vitam pœnitentialem? Melius facit ad deſcribendum philoſophum quam pœnitentem. Veſtis autem cilicina & vita pœnitentialis bene conſiſtunt. Verumtamen eccleſia nemini hunc veſtitum adfectandi dedit veniam, etiamſi monachi quidam, perinde ac *Manichæi*, eius eſſent percupidi atque ex ſingulari quadam & adfectata agendi ratione catenas & cruces humeris iugiter circumferre, & nudis pedibus incedere amarent. Qui proinde a veteribus, EPIPHANIO, AV-

(*) Index hæretic. pag. 67. *Saccophori*, a Branch of the *Encratites*, ſo called becauſe they carry'd a long Bag, to make the People believe they led a penitent Life.

(**) Cod. Theod. lib. XVI. tit. V. de hæreticis, leg. VII. IX. XI.

GV-

GVSTINO, HIERONYMO, PALLADIO & CASSIANO acrius hoc nomine reprehenduntur, quemadmodum alio loco id plenius ostendimus (*). Numquam autem aliquos siue monachos siue hæreticos audiui reprehensos esse, quod longum saccum in signum vitæ pœnitentialis gestarint. Nec dubito, quin auctor noster, si id denuo considerauerit, hoc pro alio istiusmodi errore *indicis hæretici* habiturus sit. Sed hæc leuia tantum errata sunt, si cum eis comparentur, quæ iam porro aduersus ipsius indicem dicere habeo, qui in variis tam priscarum quam recentiorum ætatum exemplis catholicos in numerum refert hæreticorum.

INTER veteres magna iniuria adficit *Eustathium*, celebrem illum *Antiochensium* episcopum. De hæreticis enim *Eustathianis* differens, ait (**): *Eustathiani semen erant hæresis Sabellianæ, nomen suum indepti ab Eustathio, episcopo Antiocheno, cui concilium quoddam, in sua ipsius ciuitate circa medium sæculi quarti habitum, munus abrogauit, eo, quod hisce dogmatibus addictus esset.* Nihil dico de parachronismo eius, quando concilium *Antiochenum* circa sæculi quarti medium ei munus abrogasse, narrat. Licet enim annum CCCXXVII vel CCCXXIX. vbi illud concilium celebratum est, non possimus recte vocare sæculi quarti medium; id tamen leuis tantum error est, in quem facile induci potuit a CAESARE BARONIO, vel corruptis ATHANASII & HIERONYMI exemplaribus, quæ concilium istud sub *Constantium* referunt, loco *Constantini*, quemadmodum optimi critici, HENRICVS VALESIVS (***), IACOBVS GO-

(*) Lib. VII. cap. III. §. VI. vol III. p 50 seqq.

(**) Ind. hæretic. p. 28. *Eustathians*, were the Spawn of the *Sabellian* Heresie, and had their Name from *Eustathius* Bishop of *Antioch*, who was deposed in a Council held in his own City, about the Middle of the fourth Century, for holding those Principles.

(***) Valesf. adnotat. ad Euseb. de vit. Constant. lib. III. cap. LIX. Baro-

THO-

THOFREDVS (*), ANTONIVS PAGIVS (**) & GVILInius certiſſimis, vt quidem ipſe putat, rationibus, Euſtathium non ſub Conſtantino imperatore ſed ſub Conſtantio, ex Antiochena ſede deiectum eſſe contendit. Videamus igitur, quibus id argumentis adſtruere nitatur. Primum adfert Athanaſii locum ex epiſtola ad Solitarios ſub initium. *Fuit*, inquit, *quidam Euſtathius epiſcopus Antiochiæ, vir confeſſione clarus &c. quem homines Arianæ opinionis ita apud Conſtantium facta calumnia accuſarunt, quaſi in matrem principis contumelioſus fuiſſet.* Verum ego pro Conſtantio Conſtantinum in hoc Athanaſii loco ſcribendum eſſe adfirmo. Quam emendationem confirmant ea, quæ de imperatoris matre mox ſubiiciuntur. Helenam enim intelligit, quæ in Orientem circa hoc tempus aduenerat. Nam de Fauſta omnino hæc intelligi non poſſunt, ante viginti fere annos, ſi Baronium ſequimur, occiſa. Hieronymi vero locus ex libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis parum facit pro Baronio, quum in antiquis editionibus, adeoque in Lugdunenſi, quæ penes me eſt, diſerte ſcriptum ſit, *ſub Conſtantino principe miſſus eſt in exilium.* Neque enim video, cur tanti motus in creatione Euſtathii eſſe potuerint, de quibus in epiſtola imperatoris Conſtantini fit mentio, vt ad eos ſedandos mittendus fuerit Comes, totque epiſtolas ab imperatore ſcribi oportuerit. cetera.

(*) Gothofred. differt. in Philoſtorg. lib. II. c. VII.

(**) Pagi critic. in Baron. an. CCCXXVII. n. III. Tres annos, quibus Arius in exilio fuit, incompletos fuiſſe, manifeſtum facit ſynodus Antiochena, hoc anno (CCCXXVII) vel ſequenti aduerſus ſanctum Euſtathium epiſcopum Antiochenum congregata, in qua is ab Euſebio Nicomedienſi ſociiſque, falſis impoſitis criminibus, depoſitus fuit. Baronius eam ſynodum in annum CCCXL coniecit; ſed, vt eo anno dicetur, per hoc tempus celebrata fuit. Id. ad an. CCCXL. n. XVIII. (al. XIX.) Synodus Antiochena, in qua Euſebiani Euſtathium Antiochiæ epiſcopum in exilium ab imperatore pelli curarunt, non Conſtantio, ſed Conſtantino magno imperante, celebrata, vt ſuo loco demonſtraui; idque manifeſte docet Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes p. 212. vbi loquuturus de epiſcopis, quos Euſebiani perſequuti

ELMVS CAVEVS (*), concorditer ſtatuunt; & ſicut ex omnibus hiſtoricis, SOCRATE, SOZOMENO, THEODORETO & PHILOSTORGIO euidenter apparet. Sed res, de qua conqueror, hæc eſt: Quod hunc *Euſtathium* faciat *Sabellianum* ipſiusque ſectatores ſemen vocet *Sabellianæ* hæreſis. Quum re vera fidem catholicam contra hæreſin *Arianorum* in ſynodo *Nicæna* omni conatu propugnarit. Ab ipſis iſtius ſynodi patribus *Berœa Antiochiam* translatus eſt; & primus fuit, qui ſynodum oratione panegyrica ad *Conſtantinum* aperuit; vt hic auctor ſui oblitus libere profitetur in recenſione octo conciliorum generalium p. 476. Præclaro encomio eum ornat ATHANASIVS, *Euſtathius quidam*, inquiens (**), *fuit Antiochenus epiſcopus, vir confeſſione clarus, & religione pius, qui magno zelo pro veritate dimicavit, & Arianam hæreſin odio proſequutus eſt.* Quo pacto igitur fieri potuit, vt *Sabellianus* eſſet, niſi hæreſin *Sabellianam* veram fidem ipſumque *Athanaſium Sabellianum* fuiſſe ſtatuas? Vt hanc materiam adhuc magis illuſtrem auctorique

ſunt, initium facit ab Euſtathio, quem cum ingenti turba presbyterorum & diaconorum in exilium eiectum dicit. Quare ſynodus illa ante Tyriam, in qua multi epiſcopi relegati, congregata, vt alibi fuſe oſtendi & omnibus Baronii dubiis ſatisfeci. t

(*) Caue hiſtor. literar. vol. 1. p. 139. (p. 99. edit. Geneu. MDCXCIII.) Referunt id Baronius, Petauius aliique ad annum CCCXL. Athanaſii Hieronymique teſtimonio præcipue nixi, qui Euſtathium ſub Conſtantio in exilium miſſum fuiſſe ſcribunt. At vero contigiſſe hæc ſub Conſtantino non diu poſt Euſebii Nicomedienſis reditum, nempe circa annum CCCXXIX vel CCCXXX. teſtes ſunt Socrates, Sozomenus, Theodoretus & Philoſtorgius, idque multis firmatur argumentis. cetera.

(**) Athanaſ. epiſt. ad Solitar. tom. 1. p. 812. (p. 346. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) Ευςάθιός τις ἦν ἐπίσκοπος τῆς Αντιοχείας, ἀνὴρ ὁμολογητὴς, ϗ τὴν πίςιν εὐσεβὴς, ὗτος πολὺς ἦν ζηλῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τήν τε Αρειανὴν αἵρεσιν ἐμίσει, κ. τ. λ.

no-

nostro & lectoribus eius auferam errorem, addo: Hic *Eustathius* hoc nomine delatus tantum fuit ex odio & maleuolentia ab *Arianis*, qui acerrimi eius hostes erant, eo quod fidem *Nicænam* aduersus eos strenue defenderet. Hi igitur odiosum eum reddere conati sunt, criminando ipsum tamquam *Sabelliani* dogmatis fautorem, aliaque quædam crimina illi adfingendo, vi quarum calumniarum, coacta apud *Antiochiam* synodo, ipsum deposuerunt. SOCRATES(*) & SOZOMENVS(**) diserte aiunt, fuisse hanc

(*) Socrat. lib. I. c. XXIV. Σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιήσαντες καθαιροῦσιν Εὐστάθιον, ὡς τὰ Σαβελλίου μᾶλλον φρονοῦντα, ἢ ἅπερ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἐδογμάτισεν· ὡς μὲν οὖν τινες φασὶν, δι' ἄλλας οὐκ ἀγαθὰς αἰτίας· φανερῶς γὰρ οὐκ εἰρήκασι· - ὅτι μέντοι ὡς Σαβελλίζοντα καθεῖλον Εὐστάθιον, Κύρου τοῦ Βεῤῥοίας ἐπισκόπου κατηγοροῦντος αὐτοῦ, Γεώργιος ὁ Λαοδικείας τῆς ἐν Συρίᾳ ἐπίσκοπος, εἷς ὢν τῶν μισούντων τὸ ὁμοούσιον, ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῷ εἰς Εὐσέβιον τὸν Ἐμισηνὸν ἔγραψεν εἰρηκέναι. *Congregata Antiochiæ synodo, Eustathium deponunt, vt qui Sabellii dogmati potius, quam Nicænæ synodi decretis insisteret. Sunt, qui ob alias etiam caussas minus honestas depositum esse dicant, quas tamen in medium non proferunt. -- Porro quod Eustathius tamquam Sabelliano dogmati fauens, ab episcopis depositus sit, accusante illum Cyro Beroeæ vrbis episcopo, Georgius Laodiceæ in Syria episcopus, vnus ex eorum numero, qui vocem consubstantialis oderant, in laudatione Eusebii Emiseni scribit.*

(**) Sozomen. lib. II. c. XIX. Συνόδου ἐν Ἀντιοχείᾳ γενομένης, ἀφαιρεῖται Εὐστάθιος τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν· τὸ μὲν ἀληθὲς, ὡς πολὺς ἔχει λόγος, καθότι τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν ἐπῄνει, καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Εὐσέβιον καὶ Παυλῖνον τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, καὶ Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, ὧν τῇ γνώμῃ οἱ ἀνὰ τὴν ἕω ἱερεῖς εἵποντο, οἷάγε τὰ Ἀρείου φρονοῦντας ἀπεστρέφετο, καὶ φανερῶς διέβαλλε· πρόφασιν δὲ, ὡς οὐχ ὁσίαις πράξεσι τὴν ἱερωσύνην αἰσχύνας ἐφωράθη. *Congregata Antiochiæ synodo, Eustathius epi-*

ſynodum *Arianam*, quæ *Euſtathium* depoſuerit, ſpecie, quaſi *Sabellii* dogmati potius quam *Nicænæ* ſynodi decretis inſiſteret. Quod vſitatum *Arianorum* artificium fuit, quo *Athanaſium* quoque deſtruere adniſi ſunt. Iam vero quando hoc non niſi merum conuicium ſit atque contumelia, tanto viro ab *Arianis*, qui ei tam crudeliter inimici fuerunt, impoſita, non decet eum, qui indoctis lectoribus antiquarum hæreſium recenſionem ſe dare præ ſe fert, hanc illi notam apponere, ſine vlla auctoritatis adlegatione, vllaue ſignificatione, eum in ſynodo pure *Ariana* fuiſſe depoſitum. Non credo, habuiſſe auctorem noſtrum malum quoddam conſilium in his, quæ hac de re ſcripſit; ſed aut deceptum eſſe a recentiore quodam hiſtorico, aut non ſatis conſideraſſe, quæ a vetuſtis ſcriptoribus tradita inuenit. Quæ res in poſterum ipſi eo prodeſſe debet, vt diligentius aduertat & circumſpiciat cautius, quos duces ſequatur, & diſcat cum iudicio ſcribere, ſi officium in ſe ſuſceperit hiſtorici pro illis, qui ipſi contradicere nequeant.

Evmdem errorem admittit, quando de *Eſſenis* loquens, *Eſſeni*, inquit (*), *ſecta erant hæreticorum chriſtianorum Alexandriæ, tempore S. Marci.* Heic vero paullo plus voluntarii erroris videtur ſubeſſe. Ignorare enim non potuit, quando *origines* meas tranſcripſit, allegaſſe

ſcopatu Antiochenſis eccleſiæ exuitur: re ipſa quidem ſicut maior pars aſſerit, eo quod Nicæni concilii fidem adſtrueret, & Euſebium Pamphili, Paulinum Tyri ac Patrophilum Scythopoleos epiſcopum, quorum ſententiam omnes Orientis epiſcopi ſectabantur, tamquam Arianos auerſaretur, palamque eos accuſaret. Specie vero, quaſi honorem ſacerdotii flagitiis quibuſdam commaculaſſe deprehenſus fuiſſet.

(*) Index hæretic. p. 28. *Eſſeans*, *Eſſenes*, and *Eſſenians*, a Sect of *Chriſtian* Hereticks at *Alexandria*, in the Time of St. *Marck*, &c.

me

me auctoritatem EPIPHANII, EVSEBII atque HIERONYMI, vt ostenderem, ab hisce scriptoribus eos creditos fuisse orthodoxæ ecclesiæ ciues, non autem sectam hæreticorum christianorum *Alexandriæ*, tempore *S. Marci.* Quid? quod ipsemet in epitome lectores suos ad hæc testimonia remittat. Addidi, (quod ille omittit,) viros quosdam doctos, nominatim HENRICVM VALESIVM, IOSEPHVM SCALIGERVM & IOANNEM DALLAEVM dubitare, an christiani fuerint, GVILIELMO BEVEREGIO aliisque communem opinionem tuentibus. Omnes autem in hoc consentiunt, non fuisse eos sectam hæreticorum christianorum. Verum hic auctor omnem tam veterum quam recentiorum spernit auctoritatem, dum hanc eis notam adponit. Si enim hæretici fuerunt, ad *iudæos*, non ad *christianos*, spectarunt.

IN modernorum hæreticorum recensione (a qua sibi in libro de *antiquitatibus ecclesiasticis* temperare potuisset) multo est iniuriosior in lectores non minus quam in piam plurimorum excellentium virorum memoriam caussamque protestantium in genere, quando *Albingenses*, *Hussitas* siue *Bohemos*, *Lollardos*, *Waldenses* & *Wiclefitas* vniuersos in numerum hæreticorum refert; tam monstrosas eis adscribens opiniones, quas numquam fouerunt, sed illis ex implacabili odio tribuerunt aduersarii *Romanenses*, qui in eumdem modum eos tractarunt, quemadmodum in priscis sæculis *Athanasium* & *Eustathium* tractarunt *Ariani*. Decebat hæresiologum & historicum protestantem aut omittere hæc nomina, aut certe lectoribus suis narrare, quam præclaris scriptis caussam eorum eruditissimi auctores ex protestantibus per duo posteriora sæcula vindicarint, & has criminationes, ab eorum aduersariis falso & de industria oblatas, depulerint. Si nihil huius vindicationis novit, ad agendas partes historici hac in re minus idoneus

fuit: Sin autem nouit, tanto magis eſt inexcuſabilis, quod lectores ſuos ea celauit, quæ, vt illis & eccleſiæ & memoriæ ſanctorum, de quibus ita detractum erat, ſatis faceret, ſtudioſe ante eorum oculos ponere debebat. Si ei placuiſſet librum meum, inſcriptum *Scholaſtical Hiſtory of Baptiſm*, diligentius inſpicere, quemadmodum inſpexit *origines*, veneranda nomina deprehenſurus fuiſſet quorumdam ex hiſce excellentibus viris, qui hoſce teſtes veritatis a falſis criminationibus & contumeliis, in ipſos iactis, vindicando cauſſæ proteſtantium ius ſuum aſſeruerunt. In gratiam illius & veritatis adhuc ſemel illos tranſcribam, additurus non nihil, librosque ac loca, quibus hæ vindiciæ continentur, apertius indicaturus. Referendi autem huc ſunt:

IACOBVS VSSERIVS de chriſtianarum eccleſiarum ſucceſſione & ſtatu, cap. X. quæ eſt de *Albigenſium* & aliorum, qui eccleſiæ pontificiæ aduerſati ſunt, hiſtoria.

RICHARDI CRANKANTHORPII Defenſio eccleſiæ *Anglicanæ* contra *Spalatenſem* cap. XVIII. p. 100.

EDMVNDVS ALBERTINVS de euchariſtia lib. III. p. 976. vbi agit de *Wicleuitis*, *Waldenſibus*, *Lollardis*, *Taboritis* ſiue *Bohemis*.

SAMVELIS MORLANDI Hiſtory of the Euangelical Churches of the Valleys of *Piedmont*. *Lond.* MDCLVIII. *fol.*

PETRI ALLIX Hiſtory of the *Albigenſes*. *Lond.* MDCXCII. *4to.* 2 vol.

IOACHIMVS HESTEBERGVS de eccleſia *Waldenſium*. *Argentorat.* MDCLXVIII. *4to.*

PAVLI PERRINI Hiſtory of the *Albigeois* and *Vaudois*. *Lond.* MDCXXIV. *4to.*

BALTHASARIS LYDII *Waldenſia*, ſiue conſeruatio veræ eccleſiæ, demonſtrata ex confeſſionibus *Taboritarum* & *Bohemorum*. 2 vol. *Roterod.* MDCXVI. *8uo.*

GVI-

GVILIELMI CAVEI Historia litteraria. In conspectu sæculi *Waldensis* siue duodecimi.

THOM. JAMES's Apology for *John Wickliffe*, shewing his Conformity with the now *Church* of *England. Oxon.* MDCVIII. 4*to.*

HENRICI MAVRITII Vindication of the Prim. Church. p. 374.

Ratio disciplinæ fratrum *Bohemorum. Hagæ* MDCLX.

HENR. WHARTHONII appendix ad CAVEI historiam litterariam, p.50. in vita *Ioan. Wicklef.* p.50.

The life of *Wickliffe*, by a Late Author. *Lond.* 8*uo.*

AMOS COMENII Historia persecutionum ecclesiæ *Bohemicæ. Lugd. Bat.* MDCXLVII. 8*uo.*

IT. Historia ecclesiæ *Slauonicæ* &c.

ANTON. LEGER Histoire *Vaudois* des Eglises de *Vallees* de *Piedmont. Lugd. Bat.* MDCLXIX. *fol.*

Waldensium Confessio contra claudicantes *Hussitas. Basil.* MDLXVI. 8*uo.* Vid. etiam in *Fasciculo rerum* &c. Tom. I.

CONRADI DANHAVERI Ecclesia *Waldensium* orthodoxiæ *Lutheranæ* testis & socia. *Argent.* MDCLIX. 4*to.*

SAMVELIS MARESII Dissertatio historico-theologica de *Waldensibus. Groning.* MDCLX. 4*to.*

AEGIDII STRAVCHII Historico-theologica disquisitio de *Waldensibus. Witteberg.* MDCLXXV. 4*to.*

PETRVS WESENBECIVS de *Waldensibus* & principum protestantium epistolis, huc pertinentibus MDCIII. 4*to.*

IOANNIS LASICII, veræ religionis apologia. *Spiræ* MDLXXXII.

NVM autem in tanta eximiorum commentariorum & opusculorum, de hoc argumento elaboratorum, copia fieri potuit, vt is, qui librum de hæresibus scriberet, omnino nullum ex illis omnibus videret, nec quiddam de apologiis inaudiret, quæ in horum hominum gratiam in lucem publi-

publicam emissæ sunt? Num adeo necesse habuit narrationes suas ita crude exponere, quemadmodum a manifestis eorum inimicis accepit traditas? Si quis ea, quæ RAINERIVS (*), aduersarius quidem eorum, at ingenuus scriptor pontificius, de illis memoriæ prodidit, conside-ret,

(*) Not. Inueni hunc scriptorem apud EDMVNDVM ALBERTINVM de eucharistia p. 967 Lubet igitur ea, quæ ex illo excerpsit ALBERTINVS, in gratiam lectorum, qui hunc librum euoluere non possunt, huc transcribere: REINERVS (ita vocatur ALBERTINO) licet illis infensissimus, eos a Catharis & Manichæis (cap. VI.) distinguit. Ait: (cap. V & III.) *Noui testamenti textum & magnam partem veteris vulgariter sciunt corde.* Item: *Nouum & vetus testamentum vulgariter transtulerunt, & sic docent & discunt. Audiui & vidi quemdam rusticum idiotam, qui Iob recitauit de verbo ad verbum & plures, qui totum nouum testamentum perfecte sciuerunt.* Et rursum (cap. IV.): *Inter has omnes sectas, quæ adhuc sunt vel fuerunt, non est perniciosior ecclesiæ, quam Leonistarum. Et hoc tribus de caussis. Prima est, quia est diuturnior. Aliqui enim dicunt, quod durauerit a tempore Syluestri: aliqui a tempore apostolorum. Secunda, quia est generalior: fere enim nulla est terra, in qua hæc secta non sit. Tertia, quia quum omnes aliæ sectæ immunitate* (leg. *immanitate*) *blasphemiarum in Deum audientibus horrorem inducant, hæc, scilicet Leonistarum, magnam habet speciem pietatis, eo quod coram hominibus iuste viuant & bene omnia de Deo credant, & omnes articulos, qui in symbolo continentur. Solummodo Romanam ecclesiam blasphemant & clerum, cui multitudo facilis est ad credendum.* Inter caussas autem illius credulitatis, notat (cap. III.) *insufficientiam doctrinæ quorumdam, qui prædicant quandoque friuola, quandoque falsa: vnde quidquid doctor ecclesiæ docet, quod per textum noui testamenti non probat, hoc totum pro fabulis habent contra ecclesiam.* Et iterum (cap. VII): *Hæretici cognoscuntur per mores & verba. Sunt enim in moribus compositi & modesti. Superbiam in vestibus non habent, quia nec pretiosis nec multum abiectis vtuntur. Negotiationes non habent propter mendacia & iuramenta & fraudes vitandas, sed tantum viuunt de labore vt opifices &c.*

ret, plus æquitatis & iuris eum illis tribuere, cognoſcet,

Diuitias non multiplicant, ſed neceſſariis ſunt contenti. Caſti etiam ſunt, maxime Leoniſtæ. Temperati etiam ſunt in cibo & potu. Ad tabernas non eunt, nec ad choreas, nec ad alias vanitates. Ab ira ſe cohibent: ſemper operantur, diſcunt vel docent, & ideo parum orant, &c. *Cognoſcuntur etiam in verbis præciſis & modeſtis. Cauent etiam a ſcurrilitate & detractione & verborum leuitate & mendacio & iuramento.* Papæ! (ſunt verba ALBERTINI) quales nobis depingit hæreticorum notas, quæ purus chriſtianiſmus ſunt? Denique: *Poſt hæreticus,* inquit, (cap. VIII.) *facit comparationem ſtatus eccleſiæ Romanæ ad ſtatum ipſorum, ſic dicens: Doctores Romanæ eccleſiæ ſunt faſtuoſi in veſtibus & moribus Matth. XXIII. Amant primos recubitus & vocari appetunt ab hominibus Rabbi, Rabbinos vero tales non quærimus, Item, ipſi ſunt incontinentes, ſed vnusquiſque noſtrum vxorem ſuam habet & cum ea caſte viuit. Item, ſunt diuites & auari, quibus dicetur, væ vobis diuitibus, quia habetis heic conſolationem veſtram: Nos vero habentes victum & veſtes, quibus poſſumus tegi, his contenti ſumus. Item, ſunt voluptuoſi quibus dicitur, væ vobis, qui deuoratis domos viduarum &c. nos vero vtcumque ſuſtentamur. Item, ipſi pugnant & bella inducunt & mandant occidi & incendi pauperes, quibus dicitur, omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit: nos vero ab eis perſecutionem patimur propter iuſtitiam. Item, comedunt panem otioſum, nihil operantes: nos vero manibus operamur. Item, ipſi volunt eſſe doctores ſoli, quibus dicitur Matth. XXIII. Væ vobis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ: apud nos vero tam feminæ* (priuatim videlicet) *quum viri docent, & diſcipulus ſeptem dierum docet alium. Item, rarus eſt doctor inter eos, qui tria capitula continuata noui teſtamenti litteraliter ſciat corde: apud nos vero rarus eſt vir & femina, qui textum non ſciat vulgariter recitare. Et quia veram Chriſti fidem habemus, & ſanctam vitam & doctrinam docemus omnes nos, ideo ſcribæ & phariſæi gratis perſequuntur nos ad mortem, vt Chriſtum. Præterea, ipſi tantum dicunt, non faciunt, & alligant onera grauia in humeros hominum, ſed digito ſuo hæc non mouent: nos vero omnia facimus quæ docemus. Item, ipſi plus cogunt ſeruari traditi-*

quam hunc auctorem. Licet enim eos sectam appellet, dicit tamen, diuturniorem esse sectam: Aliquos enim dicere, quod durauerit a *Syluestri* episcopi *Romani* tempore, aliquos a tempore apostolorum, & quum omnes aliæ sectæ immanitate blasphemiarum in Deum audientibus horrorem inducant, hanc *Leonistarum*, magnam habere speciem pietatis, eo quod coram hominibus iuste viuant, bene omnia de Deo credant & omnes articulos, qui in symbolo continentur: solummodo *Romanam* ecclesiam blasphemare & clerum. Num hi igitur fuerunt *Waldenses*, *Qui episcopatum, symbolum apostolicum, omnes sacros ordines, & potestatem magistratus reiecerunt, & approbarunt adulterinos amplexus & promiscuos concubitus agitarunt*; quemadmodum auctor noster (*) eos repræsentat, vocans eos contemtim *nundinatores religionis & pios reformatores sæculi duodecimi?*

ones hominum, quam Dei mandata, vt ieiunia, festa, ire ad ecclesiam, & multa alia, quæ sunt hominum instituta: nos vero tantum doctrinam Christi seruare suademus & apostolorum. Item, ipsi pœnitentes onerant pœnis grauissimis, quas nec digito mouent: nos vero exemplo Christi dicimus peccatori, vade iam & noli amplius peccare, & ei per manus impositionem omnia peccata relaxamus & animas transmittimus a morte in cœlum. Ipsi autem fere omnes animas transmittunt ad infernum.

(*) Index hæretic. p. 78. While they rejected *Images*, &c. as *Popish*, they also run down the Use of *Churches*, decried *Confirmation* with all *Episcopal* Obedience, and would allow no Distinction between a *Bishop* and *Priest*. --- They rejected the *Apostles Creed*, abhorred all *Kinds of Oath*, and taught that the *Magistrate* had not the *Power* of *Sword*, and that no Man ought to suffer *Death* by the *Sentence* of any *Judge*. But tho' they were so severe against Priests and *Magistrates* falling into Sin, they were a great deal more indulging to themselves. For they were so far from mortifying the Flesh, that they not only permitted but approv'd of adulterous Embraces, and practis'd promiscuous Copulation. These were some of the *Religion-mongers* and *Pious Reformers* of the twelfth Century.

Si auctor noster caussam suam ipse defendere iuberetur, culpam omnem in ALEXANDRVM ROSSAEVM conferret: hic enim doctus auctor ipsius est, quem transcripsit. Atqui ALEXANDER ingenue fatetur, narrationes suas se habere ex CAESARE BARONIO, GILBERTO GENEBRARDO, NIC. SANDERO, GVALTERO, ROB. BELLARMINO, VIEGA, FLORIMVNDO RAIMVNDO, GABRIELE PRATEOLO, GREGORIO DE VALENTIA & istiusmodi scriptoribus aliis, qui papicolæ & capitales hostes *Waldensium* pariter & protestantium fuerunt. An ergo auctorem nostrum, de hæresibus scribentem, decebat narrationes suas, lectorum protestantium vsibus destinatas, ex talibus depromere auctoribus, quando vnum & alterum consulere poterat ex tanta multitudine præclarorum scriptorum protestantium, qui res *Waldensium* illustrarunt eorumque memoriam ex suis ipsorum scriptis & confessionibus fidei, quæ certissima religionis eorum documenta sunt, vindicarunt? Equidem satis mirari non possum, qua ratione auctor quispiam ingenuus, qui vel mediocrem librorum & doctrinæ cognitionem habet, eiusmodi censoriæ seueritatis notam hisce excellentibus confessoribus & testibus veritatis inurere audeat, nulla, ne minima quidem, mentione facta eorum, quæ in istorum hominum defensionem a tot viris eruditis dicta sunt vel dici poterant. Non suspectum reddam auctorem nostrum nomine malorum consiliorum promouendi papatum: audeo tamen dicere, eum vix propiorem & magis compendiariam viam inire potuisse, si id ipsi propositum fuisset, quam mentes eorum, qui longius retro respicere non possunt, quam narrationes illius lumen eis præferant, imbuendo tam aduersis opinionibus de istis viris, quorum tot millia mortem pro vera religione oppetiere, & quidem ob hæc ipsa capita, in quibus protestantes in hodier-

diernum vſque diem a pontificiis diſſident. Fuit mihi aliquando occaſio in libro quodam antehac edito (*) idem illud alium quemdam ſcriptorem monendi, qui auctori noſtro doctrina & ingenuitate longe antecellit. Neque vero vmquam audiui, id eum accepiſſe grauiter. Nam hiſtorici eſt, quantum poteſt, diligentiſſime perquirere & inueſtigare veritatem, inuentamque aliis aperte & ingenue ſine fuco & fallaciis tradere. Et idcirco ſpero, auctorem noſtrum hunc grandem errorem emendaturum eſſe, ſi opportunitatem habuerit adhuc quiddam de hoc argumento ſcribendi. Melius omnino tempus impenderit legendis & conſiderandis libris quorumdam ex his excellentibus ſcriptoribus, ad quos eum remiſi, quam colligendis quisquiliis ex ALEXANDRO ROSSAEO vel vllis aliis iſtiusmodi minus doctis & intelligentibus ſcriptoribus.

III. VNVM autem adhuc habeo, quod hunc auctorem eiusque lectores moneam: Quod videlicet, dum miſellos *Waldenſes*, *Albingenſes*, *Wicleuitas*, *Huſſitas* & *Lollardos* ita aſpere tractat, de grauibus *Romanenſium* ſiue *Pontificiorum* erroribus in vniuerſo indice ſuo, ſub quocumque demum titulo aut denominatione, verbum nullum faciat. Non poteſt reſpondere, id ad inſtitutum ſuum haud directe ſpectaſſe: nam ille de modernis æque ac veteribus hæreſibus agit. Neque a duce ſuo heic deſtitutus eſt. Nam ALEXANDER ROSSAEVS integram quinquaginta paginarum ſectionem in libro ſuo de hoc argumento habet. Et ſi hic ea de re dixiſſet nihil, tamen nouum hæreſium expoſitorem decebat errorum *Romanenſium* ſub vno alteroue titulo meminiſſe. Errores eorum tam graves ſunt & periculoſi, quam plerarumque recentiorum ſectarum. Cur igitur in *indice* ipſius locum habent nul-

(*) Scholaſtical Hiſtory of Baptiſm. Part. I. chap. I. p. 97.

lum?

lum? An num transſubſtantiatio error nullus eſt? Num idololatria in variis cultus ſanctorum, angelorum, imaginum, reliquiarum, hoſtiæ & crucis ſpeciebus vitium nullum eſt? Hæreſis *Hildebrandina*, vti ſcriptoribus noſtratibus vocatur, hoc eſt, doctrina de abrogando regibus imperio, annon error eſt, dignus qui memoretur? Inſolentia illa pontificis *Romani*, qua ſe omnis erroris expertem eſſe iactat, & vniuerſalem poteſtatem in eccleſiam ſibi arrogat, annon digna eſt cenſura ſcriptoris proteſtantis? An crimen nullum eſt, clericos ciuilis magiſtratus eximere poteſtate, aut temere atque iniurioſe illis imponere cælibatum? An nullam habet iſta res iniquitatem, quod populis ſcripturæ ſacræ lingua incognita obſerantur? Aut, quod illos ſacris intereſſe oporteat, quæ lingua fiant, quam minus intelligant? Aut, quod per ſacrilegium altera euchariſtiæ ſpecie priuentur? Aut, quod abſolutæ neceſſitati confeſſionis auricularis ſeſe ſubmittere cogantur? Num nihil damni eſt ex vſu interdictorum & indulgentiarum? Num miſſæ priuatæ & ſolitariæ, doctrina item de igne purgatorio cum multis erroribus aliis, tam innocentes res ſunt, vt hiſtoricus non facturus ſit aliquid, quod ſit operæ pretium, ſi lectoribus ſuis aliquam eorum notitiam ſuggeſſerit, eosue, vt ab illis ſibi caueant, præmonuerit? Nouit auctor noſter, quod res iſtas plerasque in diuerſis *originum* mearum partibus, nactus occaſionem, palam impugnauerim, & nouationes magnasque corruptelas eſſe oſtenderim. Potuiſſet ergo ſaltem ad haſce epitomes ſuæ mearumue *originum* partes, vbi eæ tractantur, lectores ſuos remittere, ſi illas in collectionibus ſuis vno obtutu exhibere non libuiſſet.

VERVM ENIM VERO *Anti-epiſcopalibus*, ſiue *Presbyterianis* æque fauet atque *Pontificiis*. Nam nec iſtis locum vllum in catalogo ſuo adſignat. Feſtinauit, credo, vr-

gentibus operis, nec animaduertit eorum prætermissionem. Iam vero considerare ipsum oportet, quod, qui *Waldenses* nomine reiecti muneris episcopalis, (quod semper studiose tuiti sunt) falso arguit, silentio istos præterire non debuisset, qui episcopali auctoritati sese opponunt; quum hoc, tamquam heterodoxiam, quam sibi habent propriam, & a qua *Anti-episcopales* siue *Presbyteriani* appellantur, iure ac vere eis adscribere potuisset. Non autem hoc solum in *indice* eius deest, sed desiderantur etiam plura.

Si auctor noster animum induxit perfectum catalogum OMNIVM hæresium, quæ a primis inde christianismi initiis exstiterunt, præcipuarum item heterodoxiarum, quæ posterioribus temporibus ortæ sunt, tradere, debebat multa alia, tam vetusta quam recentiora nomina interponere, quæ vero in indice eius iam deficiunt. Ex primo quidem sæculo desunt; *Thebuliani*, *Cleobiani*, *Dositheani*, *Gorthæani*, *Merinthiani*: vt ne commemorem de *Dema*, *Hermogene*, *Hymenæo* & *Phileto*, *Alexandro* fabro, *Diotrephe* & doctrina *Iesabel*, quorum omnium mentio fit in scripturis. Ex secundo sæculo, *Bassus*, nouus discipulus *Valentini*. Ex tertio sæculo, *Discalceati*, *Apocaritæ*, *Dicartitæ* & *Solitarii*, nouæ *Manichæorum* propagines. Ex quarto sæculo, *Mnæi*, *Adelphiani*, *Psathyriani* & *Lucianistæ*, duo noui surculi *Arianorum*, *Adelophagi*, *Theoponitæ*, *Triscilidæ* siue *Triformiani*, *Hydrotheitæ*, *Cyrthiani* & *Pytheciani*, nouæ sectæ *Arianorum*, *Gyrouagi*, *Homuncionitæ*, *Ametritæ*, *Psychopneumones*, *Adecerditæ*, *Sarabaitæ*, siue *Remboth*, *Passionistæ*, *Nyctages*, *Theophroniani*, *Metagenetæ*, *Sabbatiani* siue *Protopaschitæ*. Ex sæculo quinto, *Vigilantiani* & *Massilienses*. Ex sæculo sexto, *Marcianistæ* siue sectatores *Marciani Trapezitæ*, *Tetraditæ* & *Seueriani* cum diuersis surculis, qui ex illis succreuerunt, *Contobabditæ*, *Pauliani*, *Theo-*

Theodosiani, *Damianistæ*, *Petritæ*, *Cononitæ*, *Corrupticolæ*; vna cum erroribus PETRI MOGGI & PETRI GNAPHEI siue FVLLONIS, qui magnum momentum in istius æui historia faciunt; sicut & praxes *Zenonis* cum *henotico* suo, & *Anastasii* aduersus concilium *Chalcedonense*. Ex sæculo septimo, IOANNES PHILOPONVS & *Ethicoproscoptæ*. Sæculum octauum celebre fuit ob controuersias inter *Iconoclastas* & *Iconolatras*. Et errores synodi *Nicænæ* secundæ cum maiore fructu in clariorem lucem proferri potuissent, si auctori nostro placuisset in historia generalium conciliorum lectoribus suis narrare, quam fortiter concilium *Francofurtense* & alia concilia ac scriptores istius sæculi & sequentium temporum eis sese opposuerint. Sæculum nonum & decimum GABRIEL PRATEOLVS(*), hæreticorum interregnum fuisse dicit & ecclesiæ ab hæreticis infestationibus quietem & cessationem per ducentorum annorum spatium & vltra. Alii ista tempora melius vocant tempora tenebrarum & ignorantiæ, vbi inimicus, dormientibus hominibus, seuerit zizania. Neque ipse CAESAR BARONIVS facere potest, quin ex certis rationibus ea vocet, *infelicissima Romanæ ecclesiæ tempora & omnium luctuosissima* (**), vbi periculum sit, ne *quid scandali pu-*

(*) Prateolus in elencho hæreticorum. Hæreticorum interregnum, hoc est, ecclesiæ ab hæreticis infestationibus quies & cessatio, per ducentorum annorum spatium & vltra, sub initium translati imperii ad Germanos: ab anno videlicet 800. quo Carolus, merito magnus dictus, regnare cœpit, vsque ad 1000. & vltra, donec sub Henrici tertii imperio, Berengarius diaconus Andegauanus in Gallia erupit, circa annum 1048. Quod sane Dei optim. max. gratia & fauore, atque sapientum principum sedulitate ac diligentia, in Deumque & christianam religionem propensa sinceritate atque flagranti dilectione, contigisse nemo dubitarit, qui eorumdem principum historias diligenter perlegerit.

(**) Not. Quæsiui hæc verba in BARONIO, sub initia sæculi noni &

sillus

ſillus animo patiatur, ſi quando videre contigerit abominationem deſolationis in templo. Si auctor noſter, pro eo ac decebat, ſcrutatus eſſet, grande idolum tranſubſtantiationis inuenire potuiſſet, hiſce temporibus formari cœptum in erroribus PASCHASII RATHBERTI, etſi non prorſus perfectum, niſi aliquot ſæculis poſt in concilio *Lateranenſi.* Item ſemina hæreſis *Hildebrandinæ*, herbeſcentia in temerariis auſibus pontificum horum temporum contra poteſtatem principum, vſque dum matureſcerent ſub *Hildebrando* ipſo, dicto *Gregorio VII.* Vt plurium errorum mentionem ne faciam, quos auctor noſter tacitus præteriit. In ſæculo duodecimo errores inuenire potuiſſet DVRANDI DE WALDACH, PETRI ABELARDI & GILBERTI PORRETANI, *Coterellorum* etiam & *Populicanorum*, eosque in indice ſuo interponere. In primis autem ſæcula decimum tertium & decimum quartum largam ei ſuppeditatura fuiſſent inſigniorum errorum ſegetem, quibus catalogum ſuum, *Wicleuitarum*, *Huſſitarum*, *VValdenſium* & *Albingenſium* loco, potuiſſet implere. In decimo enim tertio ſæculo errores apparent IOACHIMI abbatis PETRI IOANNIS DE OLIVA & IOANNIS DE PARMA infamis auctoris libri, qui *Euangelium æternum* inſcriptus & ad abrogandum euangelium *CHRISTI*, obtentu intro-

decimi ſed non inueni. Quæ autem ſequuntur, in principio ſæculi decimi (tom. X. p. 629. edit. Antuerp. MDCXVIII.) exſtant, vbi tamen in antecedentibus BARONIVS aliis verbis in iſtam fere ſententiam de hoc ſæculo iudicat. *En incipit*, inquiens, *annus redemtoris nongenteſimus, tertia indictione notatus, quo & nouum inchoatur ſæculum, quod ſua aſperitate ac boni ſterilitate ferreum, malique exundantis deformitate plumbeum, atque inopia ſcriptorum appellari conſueuit obſcurum. In cuius limine conſtituti, ad ea, quæ pro foribus adeo flagitioſa nuper contigit aſpexiſſe, antequam progrediamur vlterius, heic lectorem monendo, præfari aliquid neceſſarium duximus, ne quid ſcandali puſillus animo patiatur*, cetera.

du-

ducendi magis ſpiritualis euangelii *SPIRITVS SANCTI*, compoſitus eſt. Septem & viginti errores ac blaſphemias, quas monachi mendicantes hoc tempore magnifecerint & probauerint, in hoc libro notauit NICOLAVS EYMERICVS. Sed auctor noſter ne neceſſe quidem habebat hunc EYMERICVM quærere & euoluere. Nam EDVARDVS STILLINGFLEETVS amplam earum recenſionem exhibet in libro, quem de *fanaticiſmo eccleſiæ Romanenſis* (*) edidit. Sicut etiam errores commemorat GERARDI SEGARELLI, *Dulciniſtarum*, HERMANNI FERRARIENSIS & libri, qui vocatur *Flores S. Franciſci* (**), & alius cuiusdam, qui inſcribitur *Conformitates vitæ beati Franciſci ad vitam domini noſtri Ieſu Chriſti*. Quibus addi poſſent errores RAYMVNDI LVLLII, DAVIDIS DINANTII & BVGAVRII DE MONTE FALCONE, vna cum erroribus IOANNIS GVIONIS DE MERCVRIA, NICOLAI DE VLTRICVRIA, DIONYSII SOVLECHATI monachi ordinis *Franciſci*, IOANNIS DE CALORE, LVDOVICI cuiuſdam, & GVIDONIS, monachi *Auguſtiniani*, cum aliis quibusdam, qui his temporibus condemnati ſunt a GVILIELMO *Pariſienſi* & STEPHANO *Pariſienſi*, iuuante & approbante academia *Pariſienſi*, & ſub calcem quarumdam editionum PETRI LOMBARDI, vna cum erroribus huius ipſius LOMBARDI, leguntur, ſub hoc titulo, *Articuli, in quibus magiſter ſententiarum communiter non tenetur. Lombard. ſentent. Lugd.* MDXCIIII. *8uo.* HENRICVS SPONDANVS hiſce adiungit *Condormientes*, *Paſtorelles*, GVIDONEM DE LACHA, *Humiliatos* & *Ordinem apoſtolorum*: Qui omnes in ſæculo decimo tertio apparuerunt, præter famoſas *Guelphorum* & *Gibelinorum* diſputationes, quæ ſequentibus temporibus continuatæ ſunt. In ſæculo decimo quarto errores deprehenduntur ARNALDI MON-

(*) Fanaticiſm of the Church of *Rome*.

(**) The Flowers of St. *Francis*.

TANERII, ALNALDI DE VILLA NOVA, BERTOLDI DE ROBACK, MARTINI GONSALVI CONCHENSIS, NICOLAI CALABRI, BARTHOLOMAEI IANOVESII, *Bizochorum*, *Fratrum de paupere vita*, *Pseudapostolorum*, IOANNIS DE LATONE, IOANNIS HATONIS, sectæ *Impurorum*, RAIMVNDI DE TERRAGA, AMADEI *Lusitani*; *Albatorum*, qui cum magna sanctitatis suæ admiratione omnes partes *Europæ* peragrarunt; *Templariorum*, quorum ordo in concilio *Viennensi* exstinctus est; nouorum *Sabellianorum* in *Hispania*, qui ex hypothesi transsubstantiationis statuerunt, eucharistiam esse *PATREM*, *FILIVM* & *SPIRITVM SANCTVM*; errores FRANCISCI CECCI, astrologi *Italici*; Litigiosæ disputationes inter GREGORIVM PALAMAM, & IOANNEM CANTACVZENVM ab vna parte, & BARLAAMVM atque GREGORIVM ACINDYNVM ab altera parte, de lumine *Thaboritico*; Reuelationes *S. Brigittæ* & *S. Catharinæ* pro immaculata *Mariæ* virginis conceptione & contra hanc ipsam; controuersiæ de eadem materia inter *Dominicanos* & *Franciscanos*; & ferociores contentiones horum ordinum de paupertate *IESV CHRISTI*, de quibus EDVARDVS STILLINGFLEETVS in *fanaticismo ecclesiæ Romanensis* & auctor *mysterii Iesuitismi* fuse disputant. Et hisce addi poterant errores pontificis IOANNIS XXII, qui nonaginta ei adscribuntur a populari nostro GVILIELMO OCCAM, propter quod ipse cum amicis suis IOANNE PARISIENSI, IOANNE DE POLIACO, PETRO DE VINEIS, IOANNE DE IANDVNO & MARSILIO DE PADVA cum multis aliis hæreseos insimulantur, re ipsa imperialem potestatem contra populum firmissime adserentes. Quorum tractatuum collectio reperiri potest in MELCHIORIS GOLDASTI *monarchia imperii Romani, seu de iurisdictione & potestate imperatoris & papæ, per varios auctores* 3 vol. *Hanou.* MDCXII. *fol.*

SAECVLO decimo quinto occurrunt litigiosæ illæ disputationes inter concilia *Constantiense* & *Basileense* ab

vna,

vna, & concilium *Florentinum* ab altera parte, de eo, an pontifex *Romanus* errori obnoxius & conciliis generalibus superior sit? Error concilii *Constantiensis* in eripiendo multitudini calice; error concilii *Basileensis* in stabiliendo dogmate de immaculata conceptione *S. Mariæ* virginis. Errores item AVGVSTINI DE ROMA, IOANNIS PARVI, FRANCISCI GEORGII VENETI, LAVRENTII VALLAE, instauratoris *Sabellianismi*, NICOLAI MACHIAVELLI, MATTHAEI PALMERII, PETRI DE ARANDA, *Fanaticorum Sueuensium*, MATTHAEI TIBVRTINI Enthusiastæ *Franciscani*, *Tympanistæ Germani*, & sectæ sic dictorum *Opinionistarum*: Vt ne mentionem faciam HENRICI HARPHII, cuius errores, quia tantum ab *indice Romano* damnati sunt & expurgati, magis dubiæ naturæ sunt. Fuit etiam ineunte hoc sæculo quidam VINCENTIVS FERRERIVS, *Catalaunus*, ordinis prædicatorum, qui iam pro insigni sancto habetur ab HENRICO SPONDANO & CAESARE BARONIO aliisque ecclesiæ pontificiæ scriptoribus. Fuit autem aliquando tempus, vbi hæreticus declaratus est a NICOLAO EYMERICO, hæreticæ prauitatis inquisitore, eo quod *Iudam* proditionis ad salutem pœnituisse, statuerit. Quibus addi possent errores QVADRIGARII & MVNERII, damnati a schola *Parisiensi* an. MCCCCXLII & MCCCCLXX.

De sæculo decimo sexto non multum temporis effluxit, antequam HVLDERICVS ZWINGLIVS & MARTINVS LVTHERVS ecclesiam reformare cœperunt: tamen in hoc breui interuallo auctor noster notare potuisset HERMANNVM RISSVICVM, *Fossarios* in *Bohemia* & PETRVM POMPONATIVM in *Italia*, qui publice contra immortalitatem animæ disputauit. Et si addidisset THOMAM DE VIO, hoc est, CAIETANVM cardinalem, auctoritate id fecisset GABRIELIS PRATEOLI & AMBROSII CATHARINI, qui librum ex instituto aduersus *Caietanum* scripsit, in quo ei plus du-

centos errores tribuit, ex quo libro excerpta quædam leguntur apud MATTHIAM FLACIVM ILLYRICVM, *de controversiis religionis papisticæ*, p. 138. *Basil.* MDLXV. 4*to.*

DEVENIMVS iam ad tempus *Reformationis*, vbi auctor noster multas adnotauit sectas & heterodoxias, multo autem plures prætermisit notatu omnino dignas. AMBROSIVS CATHARINVS, qui CAIETANVM condemnat, errores quoque ipsemet habet ab aliis notatos. ANTONIVS SOTOMAIOR in indice suo quosdam eius libros legi vetat, iubetque expurgari. Quæri autem potest, vtrum hoc factum sit ob errores eius vere tales, an solum ob opiniones, ad partes protestantium inclinantes. Nam opinio eius de statu quodam post huius mundi finem in noua terra inter cælum & orcum intermedio, pro illis, qui non ita boni fuerunt, vt in cælum admitti possint, nec tam mali, vt ad orcum damnandi sint, error est qui meruisset, vt ab auctore nostro obseruaretur. De *Anabaptistis* loquitur, at confuse & permixte, quum alii eos ad minimum in quatuordecim sectas, pro diuersis suis dogmatibus, dispertiant, nimirum in *Muntzerianos*, *Apostolicos*, *Separatos*, *Catharos*, *Silentes*, *Enthusiastas*, *Liberos*, *Adamitas*, *Hutitas*, *Augustinianos*, *Beuckeldianos*, *Melchioritas*, *Georgianos* & *Mennonistas*. Nonnulli hisce addunt *Pastoricidas*, *Nudipedes*, *Manifestarios*, *Clancularios*, *Baculares*, *Batemburgicos*, *Pacificos* & *Sanguinarios*. Auctor noster quorumdam ex illis meminit sub suis ipsorum titulis, maximam autem illorum partem omisit. Debebat etiam *Anabaptistas Anglicanos* ab aliarum regionum *Anabaptistis* distinguere, quia a multis illorum opinionibus abhorrent. De *Antitrinitariis* loquens dicit, eos esse propagines veterum *Arianorum* & *Samosatenianorum*, in stirpem eorum insitos, a MICHAELE SERVETO. Quum tamen SERVETVS non fuerit *Arianus* nec *Samosatenianus* sed instaurator *Sabellianismi*, in

quo

quo sectatorem habuit BARTHOLOMAEVM KECKERMANNVM & plures alios, quos nusquam tam seuera censura vexat. Auctores recentioris *Arianismi* fuerunt VALENTINVS GENTILIS, GEORGIVS BLANDRATA, GREGORIVS PAVLI, MATTHAEVS GRIBALDVS, FRANCISCVS DAVID, IOANNES PAVLVS ALCIATVS, IOANNES CAMPANVS, & LAELIVS SOCINVS, FAVSTI SOCINI patruus, de quibus auctorem nostrum sub diuersis eorum titulis differere oportebat distinctius. Attingere etiam, breuiter saltem strictimque, debuisset errores IVLII CAESARIS VANINI, ANDREAE CAESALPINI & THOMAE HOBBESII, qui in eadem, qua BENEDICTVS SPINOSA, fuerunt classe. Operæ quoque pretium fuisset lectorem docere, quæ singulares & heterodoxæ opiniones fuerint ARCHERI, qui, inter alia in res diuinas contumeliosa dicta, Deum auctorem esse peccati publico scripto docuit, quamobrem a theologorum ordine castigatus & liber eius per carnificem an. MDCXLV. combustus est. Notare etiam debuisset errores IACOBI BOEMII & ANTONIETTAE BOURIGNONIAE (contra quos D. COCKBVRNIVS scripsit) HIERONYMI item CARDANI, STEPHANI CVRCELLAEI, SIMONIS EPISCOPII & IACOBI ARMINII; & errores HVGONIS GROTII, posteaquam consilium cepit comprehendendi mitioremque in partem interpretandi & *Pontificiorum* & *Socinianorum* dogmata, quod in vltimis eius scriptis manifesto apparet; Errores quoque EDVARDI HERBERTI DE CHERBVRY; Nouam hæresin *Iesuitarum*, vti ipsi *Iansenistæ* eam vocant, qui pontificem *Romanum* omni errore immunem statuunt, non solum in rebus fidei, sed rebus etiam facti, & potestatem ei tribuunt deturbandi de solio principes & subiectos absoluendi a sacramento debitæ illis fidelitatis. Quæ doctrina passim occurrit in scriptis ROBERTI BELLARMINI contra GVILIELMVM BARCLAIVM & WIDDRINTONEM

ſub nomines SCVLKENII, & in MARTINO BECANO, & IOANNE MARIANA, FRANCISCO SVAREZIO, IOANNE AZORIO, EMANVELE SA & compluribus aliis, quorum librorum nonnulli vna cum libro BARONII *Pariſiis* & *Mantuæ Carpetanorum* per carnificem publice combuſti ſunt. Hiſce addi potuiſſet noua doctrina *Ieſuitarum* moralis, ſatis fuſe expoſita in libris, qui inſcribuntur, *litteræ prouinciales de morali & politica Ieſuitarum diſciplina*; præcipue deſumta ex ANTORIO DE ESCOBAR, VINCENTIO FILLIVCIO & aliis iſtiusmodi ſcriptoribus. Doctrina item de probabilitate, defenſa a IOANNE CARAMVELE, quæ viam aperit effrenatæ licentiæ, quo nomine damnata & notata eſt in ipſo *Romano indice*, ſub hoc titulo: *IOANNIS CARAMVELIS apologema pro antiquiſſima & vniuerſaliſſima doctrina, de probabilitate prorſus prohibetur.* Exſtant etiam non minus quadraginta quinque propoſitiones theologiæ caſuiſticæ *Ieſuitarum*, ex quibus hæc doctrina de probabilitate vna aliqua eſt, damnatæ duabus, vt vocantur, bullis *Alexandri VII.* ſub calcem *Romani indicis*, quæ in auctoris noſtri collectione interponi potuiſſent. Sicut & cenſuræ ſupremæ curiæ *Pariſienſis* & ſcholæ, quam *Sorbonam* vocant, in propoſitiones ANTONII SANCTARELLI an.¹ MDCXXVI. quibus poteſtatem deponendi reges pontifici *Romano* adſerere conatus eſt: Cenſura modo dictæ ſcholæ in *Ieſuitas* an. MDCLXI. quod papam eadem gaudere docuerunt infallibilitate, qua gaudeat *IESVS CHRISTVS*, in rebus facti non minus quam iuris. Cenſura item ſcholæ *Sorbonicæ* an. MDLXI. in alium auctorem, quod adfirmauit, papam habere poteſtatem decernendi de hæreticorum principum dominiis, & abſoluendi ſubiectos a ſacramento fidelitatis. Quæ omnia inueniuntur in libro, inſcripto *The pernicious Conſequences of the new Hereſy of the Jeſuits.* EDMVNDVS quoque RI-

CHE-

CHERIVS censuram nobis exhibet *Sorbonæ* in quemdam LVDOVICVM COUBANT, quod statuerit, episcopos auctoritatem suam non habere proxime a *IESV CHRISTO*, sed a papa *Romano*: Et aliam, in LVDOVICVM CELLOTIVM, quod concilia auctoritatem a solo papa habere docuerit: Et aliam, in FRANCISCVM GUILLOU, & rursus aliam in IACOBVM VERNANTIVM ob easdem adsertiones; præter censuram SANCTARELLI *Iesuitæ*, quæ heic etiam memoratur. RICHER. *Vindic. doctrinæ scholæ Parisiensis.* In alio libro RICHERII *de potestate papæ in temporalibus* decreta senatus *Parisiensis* habemus contra TANQVERELLVM, PERRONIVM cardinalem & BERNARDINVM CASTORIVM ob publicatam infamem illam bullam pontificiam *de cœna domini*, & aduersus IOANNEM CASTELLVM ac FLORENTINVM IACOB & RAVAILLACVM, qui *Henricum IV* regem *Galliæ* interfecit, inductus illo dogmate de potestate deponendi principes hæreticos; Decreta etiam contra ROBERTVM BELLARMINVM, MARTINVM BECANVM & SCVLKENIVM, hoc est, BELLARMINVM ipsum & FRANCISCVM SVAREZIVM, ob varios ac perniciosos libros, quos de eodem argumento ediderunt. Quorum omnium recensio auctoris nostri catalogo recentiorum heterodoxiarum ornamento fuisset. Porro, si EDVARDI STILLINGFLEETI inspexisset librum *de dissidiis cleri Romani* (*), præter schismata paparum in prioribus sæculis eorumque contentiones cum imperatoribus de potestate temporali, & mutuas dissensiones inter ordines monasticos, distincta narratione ibi expositum, videre potuisset, quanto conatu studioque *Iesuitæ* potestati & jurisdictioni episcopali sese opposuerint, in libris NICOLAI SMITHI & THOMAE A IESV; qui libri primum ab archiepisco-

(*) Of the Divisions of the *Roman* Clergy.

po

po *Parisiensi*, deinde a *Sorbona* & tandem ab episcopis *Galliæ* in conuentu *Parisiis* habito, sub censuram vocati & damnati sunt. Hisce subiungere potuisset libros, quos *Iesuitæ* sub fictis nominibus HERMANNI LOEMELII & EDMVNDI VRSVLANI ediderunt, & *censuram symboli apostolici* ad vertendas in ludibria censuras *Parisienses* publicatam. Item, quomodo illis denuo responderit FRANCISCVS HALLERIVS, ISAACVS LVDOVICVS DE MAISTRE & PETRVS AVRELIVS, qui ostenderunt, hasce doctrinas a *Iesuitis* defendi: „*Quod ordo episcopalis non sit* „*necessarius ad essentiam particularis alicuius ecclesiæ; Quod di-* „*gnitas episcopalis non sit iuris diuini; Quod confirmatio dari* „*possit sine episcopis; Quod ordo monasticus perfectior sit ordine* „*episcopali; & quod sic dicti regulares exemti sint ab episcopo-* „*rum iurisdictione.* Et quidquid *Romæ* contra hasce doctri- „nas factum sit, eo tantum spectasse, vt vtriusque partis „libri supprimerentur; eaque de re doctores *Parisienses* „grauiter conqueri, quod tales indignitatis & offensionis „pleni ac seditiosi libri, quales sint hi *Iesuitarum*, eam- „dem *Romæ* gratiam ineant quam censura episcoporum „*Galliæ*; quod profanæ eorum & impiæ censuræ symboli „apostolici nulla offensionis nota inusta sit eorumue cri- „minationibus, quando episcopos & theologos contu- „meliosissimis nominibus appellent ipsosque veritatis ac „pietatis inimicos esse dictitent„. Si auctor noster ea etiam, quæ in dicto libro *Stillingfleetiano* aliquanto post sequuntur, oculis perlustrasset, deprehendere potuisset, quam immani & barbara ratione *Arnandum Guerrerum*, insularum *Philippinarum* episcopum, tractarint, quia in synodo quadam eos condemnauerat, eo quod omnia agere ausi essent, inconsulto episcopo & insuper habita illius iurisdictione. Item quemadmodum se gesserint aduersus episcopum *Angelopolitanum* in *America* ex eadem prorsus

sus

ſus ratione: Et, quam horrenda in catecheſi eorum, quam recens conuerſis in *China* dare ſoliti ſint, contineantur, a congregatione de propaganda fide *Romæ* ann. MDCXLV. damnata propoſitionibus ſeptendecim. Summa inſtitutionum eorum hæc erat: *Pauca loqui de Chriſto crucifixo, ſed hanc parui momenti & minus dignam conſideratu circumſtantiam doctrinæ chriſtianæ, quam fieri poſſit, diligentiſſime celare; omnibus & iisdem ritibus vti, quibus vtantur idololatræ, modo vt omnem eorum cultum ad Chriſtum & ſanctos dirigant; Non magnopere angi de ieiunio, pœnitentia, confeſſione, & participatione eucharistiæ, nec de ſeueritate reſipiſcentiæ & mortificationis.* Nonne hi tam pernicioſi errores ſunt, quam vlli eorum, qui in hiſce poſterioribus ſæculis apparuerunt? Nonne igitur digni erant, qui in modernarum heterodoxiarum legerentur catalogo? ALPHONSVS DE VARGAS quatuor libros contra illos in vulgus edidit, qui inſcribuntur:

Relatio ad principes chriſtianos de ſtratagematis & ſophiſmis politicis ſocietatis Ieſu ad monarchiam orbis terrarum ſibi conficiendam.

Sedis apoſtolicæ cenſura aduerſus nouam, falſam, impiam & hæreticam ſocietatis Ieſu doctrinam nuper in Hiſpania publicata.

Ieſuitarum fidei ſymbolum velut canticum nouum.

Actio hæreſis in ſocietatem Ieſu.

AT ENIM VERO auctor noſter multas alias heterodoxias ſilentio præteriit, dignas omnino, de quibus docerentur lectores. Cuiuſmodi ſunt errores IOANNIS DEE & KELLEY, de conuerſatione cum angelis, publicati a MERICO CASAVBONO, *Londini* MDCLIX. Errores THOMAE MONETARII & CHRISTOPHORI SCHAPLERI: *Nicodemitarum*, contra quos ſcripſit IOANNES CALVINVS: NICOLAI DRABICII Enthuſiaſtæ *Germani:*

IACOBI BROCARDI, prophetæ apocalyptici, damnati in ſynodo proteſtantium *Rupellæ* an. MDLXXXI. PAVLI GREBNERI vatis *Sueci*: IOANNIS FRANCISCI BORRI: BERNARDINI OCHINI, THEOPHILI ALETHEI, & libri, qui vocatur *Polygamia triumphatrix*, IOANNIS MILTONII, CORNELII VYTHAGII aliorumque defenſorum polygamiæ & diuortiorum: *Paionismus* profligatus a FRIDERICO SPANHEMIO in elencho. Errores GVILIELMI POSTELLI, P. SIMONIS, *Schwenckfeldianorum*, VINCENTII VIVIANI *Itali*, CONRADI VORSTII, *Weigelianorum* & *Paracelſianorum*, ſic dictorum nouorum prophetarum *Germaniæ*, quorum blaſphemiæ videri poſſunt in epiſtola dedicatoria, quam theologiæ ſuæ præmiſit MARCVS WENDELINVS, & apud IOANNEM HORNBECKIVM, THEODORVM THVMMIVM & BECKMANNVM, qui ex inſtituto contra eos ſcripſerunt.

HISCE addi opportune potuiſſet relatio de nouis prophetis in *Anglia* noſtra, qui non multis abhinc annis maximum ſtrepitum dederunt; & de *Maſonitis* paullo ante illos, nec non de *Rationaliſtis*, *Latitudinariis*, *Libere cogitantibus* & de *Vnioniſtis*, qui doctrinam papiſtarum & proteſtantium, recte quidem repræſentatam, vnam eamdemque eſſe dictitant; cuiuſmodi fuit DAVENPORTVS, alias dictus SANCTA CLARA, IACOBVS BENIGNVS BOSSVETVS, *Condomienſis* primum poſtea *Meldenſis* epiſcopus, & alii iſtiuſmodi reconciliatores & expoſitores fidei. Errores IOAN. TOLANDI, ASGILII & libri, qui inſcribitur *Iura eccleſiæ chriſtianæ* (*), iure ſuo in auctoris noſtri *indice* locum habere potuiſſent. Ita quoque diverſæ *Fanaticorum* ſectæ in vltima rerum confuſione ab an. MDCXL ad an. MDCLX. *Vaniſtæ*, ſiue diſcipuli HENRICI VANI; Noui *Bœmiſtæ* auctore IOANNE POR-

(*) The Rights of the Chriſtian Church.

DAGIO; Sectatores ROBERTI GELLI, PARKERI & AVGVSTINI GIBBONII; LVDOVICVS MOLINAEVS, LEVELLERVS & multi alii, qui describuntur in EDVARDI *gangræna* & *reliquiis Baxterianis* aliisque consimilibus huius æui relationibus.

AVCTOR noster fortassis sibi ipse iam persuadere incipiet, plus æquo sese breuitati seruiisse, & nimia prætermisisse in breui sua *omnium* præcipuarum hæresium, quæ ab initiis inde christianismi exstiterunt, recensione; quum tot ex antiquis pariter & recentioribus reliquæ sint, quas non tantum non recensuit, sed ne nominauit quidem aut leuissime attigit. Si dixerit, non opus fuisse; Respondeo, ita est, vt ipse dicit, respectu habito ad opus, in quo tum occupatus erat. Quum autem semel id ipsum susceplisset, promissa debebat perficere & operam dare, vt liber responderet titulo. Sed hoc forte fieri non potuit, nisi magnum aliquod volumen de hoc argumento conscriberet. Tunc autem illud seorsum edendum fuisset, atque ita epitome eius tanto minoris iam constaret essetque commodior. Pauperes eius lectores antiquas hæreses ex AVGVSTINO *de hæresibus* tutius & minore sumtu cognoscere potuissent. Libellus enim *Oxonii* seorsum excusus & vno denario (*) venalis est. Quod autem ad modernas sectas attinet, eæ nihil faciunt ad institutum explicandæ antiquitatis, adeoque hac occasione potuissent prætermitti.

DE HISTORIA autem octo conciliorum generalium, in qua longissimus est, ita censeo, potuisse hac non minus quam illa supersederi. Nam auctor nouissimus libri, qui vocatur *Vade mecum clericorum*, in volumine secundo in eiusmodi lectorum gratiam canones tam *vniuer-*

(*) Six penny Book.

ſalis quam *Romani* & *Africani* codicis, ad annum vſque DCCLXXXVII enarrauit. Quem librum dicere auſim in pauperrimi cuiuſque clerici manibus fuiſſe ante, quam auctor noſter, magna permotus miſericordia, eis opitulari animum induxit. Si quid in rem præſentem facere voluiſſet, non debuiſſet actum agere, ſed breuem eis tradere recenſionem iſtorum conciliorum *Latinorum*, quæ ab ante memorato auctore non attinguntur, ſæpiſſime autem adlegantur in meis *originibus*. Quam ob cauſſam alphabeticum & chronologicum eorum indicem dedi, quum ſint centum circiter & viginti, vna cum numero canonum, qui in eis continentur. Quod pro inſtituti mei ratione ſatis eſt.

VNIVERSVM etiam opus generali rerum ſuppleui indice; voluminibus, libris, capitibus, ſectionibus & paginis diſtincte adnotatis. Addidi etiam catalogum auctorum, quos in elaborando opere a principio ad finem vſque conſului. Meditabar animo alium quoque indicem ſubnectere iſtorum auctorum, quos nec videndi nec euoluendi mihi copia fuit, qui tamen magno vſui illis eſſe poſſunt, qui in hoc antiquitatum eccleſiaſticarum ſtudio longius progredi cupiunt: Quia vero auctor noſter ad repetendos labores meos me vocat, & impellit, vt ſim mei ipſius epitomator,

- - - (*Donatum rude repoſcit,*
Atque iterum antiquo tentat me includere ludo.)

ad commodiorem id occaſionem differo: optans lectori interea tantam voluptatem, delectationem & vtilitatem in legendis ſine labore his collectionibus, quantam ego, magno quidem permiſtam labore, in excerpendis digirendisque illis percepi.

AD-

ADDITAMENTVM.

AD maius antiquitatis ecclesiasticæ incrementum, si qui validi, docti, sollertes & iudicio pollentes iuvenes ad hanc potissimum rem sese applicare velint, multum profuerit, si sequentia opera conficiantur ab eis, quibus librorum vsus & otium suppetit, maxime in academiis.

I. Supplementum ad meas *origines*, in libro quodam rituum miscellaneorum: ad quem componendum, si per diuinam gratiam melius valuero, ego ipse alacer atque lætus adgrediar, tametsi id in minimis iam pono eorum, quæ desiderantur.

II. Commentarius catholicus in scripturas, quem doctus quidam & diligens scriptor iam inchoauit, in eoque conficiendo animum occupatum habet.

III. Systema theologiæ catholicæ, ex ipsis veterum scriptorum effatis concinnatum; cuiusmodi *Theologia dogmatica* DIONYSII PETAVII & LVDOVICI THOMASSINI inter *Romanenses* est.

IV. Systema theologiæ practicæ seu moralis & casuisticæ: Cuiusmodi quiddam faciendi occasionem habui, quod ad grandia crimina contra decalogum attinet, quæ sub disciplinam cadunt ecclesiæ. Perfectum autem opus in hoc genere, quod de omnibus virtutibus, vitiis & quibusuis casibus practicis agat, amplius ac diffusius, magnoque vsui concionatoribus & theologiæ moralis doctoribus fore video.

V. Editio canonum, conciliorum, *Græcorum* & *Latinorum*, quæ iustæ auctoritatis & fidei sit, & ex ipsis vetustatis fontibus adornata. Versiones enim & epitomæ etsi quodammodo vtiles sunt indoctis, hominibus tamen, vera doctrina & iudicio præditis, non faciunt satis,

qui ad ipſos ſemper fontes amant recurrere. PETRVS ALLIXIVS aliquando hoc ipſum molitus & ſingulari beneuolentia ac liberalitate patrum conſcriptorum ſupremi ſenatus Magnæ Britanniæ fruitus eſt, qui, vti ego quidem certior factus ſum, extraneæ chartæ vſum ſine vectigali ipſi concesſerunt, & tamen conatus eius hac vel illa ratione irritus factus eſt. Acta conciliorum, quæ a canonibus differunt, longiora ſunt, quam vt in tali editione interponi poſſint: Canones autem ipſi, vti in ipſis fontibus *Græce* & *Latine* habentur, duobus mediocribus voluminibus in forma, quam vocant, quarta comprehendi poſſent. Quod ſtudioſis modica pecunia inſtructis plurimum vtilitatis adlaturum eſſet, ſi potiſſimam magnorum, viginti vel triginta numero, voluminum conciliorum partem haberent, in manus ſibi fideliter & vili pretio traditam: quum iam eiuſmodi conciliorum editiones, qualis eſt illa PHILIPPI LABBEI, vix per integram aliquam diœceſin inuenias, præterquam in bibliothecis cathedralibus aut ecclesia quadam collegiata, vbi paucis, qui ad euoluendum eas propenſi ſunt, ſine labore & ſumtu aditus datur, niſi quis forte in vicinia degat, quod per diuinam providentiam mihi contigit, ſine qua opportunitate nullam vmquam partem conficere potuiſſem operis, quod iam, quæ Dei eſt gratia, abſolui.

VI. Hiſtoria perſecutionum & paſſionum priſcorum martyrum, ex authenticis eorum actibus & probatis hiſtoricis extracta, ſine ſpuriis additamentis ineptorum ſcriptorum, *legendarum* & incertorum *martyrologiorum* poſterioris æui. Ego aliquando ad hoc ipſe me applicaui, & multa hanc in rem per annum vnum & alterum legi, tamquam exhortationes pomeridianas, aptas ad alendum zelum & conſtantiam in religione, in eccle-

ecclesia mea parochiali. Aliæ autem occupationes id attentatum deserere me coëgerunt. *THEODORETI RVINARTI acta primorum martyrum sincera & selecta*, & *ANTONII PAGI critica in annales CÆSARIS BARONII* singulari vsui forent ei, qui istiusmodi opus denuo adgredi vellet & ad exitum perducere. Ita quoque liber *IOANNIS MEISNERI de persecutionibus & martyriis christianorum veterum; CHRISTIANI KORTHOLDI de persecutionibus ecclesiæ primitiuæ, sub imperatoribus ethnicis*; & *ANTONII Gallonii de SS. martyrum cruciatibus*, quos in prolegomenis ad *historiam litterariam* laudat *GVILIELMVS CAVEVS*. Dissertatio *HENRICI DODWELLI* in *Cyprianum* duodecima ad exponendas caussas fortitudinis primorum martyrum longe est accommodatissima: Vndecima autem de *paucitate martyrum* non alio facit, nisi vt ostendat, quid vir aliquis magnus de mala quadam caussa possit dicere, & argumentari plausibiliter in leuibus ac falso fundamento innixis rationibus, a qua autem re huiusce operis molitor sibi caueat oportet, diligenterque consideret, quæ contra eam dixit *RVINARTVS*.

VII. HISTORIA hæresium, heterodoxiarum & schismatum, quæ, quidquid hanc in rem tentatum fuit, numquam ita perfecta apparuit, vt quis in ea satis acquiescere possit. *GVILIELMVS CAVEVS* lectoribus suis nomina auctorum, qui de hoc argumento scripserunt, recitat: Tandem vero his notatu dignis verbis concludit: *His tamen aliisque plurimis, qui addi poterant, non obstantibus, opus accuratum de hæreticis, præcipue antiquis, deque eorum ortu, progressu, adfinitate, dogmatibus, duratione, merito adhuc inter desiderata habendum est.* Quam obseruationem recte se habere, animaduersiones, quas in recentissimum quemdam huius generis auctorem modo feci, plane demonstrare existimo. Multa plura de hoc

argu-

argumento dicere poteram, ſed quæ iam innui, ea homini ſapienti ſufficiunt, qui ad tale opus edendum animum ſuum adiecerit.

VIII. Denique, Supplementum ad hos magnos & incomparabiles ſcriptores *CAVEVM* & *DV PINIVM*, quorum vterque tam eximiam hiſtoriam ſcriptorum eccleſiaſticorum edidit. Vix quidquam in hoc genere tam perfecte præſtari poteſt, quin multa conſideratione digna addi poſſint. Exſpectauit orbis eruditus adhuc tertium volumen a *CAVEO*, atque ita fortaſſis reliquorum hominum omnium laboribus ſuperſederi poſſet; Antequam autem illud appareat; dicere audeo, multos auctores occulto latere & a plerorumque conſpectu penitus eſſe reconditos. Et hoc ſatis eſt ad declarandum, eſſe hoc argumentum, quod ad maiorem perfectionem prouehi poſſit. Præterea autem hæc res eo etiam prodeſſet, vt variorum hiſtoricorum aliorumque ſcriptorum notitia in lucem proferretur, quorum teſtimonia cauſſam proteſtantium confirmarent, & contrarias eccleſiæ *Romanenſis* corruptelas refellerent.

QVANDO iam huius rei mentionem feci, duo vel tria adhuc addam, quæ maximo vſui eccleſiæ forent, ſi ab hominibus induſtriis & intelligentibus conficerentur, licet ad antiquitatem non ſpectent.

1. Diſſertatio de *Romanis indicibus* librorum prohibitorum & expurgatorum, oſtendens rationes, ob quas inquiſitores tam ſollicite eos prohibeant & expurgent. Perſuaſus ſum, hac ratione inſignem catalogum teſtium veritatis contra manifeſtos eccleſiæ *Romanenſis* abuſus & corruptelas ex domeſticorum ſcriptorum confeſſionibus adornari poſſe ipſius.

2. No-

2. Nouum opus breuium adnotationum marginalium in ſacrum codicem, explicantium tantummodo difficultates maxime obuias, quæ vulgares lectores demorari poſſunt. Eruditi ſatis adnotationum habent, quæ iſtarum vicem ſuppleant. Videtur autem aliquid iſtius generis deeſſe pro lectoribus indoctis. Cohortatus ſum aliquando doctos amicos ad hocce opus, quibus forte poſtea aliud quoddam vtile negotium demandatum fuit: Et niſi idem mihi contigiſſet, attentaſſem non nihil huiuſmodi in indoctæ multitudinis gratiam, cui ſcripturas ſacras legere licet, ſæpius tamen adminicula ad earum intelligentiam deſunt. Cui rei remedium adhiberi poſſet, ſi vel aliquid lucis adfunderetur verſioni, vel obſcura quædam phraſis aut antiqua conſuetudo explanaretur, a qua ſacri ſermonis ſenſus ſæpiſſime pendet, cum aliis eiusmodi viis ſcripturas ad captum vulgi accommodandi.

3. Vſque dum hoc efficiatur, breuis expoſitio iſtorum modo capitum, quæ tamquam aptæ lectiones de veteri teſtamento recitantur, vulgi captui & rudioribus lectoribus conducere poſſet ad inſtituendas meditationes in haſce ſcripturæ partes, quas eccleſia in ædificationem & inſtitutionem eorum ſelegit, & quæ alicuius lucis & ducis maxime indigere videntur, vt finem, quem ſibi præfixum habent, obtineant. Niſi me fallit animus, tale opus vidi, a COOPERO epiſcopo ſuperioribus temporibus elaboratum. Siue autem illud hunc vel alium quempiam auctorem habeat, ego tale quiddam, ſapienter quidem factum, opus generatim vtile ad iſtum finem, qui intenditur, habitum iri exiſtimo. Equidem *poſtillis*, ſiue explicationibus epiſtolarum & euangeliorum, nec non vberioribus adnotationibus in

vetus & nouum teſtamentum abundamus: Sed breues iſtæ explicationes, quarum memini, multo magis neceſſariæ ſunt; atque hoc ipſum ſatis valet ad negotium illud pio & religioſo cuidam auctori commendandum.

QVIDQVID contra hæc omnia maxime opponi poteſt, hoc eſt, quod vnumquodque eorum maius ſit, quam vt aliquis per ſe ſolus id ſuſcipere poſſit atque perficere. Idem illud contra me & *origines* meas obiectum eſſe memini, quum primum earum volumen publicaſſem. Gratias autem ago Deo, qui mihi hoc dedit, vt iſtam obiectionem ipſe confutarim, & demonſtrarim publice, magna & laborioſa opera non ſemper ita formidoloſa eſſe, vti quidem eſſe creduntur. Exiguum aliquod ſpecimen hac in re dedi, quid induſtria vnius cuiusdam hominis valeat, cui nec ſummum ingenium ſit, nec firmiſſima corporis conſtitutio. Et quum periculum mei ipſius fecerim, decentius & liberius has res aliis poſſum commendare, qui ad eas ſuſcipiendas idonei ſunt. Dum autem hoc dico, non quosuis audaculos, vt ita loquar, empiricos in theologia & hiſtoria ad edenda iſtiuſmodi opera incitatos volo, ad quæ, vel ob cognitionis inopiam vel defectum iudicii, nullo modo idonei ſunt. Ad omnes iſtos monitum illud poëtæ ſpectat:


Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. - - -

Quæ regula ſi negligatur, multo plura damna quam commoda ex eiusmodi conatibus exſiſtunt. Iſtorum enim hominum ſcripta eo tantum valent, vt confundatur doctrina, & res peiore loco relinquantur, quam in quo deprehenſæ ſint. Teſtatur id quotidiana experientia cum rei

rei litterariæ pariter ac religionis detrimento. Quidquid igitur excitationis gratia dixi, non ad istos, sed ad intelligentes, sollertes, modestos & doctos homines spectat, quibus nihil nisi par eruditioni animus deest, vt ipsos eo adducam, vt res vtiles in ecclesiæ gratiam agendo diuinæ gloriæ euadant instrumenta. Ecclesiæ nostræ numquam defuerunt eiusmodi magna & illustria ingenia, nec illi vmquam ea defore confido, ad veritatem cum omnibus doctrinæ & eruditionis subsidiis proponendam, conatusque omnium religionis hostium, qui istam vel aperte oppugnant, vel fundamenta illius suffodiunt clandestine, reprimendos.

DEVS omnia feliciter succedere iubeat eis, quibus facultas est & voluntas magna & vtilia opera, ad pietatis & religionis incrementum, suscipiendi, & ruinosam murorum ecclesiæ labem aduersus omnes veri rectique hostes propugnandi.





ΣΥ΄ΝΟΨΙΣ.

LIBER VICESIMVS TERTIVS

De ritibus funebribus, siue de consuetudine & ratione sepeliendi mortuos in ecclesia antiqua.

CAPVT PRIMVM

De cœmiteriis, siue locis sepulturæ; vbi simul disquiritur, quomodo & quando consuetudo sepeliendi mortuos in ecclesiis primum inducta sit.

CAPVT SECVNDVM

Aliæ quædam obseruationes de loco, ratione & tempore sepeliendi.

CAPVT TERTIVM


Quemadmodum corpus ad exſequias præpararint, & quibus religioſis cærimoniis & ritibus illud ſepelierint.

§. XIV.

CAPVT QVARTVM

De legibus, ad defunctorum corpora & sepulchra a spoliatorum direptorumque violentia tuta præstanda, factis.

§. III.



I. N. I.



I. N. I.

ORIGINVM ECCLESIASTICARVM

LIBER VICESIMVS TERTIVS

DE RITIBVS FVNEBRIBVS, SIVE DE CONSVETVDINE ET RATIONE SEPELIENDI MORTVOS IN ECCLESIA ANTIQVA.

CAPVT PRIMVM

DE COEMITERIIS, SIVE LOCIS SEPVLTVRAE; VBI SIMVL DISQVIRITVR, QVOMODO ET QVANDO CONSVETVDO SEPELIENDI MORTVOS IN ECCLESIIS PRIMVM INDVCTA SIT.

§. I.

Cœmiterium commune nomen loci ſepulturæ & eccleſiæ. Quomodo hoc factum.

PRIVSQVAM ad ſacros ritus ac conſuetudines, in mortuorum humatione obſeruatas, adgrediamur, quiddam de locis, vbi humari mortui conſueuerint, breuiter commemorandum videtur. Chriſtianos olim loca quædam habuiſſe ſibi peculiaria pro ſepeliendis mortuis, inde patet, quod perſecutionis temporibus,

peracturi cultum diuinum, ſæpe ad martyrum ſuorum ſepulchra & monumenta conuenerunt: quæ non fuiſſent loca iſtiuſmodi conuentibus accommoda, ſi ipſis cum gentilibus fuiſſent communia. Hæc generali nomine vocabantur *κοιμητήρια*, *cœmiteria*, quia mortem tantum pro ſomno habebant, & corpora illic depoſita non proprie mortua eſſe, ſed tantum dormiendi ac quieſcendi cauſſa iacere exiſtimabant, vſque dum veniente ad iudicium *CHRISTO* experrecta reſurgerent. Alio nomine appellabantur *areæ ſepulturarum* [*a*], & *cryptæ* [*b*] quia ſæpe fornices erant ſubterraneæ, vbi chriſtiani tutius coire poterant ad agendos conuentus religioſos tempore perſecutionis. Qua de cauſſa, quemadmodum alibi [*] animaduertimus, hæc omnia nomina erant tam locis ſepulturarum quam locis religioſorum conuentuum indita. Vnde gentiles ſæpius, chriſtianis conuentus ad diuinum cultum agere interdicturi, areas eis interdicebant; vt in illo loco TERTVLLIANI, *Areæ non ſint* [*c*]. Cuiuſmodi interdictiones in aliis etiam locis reperiuntur. Ita ſimilem in modum *Aemilianus* præfectus *Romanus*, loquens ad *Dionyſium* epiſcopum *Alexandrinorum* [*d*], *Nullatenus licebit vobis*, inquiebat, *nec quibuſcumque aliis*, *conuentus agere*, *aut ea*, *quæ vocantur*, *cœmiteria adire*. In quibus locis omnibus manifeſtum eſt vocabulum promiſcue accipi pro locis ſepulturarum & pro locis conuentuum ad cultum peragendum religioſum. Vnde quis propemodum adduci poſſet, niſi inuicta argumenta eſſent

(*a*) Tertull. ad Scapul. c. III. Sicut & ſub Hilarione præſide, quum de *areis ſepulturarum noſtrarum* adclamaſſent: Areæ non ſint; areæ ipſorum non fuerunt. Meſſes enim ſuas non egerunt.

(*b*) Hieronym. comment. in Ezech. cap. XL. Dum eſſem Romæ & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris eiuſdem ætatis & propoſiti diebus dominicis ſepulchra apoſtolorum & martyrum circumire, crebroque *cryptas* ingredi.

(*) Lib VIII. cap. I. §. IX. vol. III. p. 129. ſeqq.

(*c*) Tertull. ad Scapul. c. III. vid. ſub litt. (a). Et geſta purgationis Cæcilian. ad calcem Optati p. 272. (p. 95. b. Pariſ. MDCLXXIX.) Ciues *in area martyrum* fuerunt incluſi. It. p. 277. (p. 96. d.) Tollat aliquis de veſtris in *area*, *vbi orationem facitis*, & illic ponantur. Item paſſio Cyprian. p. 12. Eius corpus poſitum eſt in *areis* Macrobii Candidi.

(*d*) Ap. Euſeb. lib. VII. c. XI. *οὐδαμῶς ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι.*

in

in contrarium, vt antiquissimorum christianorum morem fuisse sibi persuaderet, mortuos in ecclesiis sepelire.

§. II.

Nulla loca sepulturæ in oppidis vel in ecclesiis per tria priora sæcula.

Qvod si vero in rem inquiramus studiosius consideratiusque eam contemplemur, perspicuum est, non fuisse nec esse potuisse vllam sepulturam in ecclesiis proprie loquendo, per tria priora sæcula. Necessitas nonnumquam christianos, durante hoc interuallo, cogebat conuentus suos instituere in locis, vbi martyres sepulti erant, atque ita ea extraordinarias quasdam & temporarias facere ecclesias; vti quamcumque speluncam vel locum a frequentia hominum remotum, rebus ita ferentibus in istiusmodi vsum adhibere poterant. Nam vti DIONYSIVS ALEXANDRINVS [e] scite loquitur, *Tempore persecutionis quiuis locus, ager, solitudo, nauis, stabulum, carcer instar templi est ad sacros conuentus peragendos.* Verum hic obuentitius vsus in casu quodam extraordinario & extrema necessitate ista loca non proprie fecit ecclesias, hoc est, loca ad diuinum cultum constituta. Et propterea conuentus priscorum christianorum ex istiusmodi occasione in cœmiteriis suis, siue ad sepulchra & monumenta martyrum, instituti, hæc non conuerterunt in ecclesias. Neque proprie hoc respectu dici potest, quod tunc temporis mortuos in ecclesiis sepeliuerint, sed tantum quod extraordinarias quasdam ecclesias siue loca temporariorum conuentuum ad sepulchra siue monumenta mortuorum fecerint. Ecclesiæ eorum, quæ veræ & propriæ eorum ecclesiæ erant, præcipue tunc erant in ciuitatibus, & in plerisque locis fortassis illic solum: Atqui leges *Romanæ* per omne illud tempus mortuos in ciuitatibus sepelire omnibus hominibus cuiuscumque ordinis ac conditionis interdicebant. Christiani igitur, qui *Romanis* legibus in omnibus rebus per se innocentibus & indifferentibus, nec cum religionis suæ regulis pugnantibus obtemperabant obediebantque, huic innocenti regulæ aut consuetudini æque atque vlli alii parere parati erant.

(e) Ap. Euseb. lib. VII. c. XXII. πᾶς ὁ τῆς καθ᾽ ἕκαστον θλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον· ἀγρὸς· ἐρημία· ναῦς· πανδοχεῖον· δεσμωτήριον.

Et hoc firmiſſimo nobis argumento eſt, chriſtianos haud humauiſſe nec potuiſſe humare corpora in eccleſiis. Gentiles quidem ipſi interdum hanc legem perfringebant, & prohibitione & interdicto inſuper habito in vrbibus ſepelire audebant. Nuſquam autem chriſtianos hoc nomine ſpeciatim accuſari inuenias; ſed chriſtiani potius huius legis violationem obiectabant gentilibus: Quemadmodum IOANNES SAVARO in doctis animaduerſionibus ſuis in SIDONIVM APOLLINAREM [*f*] e diuerſis CLEMENTIS ALEXANDRINI, ARNOBII, LACTANTII, IVLII FIRMICI, PRVDENTII aliorumque locis demonſtrat. Erat vna ex vetuſtiſſimis duodecim tabularum legibus, *Hominem mortuum in vrbe ne ſepelito, neue vrito* [*g*]. Hæc

(*f*) Sauaro in Sidon. lib. III. epiſt. XII. p. 201. Veteres in campis & agris cadauera ſepeliebant, non in vrbibus -- qui mos cum apud Græcos, tum apud Latinos obtinuit. Polybius lib. VI. & lib. VIII. Diogenes Laërtius in Pyrrhone Helienſi, apud Latinos ex. 12. *In vrbe ne ſepelito, neue vrito.* quæ lex quum exoleuiſſet, & plerique intra vrbem inhumarentur, & quot Romæ templa, tot ſepulchra prius fuerant. Clemens Alexandrin. ad Gentes, Arnobius lib. VI. Lactantius lib. I. c. XI. Plutarch. rer. Romanar. cap. LXXIX. Iulius Firmicus de errore prof. relig. Prudent. lib. I. contra Symmachum. Feſtus I. in *Argea loca.* Idem III. in *Concia*, poſtea ſenatusconſulto cautum eſt, ne quis in vrbe ſepeliretur. Seruius lib. XI. ad hæc:

vrbique remittunt;

Meminit, inquit, *antiquæ conſuetudinis, nam etiam ante homines in ciuitate ſepeliebantur, quod poſtea Duellio conſule ſenatus prohibuit & legauit, ne quis in vrbe ſepeliretur.* Vnde mos inualuit, vt in continentibus vrbis humatio fieret. Ouidius:

Inque ſuburbano membra ſepulta ſolo.

M. Tullius pro Roſcio, & T. Liuius lib. XI. ab vrbe cond. Gregor. Turon. de glor. confeſſor. cap. LXXX. quod ſenatusconſultum, quum penitus antiquatum eſſet, D. Hadrianus reſtituit, lib. III. §. D. Hadrianus, de ſepulch. violato. itemque eius ſucceſſor Antonin. Pius, Capitolinus, *intra vrbes ſepeliri mortuos vetuit.* Paulus I. ſentent. titulo vltimo, §. II. *Corpus in ciuitatem inferri non licet.* Idem §. III. Sed quum leges illæ conculcarentur, vt omnes intra eccleſias & vrbes ſepeliri vellent, id chriſtiani imperatores vetuerunt, leg. VI. cod. Theodoſ. de ſepulch. violato. & leg. II. cod. de relig. & ſumt. funer. Leo ſapiens nouella LIII. legem illam reſixit, quam legem Galli religioſe excoluerunt, concilii Bracarenſis primi cap. XXXVI. *Nam ſi firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent Galliæ ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum ciuitatum cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum &c.*

Dallæus de obiecto cultus religioſi lib. IV. cap. VII. p. 620. 621.

(*g*) Cicer. de legibus lib. II. c. LVIII.

quum

quum aliquo modo exoleuisset, postea *Duellio* consule, vt ex SERVII obseruationibus in VIRGILIVM porro notat SAVARO, senatusconsulto confirmata est. Et tum aliquamdiu mos obtinuit, vt humatio fieret in suburbanis non in vrbibus, vt idem auctore TVLLIO, LIVIO & OVIDIO ostendit. Postea quum lex denuo violaretur (gentiles enim adhuc intra vrbem in templis sepelire ambitiose contendebant) *Hadrianus* nouo rescripto [*h*] id fieri vetuit, poenamque quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepelirent, statuit, & in magistratus, eadem qui passi essent: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Neque vlla lex municipalis vel priuata hoc in casu, monente VLPIANO, vim obtinere debuit contra generale rescriptum principis. *Antoninus Pius, Hadriani* successor, camdem legem renouauit, &, quemadmodum IVLIVS CAPITOLINVS [*i*] vitae eius scriptor ait, *intra vrbes sepeliri mortuos vetuit.* IACOBVS GOTHOFREDVS [*k*] *Paulum* celeberrimum illum iurisconsultum citat, tamquam qui in eamdem sententiam statuat, simulque idoneam huius rei det rationem: *Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Denique *Diocletianus* [*l*] praecedentes leges noua sanctione confirmauit, data eadem, quam PAVLVS antea attulerat, contra morem sepeliendi in ciuitatibus ratione: *Mortuorum reliquias, ne sanctum municipiorum ius polluatur, intra ciuitatem condi iam pridem vetitum est.* Hinc est, quod extra ciuitates in agris & ad vias publicas sepulchra communiter constituerentur, vti VARRO, antiquus scriptor *Romanus* [*m*] ob-

(*h*) Vlpian. in digest. lib. XLVII. tit. XII. de sepulchro violato. leg. III. §. V. Diuus Hadrianus rescripto poenam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepeliunt: quam fisco inferri iussit & in magistratus, eadem qua passi sunt: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamen, si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri? post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, videbimus: quia sunt generalia rescripta, & oportet imperialia statuta suam vim obtinere & in omni loco valere.

(*i*) Capitolin. vit. Antonini Pii p. 60.

(*k*) Paulus sentent. lib. I. cap. vlt. ap. Gothofred. in cod. Th. lib. IX. tit. XVII. de sepulchris violatis leg. VI. p. 149.

(*l*) Cod. Iustin. lib. III. tit. XLIV. de religiosis & sumtibus funerum leg. XII.

(*m*) Varro de lingua latina lib. V. citante Gothofr. l. c. p. 148, Sepulchra ideo secundum viam sunt, quo praetereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse mortales.

ſeruat, aliam huic rei rationem adſignans, *quo prætereuntes admonerent, & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales.* *Auguſtus* & *Tiberius* in via *Appia* [n] ſepulti ſunt, & *Domitianus* in via *Latina* [o]. Hinc IVVENALIS poëta [p] de mortuis in genere loquitur, tamquam qui in via *Flaminia* atque *Latina* [q] ſepulti ſint. S. *Petrus* apoſtolus hanc ob cauſſam humatus eſt in via triumphali iuxta *Tiberim*, vti narrat HIERONYMVS [r]: Et S. *Paulus* in via *Oſtienſi*, III mill. paſſuum extra portam vrbis [s], quemadmodum idem auctor & reliqui omnes, qui de eorum mortibus loquuntur, fidem nobis faciunt. Quid? Quod SIDONIVS APOLLINARIS [t] porro nobis adfirmat, locum illum, in quo S. *Petrus* ſepultus ſit, etſi eccleſia ſuperſtructa fuerit, ſuo adhuc tempore, an. CCCCLXX extra pomœria vrbis *Romæ* fuiſſe. Loquens enim de itinere ſuo *Romam* ſuſcepto, ait, *Priuſquam vel pomœria contingerem, triumphalibus apoſtolorum liminibus adfuſus, omnem protinus ſenſi membris male fortibus exploſum eſſe languorem,* cetera. Quæ verba hoc monumentum & eccleſiam adhuc extra muros vrbis fuiſſe innuunt. Atque ita generatim de ſepulchris ac monumentis martyrum ſcriptores veteres loquuntur, tamquam extra ciuitates conſtitutis. Ita ſepulchrum *Cypriani* [u] eſſe dicitur in via *Mappalienſi*: & *Sixti* in cœmiterio

Vid. Tertull. de teſtimon. animæ c. IV. Vocas porro ſecuros (defunctos) ſi quando extra portam cum obſoniis & mattæis tibi potius parentans ad buſta recedis, aut a buſtis dilutior redis.

(n) Seneca, apocolocynth. Claud. Appiæ viæ curator eſt, qua ſcis & diuum Auguſtum & Tiberium Cæſarem ad deos iſſe.

(o) Sueton. vit. Domitian. c XVII. Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum, Phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funerauit.

(p) Iuuenal. ſatyr. I. in fine:

Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

(q) Vid. plura ap. Dempſter. in Roſini antiqu. Roman. lib. V. cap. vlt. p. 1006.

(r) Hieron. de ſcriptor. c. I. Sepultus Romæ, in Vaticano, iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

(s) Ibid. cap. XV. Hic XIIII Neronis anno, eodem die, quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, *ſepultuſque eſt in via Oſtienſi*, anno poſt paſſionem Domini triceſimo ſeptimo.

(t) Sidon. Apoll. lib. I. epiſt. V.

(u) Paſſio Cypriani p. 14. (p. 15. edit. Amſtelod. MDCC.) Eius corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt cum cereis & ſcolacibus; in

Calix-

Calixti in via *Appia* [w] & ſex diaconorum eius in cœmiterio *Prætextati* in via *Appia*; & *Laurentii* in crypta viæ *Tiburtinæ*. Hinc ſequentibus temporibus, quando ad monumenta martyrum conuentus agitabant, ſemper loqui deprehenduntur de egreſſione ex vrbibus in agros, vbi martyres ſepulti iacebant. Sic CHRYSOSTOMVS in homilia quadam de martyribus [x] ait: *Quemadmodum quum Maccabæorum feſtum celebraretur, in vrbem villa omnis effuſa eſt: ita quum martyrum, qui illic* (in villis) *quieſcunt, feſtum ageretur, nunc vrbem totam oportuit ad illos ſe transferre.* Simili modo loquens de feſto *Droſidis* [y] martyris, ait: *Licet intus in ciuitate ſpiritualibus cibis referta propoſita nobis eſſet menſa, tamen hæc ad ſanctos iſtos egreſſio neſcio quo nos recreat ſolatio, & vtilitatem nihilo recreatione minorem parit.* Ex quibus omnibus luce meridiana clarius eſt, chriſtianos per tria priora ſæcula non ſepeliiſſe nec ſepelire potuiſſe mortuos in oppidis vel eccleſiis oppidanis, quia leges *Romanæ*, ad quas ſeſe libenter conformabant, abſolute id prohibuerunt. Si poſtea vmquam martyres in eccleſiis poſitos inuenimus, id de reliquiis tantum martyrum, in eccleſias vrbicas, vel eccleſias recens in agris ſuper ſepulchra ſiue monumenta martyrum ædificatas, translatis intelligendum eſt. Quorum neutrum nihil omnino ad ſepulturam in eccleſiis attinet: Quia alterum tantum translatio erat cinerum eorum in vrnis poſt aliquot ſæcula, & alterum potius conſtructio nouarum eccleſiarum in locis, vbi martyres ſæculis aliquot ante ſepulti erant, quam vlla veri nominis ſepultura martyrum in eccleſiis: Tametſi hoc ipſum primam occaſionem

areis Macrobii Candidi procuratoris, quæ ſunt in *via Mappalienſi* iuxta piſcinas cum voto & triumpho magno.

(w) Pontific. vit. Sixti. Not. Apud Labbeum tom. I. concil. p. 553. hæc non inuenio, ſed iſta ibi leguntur: Qui ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

(x) Chryſoſt. homil. LXV. de martyribus. Tom. V. p. 972. (homil. LXVIII. tom. V. p. 872. edit. Francof. MDCXCVIII.) *καθάπερ τῆς ἑορτῆς τῶν Μακκαβαίων ἐπιτελουμένης, πᾶσα ἡ χώρα εἰς τὴν πόλιν ἐξεχύθη· οὕτω τῆς ἑορτῆς τῶν ἐκεῖ μαρτύρων ἀγομένης, νῦν τὴν πόλιν ἅπασαν πρὸς ἐκείνους μεταστῆναι ἐχρῆν.*

(y) Chryſoſt. homil. LXVII. in Droſidem. Tom. V. p. 989. (homil. LXX. p. 885. edit. Frf.) *πλήρης μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ ἔνδον ἡ τράπεζα τῶν πνευματικῶν ἐδεσμάτων παρέκειτο, ἀλλ' ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ἔξοδος τούτους ἔχει τινὰ καὶ ψυχαγωγίαν καὶ κέρδος τῆς ψυχαγωγίας οὐκ ἔλαττον.*

noua-

nouationi hac in re factæ dedit, vt in eccleſiis mortui ſepeliri cœpti ſint, quemadmodum poſtea pluribus videbimus.

§. III.

Sed vel in monumentis in publica via erectis, vel in fornicibus & catacumbis in campis ſubterraneis.

INTERIM obſeruari licet, per hoc trecentorum annorum interuallum mortuos communiter ſepeliri conſueuiſſe aut in ſepulturis cum monumentis ſuperſtructis in publicis viis, aut in fornicibus & catacumbis, maioris ſecuritatis cauſſa factis in campis & locis ſubterraneis. Nam habuiſſe eos iſtiuſmodi fornices hanc in rem, dictas *cryptas* & *arenaria*, eo quod priuatim defoſſæ eſſent in arenarum profunda, ex antiquis pariter & recentioribus narrationibus manifeſtum eſt. BARONIVS[z] circiter quadraginta tria iſtiuſmodi cœmiteria in ſuburbanis

(z) Baron. an. CCXXVI. n. IX. Præter cœmiteria duo, Calliſti & Calepodii, quorum heic mentio eſt, illud fuit cum primis nobiliſſimum, poſitum in Vaticano, in quo S. Petri & aliorum plurium ſummorum pontificum corpora condita ſunt: aliud Oſtianum via Salaria, in quo idem S. Petrus dicitur baptizaſſe, cuius mentio eſt in actis Liberii papæ: quintum ad Nymphas dictum, via Numentana, in prædio Seueræ, ſeptimo ab vrbe lapide: ſextum Soteris nominatum, haud longe a cœmiterio Calliſti; iuxta quod etiam ſeptimum ſitum erat cœmiterium Zephyrini: octauum Prætextati via Appia: nonum Pontiani: Cyriacæ matronæ decimum in agro Verano: vndecimum Lucinæ via Aurelia: duodecimum Aproniani via Latina: decimum tertium Felicis papæ via Aurelia ſecundo ab vrbe lapide: decimum quartum Priſcillæ via Salaria tertio ab vrbe lapide iuxta cryptam ſancti Creſcentionis: quintum decimum Timothei via Oſtienſi in loco, vbi nunc eſt baſilica S. Pauli: decimum ſextum Nauellæ dictum via Salaria: decimum ſeptimum S. Balbinæ inter viam Appiam & Ardeatinam, idemque nominatum Marci papæ: inſuper cœmiterium Iulii via Flaminia: aliud eiuſdem nominis via Aurelia: rurſus aliud eiuſdem quoque nominis via Portuenſi, quod numeratur viceſimum; rurſum cœmiterium Damaſi inter viam Ardeatinam & Appiam: viceſimum ſecundum vero quod dicebatur Anaſtaſii papæ, tempore pacis intra vrbem in Exquilino factum; viceſimum tertium Hermetis: aliud Nicomedis via Ardeatina: viceſimum quintum ſanctæ Agnetis via Nomentana: viceſimum ſextum ſanctæ Felicitatis via Salaria: viceſimum ſeptimum dictum Iordanorum: viceſimum octauum Nerei: Sanctorum Felicis & Adaucti vndetriceſimum: triceſimum vero Tiburtii & Valeriani: XXXI. ſanctorum Petri & Marcellini via Lauicana: XXXII. Marci & Marcelliani; quod ſequitur XXXIII. dictum Quarti & Quinti: itemque illud ſanctæ Agathæ via Aurelia: XXXV. cœmiterium Vrſi: & aliud quod dictum eſt Cardianum: triceſimum vero ſeptimum di-

Romæ

Romæ recenset. Et ONVPHRIVS [*a*] sigillatim commemorat eorum nomina (desumta a nominibus conditorum suorum, vel talium beneficorum hominum, quibus curæ fuit ea ædificare vel instaurare), & quod præcipue notandum est, loca nobis nominat, vbi fuerint, nimirum non in vrbe, sed in publicis viis extra mœnia, *Roma* ad alia loca ducentibus, vt in via *Appia*, *Aurelia*, *Ostiensi*, *Nomentana*, *Tiburtina*, *Latina*, *Salaria*, *Flaminia*, *Portuensi*, *Ardeatina*, *Lauicana*, ceteris. Quæ notæ viæ sunt, ad vicina *Romæ* oppida ducentes. Atque hac ratione intelligere possumus, quid HIERONYMVS velit, quando ait [*b*]: „Dum essem *Romæ* puer, & liberalibus studiis erudirer, solebam cum ceteris eiusdem ætatis & propositi, diebus dominicis sepulcha apostolorum & martyrum circuire: crebroque „cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ, ex vtraque parte ingredientium, per parietes habent corpora sepulturarum, & ita obscura sunt omnia, vt propemodum illud „propheticum compleatur: *Descendant ad infernum viuentes*: & „raro desuper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram, quam foramen demissi luminis „putes; rursumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud *Virgilianum* proponitur:

Horror vbique animos simul ipsa silentia terrent.

Hæc intelligenda sunt non de vllis locis intra vrbem, sed de istis cryptis, quæ secundum diuersas vias circa *Romam* constructæ erant. Et hæc descriptio optime congruit cum iis, quæ BARONIVS [*c*] de vna quadam earum, quæ ipsius tempore inventa, & cœmiterium *Priscillæ* dicta sit, narrat: Vidimus, inquit, sæpiusque lustrauimus *Priscillæ* cœmiterium, haud pridem inuentum atque refossum via *Salaria* tertio ab vrbe lapi-

ctum est, inter duas lauros; tricesimum octauum ad cliuum cucumeris via Salaria: cœmiterium vero Thrasonis ad sanctum Saturninum ponitur tricesimum nonum: quadragesimum vero Cyriaci via Ostiensi: quadragesimum primum Petronillæ: quadragesimum secundum Ianuarii: denique quadragesimum tertium Simplicii & Seruiliani. Quorum omnium sit mentio in libro de Romanis pontificibus, & aliis in locis.

(*a*) Onuphr. de cœmiteriis cap. XII. tot. (p. 18 - 23. edit. Colon. MDLXVIII.)
(*b*) Hieron. in Ezech. cap. XL. p. 636. (p. 4?5. b. edit. Paris. MDCXLIII.)
(*c*) Baron. an. CXXX. n. II.

„de, quod nullo magis proprio vocabulo dixerimus præ eius „amplitudine, multisque atque diuersis eiusdem viis, quam sub„terraneam ciuitatem: quippe quod ipsius ingressu primaria „via ceteris amplior pateat, quæ hinc inde diuersas vias ha„beat, easdemque frequentes, quæ rursus in diuersos viculos „diuidantur & angiportus: rursus, vt in ciuitatibus, statis lo„cis velut fora quædam, ampliora sint spatia ad conuentus sa„cros agendos, eademque sanctorum imaginibus exornata; „nec desint, licet nunc obstructa, ad lumen recipiendum de„super excisa foramina. Obstupuit vrbs, quum in suis subur„biis abditas se nouit habere ciuitates, christianorum tempo„re persecutionis olim colonias, modo autem sepulchris tan„tum refertas„ cetera. Hæ catacumbæ vrbis *Romæ* omnium sermone celebratæ sunt. Erant autem, quæ ad multas alias ciuitates pertinebant. GILBERTVS BVRNETVS [d] catacumbas ciuitatis *Neapolis* describit, quas extra mœnia esse dicit & nobiliores ac spatiosiores *Romanis*. Ab ethnicis non a christianis

(*d*) Burnet's *Travels*. Letter 4. p. 201. (p. 144. edit. Germ. Lips. MDCLXXXVII. 12mo.) *Vor der stadt an der kirche und dem hospital St. Gemaro seynd schöne Catacomben, welche, weil ich in gantz Italien nichts vortreflichers gesehen, und die Römischen diesen nicht das wasser reichen, ich auch in keiner beschreibung von Napoli davon etwas gelesen, allhier von mir umständlich beschrieben werden sollen. Es seynd grosse lange in felsen gehauene gallerien, welche über einander hingehen. Ich habe derenselben zwar 2. gesehen, weil aber in der untersten der felsen eingefallen war, kunte ich davon nichts als den eingang in augenschein nehmen. Diese gallerien seynd fast über alle 20. schuch breit und 50. hoch, und erfolglich schön und geraumig. Sie haben ein gantz ander ansehen, als die zu Rom, welche nur 3. oder 4. schuch breit, und 5. oder 6. schuch hoch seyn. Man wolte mich bereden, daß diese Neapolitanischen catacomben wohl 9. meilen die länge lang in den felsen hinein gingen, aber man kunte mir solches nicht erweisen. Wenn es sich so verhielte, und dieselben nach Pozzuolo zu gingen, möchte man sagen, daß dieses der ort wäre, dahin die auf diese linie liegende städte ihre todten begruben, allein es ist nur eine blosse muthmassung. Wenn sie aber gleich nicht 9. meilen in der länge halten, darf man deßwegen nicht dencken, sie seyn kurtz: massen ich weit hinein ging, und sehr viel quer-gänge auf allen seiten antraff. In den Römischen catacomben seynd nicht mehr als 3 oder 4 reihen in stein gehauene löcher oder grüffte über einander, darein man die todten cörper begräbet. In den Neapolitanischen aber seynd 6 oder 7 reihen, dergleichen löcher von grösserer breite und höhe, als die Römischen;*

con-

constructas [*] esse putat: quod non est præsentis instituti nostri examinare: quia, siue ab his siue ab illis factæ fuerint (quasdam ab vtrisque factas esse, probabile est) tamen extra ciuitatis muros fuerunt; quod ad præsentem nostram diquisitionem satis est. Et cum his testimonium congruit vetusti illius scriptoris, sub CHRYSOSTOMI nomine delitescentis, qui generatim ait [e]: *Omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet, vt contendens intrare in ciuitatem, quæ imperat & floret diuitiis & potentatu, aliisque dignitatibus, priusquam videt, quod secum concepit, videat primum, quod sit. Ante ciuitates sunt sepulchra, ante agros sunt sepulchra. Vbique ante oculos est nostræ humilitatis schola: & docemur, in quid desinamus tandem, & tunc videmus, quæ intus sunt spectacula.* Iam consideratis his omnibus existimo, vix vllius rei meliorem nos habere posse probationem, quam quæ huius adserti nobis suppetit, siue legem siue factum spectemus, quod per tria priora sæcula sub imperatoribus ethnicis generalis regulá & mos fuerit, extra ciuitatis mœnia sepelire, neque adeo intra ciuitates vel ecclesias, in ciuitatibus constitutas, nisi per quamdam conniuentiam vel transgressionem.

HEGESIPPVS quidem, EVSEBIVS [*], atque HIERONYMVS post eos, *Iacobum* episcopum *Hierosolymitanum* in ciuitate prope templum, vbi percussus sit, sepultum esse dicunt: HIERONYMVS autem fatetur, esse qui cum in monte olearum humatum esse statuant. Quod multo est probabilius, quia ex

(*) Christianarum catacumbarum mentio fit in antiquissimo libro, qui inscribitur *depositio martyrum*, cit. a Pearsonio in annal. Cyprian. an. CCLVIII. p. 62. (p. 49. §. II. edit. Amstelod. MDCC.) Ratio, si recte capio, in antiquissima depositione martyrum continetur; vbi hæc leguntur, *Tertio kalendas Iulii, Petri in catacumbas, & Pauli Ostiense, Tusco & Basso coss.*

(e) Chrysost. homil. XVII. de fide & lege naturæ. tom. VI. p. 184. (p. 155. edit. Francof.) *πᾶσα πόλις, πᾶσα κώμη πρὸ τῶν εἰσόδων τάφους ἔχει· ἐπείγεταί τις εἰσελθεῖν εἰς πόλιν βασιλεύουσαν, καὶ κομῶσαν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀξιώμασι· καὶ πρὶν ἴδῃ, ὃ φαντάζεται, βλέπει πρῶτον ὃ γίνεται· τάφοι πρὸ τῶν πόλεων, τάφοι πρὸ τῶν ἀγρῶν· πανταχοῦ τὸ διδασκάλιον τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν πρόκειται, καὶ παιδευόμεθα τότε ὁρᾷν τὰ ἔσω φαντάσματα.*
Vid. Tertull. de testimon. animæ c. IV. citat. §. II. sub litt. (m) pag. 6.

(*) Euseb. lib. II. c. XXIII. *ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. Sepultus est eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum.*

euangelio [†] conſtat, iudæos extra ciuitatem ſepelire conſueviſſe. Et EVSEBIVS de mauſoleo ſiue monumento *Helenæ* reginæ *Adiabenorum* loquens, in ſuburbiis [*] *Hieroſolymorum* illud fuiſſe expreſſis verbis adfirmat. Vt adeo, quidquid in contrarium cum aliqua ſpecie adfertur, concludi liceat, fuiſſe generalem chriſtianorum, iudæorum & *Romanorum* per tria priora ſæcula morem, mortuorum cadauera extra ciuitates ſepelire.

§. IV.

Sepelire intra ciuitates & eccleſias ab imperatoribus chriſtianis interdictum per ſubſequuta aliquot ſæcula.

DISQVIRAMVS iam, quemadmodum hæc res ſe habuerit in proxima temporis periodo, quando imperatores *CHRISTO* nomen dederunt, legesque factæ ſunt chriſtianæ. Heic leges per multa tempora eaſdem deprehendimus atque antea, vetantes omnem ſepulturam in ciuitatibus. Immo nouæ quædam leges latæ reperiuntur, homines ſpeciatim a ſepeliendo in eccleſiis prohibentes atque arcentes. Quum enim nonnulli *Conſtantinopoli* has leges perfringere cœpiſſent, dictitantes, non exſtare expreſſam aliquam legem, quæ mortuos in eccleſiis ſepeliri vetet; *Theodoſius* nouo edicto [f] in eccleſiis æque atque in ciuitatibus ſepelire interdixit; idque ſiue ſolum cineres & reliquiæ corporum eſſent, ſupra terram vrnis clauſæ, ſiue integra corpora ſarcophagis detenta: Omnia extra vrbem deferri iubet ex iiſdem rationibus, quas veteres leges adſignarunt, nimirum, *Vt & humanitatis inſtar exhibeant & relinquant incolarum domicilio ſanctitatem.* Pœnam quoque denuntiat non obtemperantibus: *Quiſquis huius præcepti negligens fuerit, atque aliquid tale ab huius interminatione præcepti auſus fuerit moliri, tertia in fu-*

(†) Matth. XXVII, 60. Luc. VII, 12. Ioan. XI, 30.

(*) Euſeb. lib. II. c. XII. *Τῆς γέτοι Ἑλένης, ἧς δὴ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἐποιήσατο μνήμην, εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς ἐν προαστείοις δείκνυνται τῆς νῦν Αἰλίας· Τοῦ δὲ Ἀδιαβηνῶν ἔθνους αὕτη βασιλεῦσαι ἐλέγετο. Ceterum Helenæ huius, cuius mentio fit a Ioſepho, illuſtres etiamnum exſtant cippi in ſuburbiis Hieroſolymorum, quæ mutato nomine nunc Aelia appellatur: eamque Adiabenorum reginam fuiſſe perhibent.*

(f) Cod. Theodoſ. lib. IX. tit. XVII. de ſepulchris violatis. leg. VI. Omnia, quæ ſupra terram vrnis clauſa, vel ſarcophagis corpora detinentur, extra vrbem delata ponantur, vt & humanitatis inſtar exhibeant, cetera.

turum

turum patrimonii parte multetur: Officium quoque, quod ibi paret, quinquaginta librarum auri adfectum dispoliatione merebitur. Ac ne alicuius fallax & arguta sollertia ab huius se praecepti intentione subducat, atque apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus aestimet esse concessam, ab his quoque, ita vt a reliquo ciuitatis, nouerint se atque intelligant esse submotos. IOANNES CHRYSOSTOMVS huius legis meminit, quando peccatores, quos nihilo meliores esse sepulchris iudicat, si in peccatis suis moriantur, redarguens, ita loquitur [g]: *Cogita, quia nullum in ciuitate sepulchrum ponitur, quare nec tu in supernam poteris ciuitatem introire. Nam si in terrestri ciuitate hoc interdictum est, multo magis in caelesti.* Similiter alio loco [h]: *Si mortua corpora extra vrbem sepelimus, multo magis eos, qui verba mortua, & qui talia proferunt, & ne tegere aut obumbrare quidem volunt, longe amandare oportet. Huiusmodi enim ora sunt communis ciuitatis pernicies.* Auctor, qui sub nomine CHRYSOSTOMI [i] scripsit, probabiliter SEVERIANVS *Gabaliensis*, illius σύγχρονος, ad hanc legem eamque antegressas respicit, quando ait: *Omnis ciuitas, omne castellum ante ingressum sepulchra habet.* Hoc non solum consuetudinem, quae ante ista tempora obtinuit, sed etiam praxin temporum ipsius circa annum CCCC. comprobat, legi accommodatam. SIDONIVS APOLLINARIS episcopus *Gallicanus* centum fere annis post vixit, atqui ille manifesto indicat, fuisse tum adhuc morem in

(g) Chrysost. homil. XXXVII. al. LXXIV. in Matth. p. 534. (p. 781. edit. Frf.) *ἐννόησον ὅτι οὐδεὶς τάφος ἐν πόλει κατασκευάζεται· οὐκοῦν οὐδὲ σὺ εἰς τὴν ἄνω φανῆναι δυνήσῃ πόλιν· εἰ γὰρ ἐνταῦθα τοῦτο ἀπείρηται, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ.*

(h) Id. exposit. psalm. V. tom. III. p. 50. (p. 44. edit. Frf.) *εἰ τὰ νεκρὰ σώματα ἔξω τῆς πόλεως καταθάπτομεν· πολλῷ μᾶλλον τοὺς τὰ νεκρὰ ῥήματα, καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐκφέροντας, καὶ οὐδὲ συσκιάσαι βουλομένους, πόῤῥω που κατοικίζειν χρή.*

(i) Id. homil. XVII. de fide. Tom. VI. p. 184. (p. 155. edit. Francof.) vid. sub litt. antec. (e) pag. 11.

Vid. Macar. homil. XXX. §. V. *ὥσπερ ὁ νεκρὸς ἀχρεῖος, καὶ ὅλως μὴ χρησιμεύων τοῖς ἐκεῖ ἐστι· διὸ καὶ* **ἐνκομίζουσιν αὐτὸν ἔξω** *τῆς πόλεως καὶ κατατίθενται· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ, ἡ μὴ φέρουσα τὴν ἐπουράνιον τοῦ θείου φωτὸς εἰκόνα, τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἀδόκιμος καὶ πάντῃ ἀπόβλητος τυγχάνει. Quemadmodum mortuus inutilis est, nec omnino quid commodat iis, qui heic viuunt; quapropter* exportant quoque eum ex vrbe & *humi deponunt: sic quoque anima, quae non gestat caelestem diuini luminis imaginem, vitam scilicet animae, velut reproba ac plane reiectitia euadit.*

 Gallia,

Gallia, vt mortui extra mœnia ciuitatis in aperto campo ſepelirentur. Loquens enim de aui ſui tumulo, campum eſſe dicit [*k*], in quo ſepultus ſit, tam buſtualibus fauillis quam cadaueribus refertum, in publicis viis ac ſuburbiis vrbis *Aruernæ*. Et poſt hæc concilium *Bracarenſe* an. DLXIII. hac de re iterum loquitur [*l*], tamquam priuilegio ad iſtam vſque ætatem in *Galliæ* ciuitatibus firmiter retento, *vt nullo modo intra ambitum murorum ciuitatum cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum.* Et hoc tamquam argumentum adhibent, cur nullus intra eccleſiam aliquam ſepeliri debeat in *Hiſpania.* Qua de re mox plura. Interim ſi in *Africam* intueamur, ætate *Auguſtini* an. CCCCI, ex decreto, in concilio quinto *Carthaginenſi* aduerſus *Donatiſtas* facto, intelligimus, obtinuiſſe adhuc eo tempore morem, vt in campis & viis publicis mortui humarentur. Nam *Donatiſtæ* ſic ſepelierant *Circumcelliones*, creditos martyres ſuos, exſtructis in eorum memoriam tumulis in forma altarium. Quo intuitu concilium illud hunc in modum decernebat [*m*]: *Placuit, vt altaria, quæ paſſim per agros aut vias, tamquam memoriæ martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, euertantur.* Quod non ideo ſic decernebatur, quia in agris aut viis ſepulti erant; (hoc enim legi a *Theodoſio* non multo ante datæ conueniebat;) ſed quia dubium erat, vtrum veri nominis martyres eſſent an non. Neque enim catholici neque *Donatiſtæ* generatim in ciuitatibus aut in eccleſiis tunc ſepelire contendebant; ſed tantum pauci ex *Circumcellionibus*, qui reliquis ferociores erant & effrenatiores, cum omnium legum contemtu quoſdam ex ſic creditis martyribus ſuis in eccleſiis ſepeliebant. Sed hi ipſi, quemadmodum narrat OPTATVS [*n*], de

(*k*) Sidon. lib. III. epiſt. XII. Aui mei tumulum heſterno (proh dolor!) die pene manus profana temerauerat. Sed Deus adfuit, ne nefas tantum perpetraretur. *Campus* autem ipſe dudum refertus tam buſtualibus fauillis, quam cadaueribus, nullam iam diu ſcrobem recipiebat &c.

(*l*) Concil. Bracar. I. c. XXXVI. Firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent Galliæ ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum ciuitatum cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum &c.

(*m*) Concil. Carthag. V can. XIV.

(*n*) Optat. lib. III. p. 68. (p. 71. edit. Pariſ. MDCLXXIX.) In loco Octauenſi

in-

integro refoffi & eiecti funt, quod non liceret mortuorum corpora in domo Dei fepelire. Hoc primum exemplum eft, quod memini, fepulturæ in ecclefiis factæ; cui autem epifcopus loci fefe oppofuit fepultosque eiici iuffit. Nullam adhuc mutationem lex, contra fepulturam in ecclefiis promulgata, fubierat. Nam *Iuftinianus*, qui priorem partem legis *Theodofianæ* aduerfus humationem in ciuitatibus refecuit, pofteriorem partem contra humationem in ecclefiis [o] adhuc retinuit, in fuoque interpofuit codice: *Nemo apoftolorum vel martyrum fedem humanis* (leg. *humandis*) *corporibus exiftimet effe conceffam.* Et longo poft tempore hæc prohibitio vim habuit ad ætatem vfque *Caroli magni*, licet cum quibufdam exceptionibus in nonnullorum præcipuorum hominum gratiam; quemadmodum ex continuatione ferieque rerum patebit, vbi, per quos gradus contraria confuetudo in ecclefiam irrepferit, examinabimus.

§. V.

Primus gradus ad humationem intra ecclefias ædificatio ecclefiarum fuper fepulchris martyrum in agris, vel translatio reliquiarum eorum in ecclefias oppidanas.

PRIMA res, quæ hominibus occafionem dedit de humatione in ecclefiis cogitandi, fuit fingularis honor, martyribus tributus fæculo quarto, vbi fepulchra fiue monumenta in agris, in quibus illi conditi iacebant, & ad quæ chriftiani olim perfequutionis temporibus diuini cultus gratia conuenire confueuerant, iam in fe inædificatas habebant ecclefias: Aut cineres & reliquiæ eorum in ciuitatem translatæ in ecclefiis deponebantur; & fæpenumero nouæ ecclefiæ conftruebantur in locis, vbi iacebant, dictæ inde *martyria*, *propheteia*, *apoftolea*, a martyribus, prophetis vel apoftolis, quorum reliquiæ eo translatæ erant. Hæc adeo cognita fæculi quarti confuetudo fuit, vt

occifi funt plurimi, detruncati funt multi: quorum corpora vfque in hodiernum, per dealbatas aras aut menfas poterunt numerari. Ex quorum numero quum aliqui in bafilicis fepelire cœpiffent, Clarius presbyter in loco Subbulenfi ab epifcopo fuo coactus eft, vt infepultam faceret fepulturam. Vnde proditum eft, mandatum fuiffe fieri, quod factum eft, quando nec fepultura in domo Dei exhiberi conceffa eft.

(o) Cod. Iuftin. lib. I. tit. II. de ecclefiis, leg. II.

nul-

nullum eius exemplum in medium proferri, ſed generatim tantum obſeruari oporteat, quod hoc tantopere ab iſtius æui eccleſia approbatum ſit, vt nulla eiusmodi martyria ſiue eccleſias ædificari licuerit, niſi reliquiæ cuiuſdam probati martyris in illis eſſent depoſitæ. Quod ipſum ex quodam concilii quinti *Carthaginenſis* [p] canone apparet, in quo inter alia & hoc decernitur: *Omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ ſint.* Hoc autem nihil ad ſepulturam in eccleſiis facit, ſed honor tantum erat, cineribus exhibitus martyrum, qui forte ſæculis aliquot ante mortui & ſepulti fuerant; nec tam proprie humatio in eccleſiis, quam ædificatio eccleſiarum, & noua earum exſtructio in vetuſtis ſepulturæ locis vocari poteſt. Quidquid autem fuerit, certe peculiare fuit priuilegium martyrum, quod eorum reliquiæ in corpore eccleſiæ ita repoſitæ eſſent. Leges hoc reliquis omnibus interdicebant, nec ſummo loco nati hoc honore atque beneficio gaudebant, vt in eodem loco ſepelirentur, quo martyrum repoſitæ eſſent reliquiæ.

§. VI.

Proximus gradus, ſepultura regibus & imperatoribus in atrio, ſiue porticu & exterioribus ædificiis eccleſiæ conceſſa.

REGES autem & imperatores hac ætate peculiare præ reliquis mortalibus habebant priuilegium, vt in atrio ſiue porticu vel in aliis quibuſdam exterioribus eccleſiæ ædificiis ſepelirentur. EVSEBIVS [q] *Conſtantinum* imperatorem dicit iuxta apoſtolos ſepeliri voluiſſe, quorum memoriam, eccleſiam nominibus eorum appellatam ædificando, honorarit. Sed hoc non ita intelligendum eſt, quaſi in ipſa eccleſia voluerit ſepeliri, ſed tantum in atrio eccleſiæ. Atque eatenus *Conſtantius* filius voluntati ipſius morem geſſit, quemadmodum ſemel at-

(p) Concil. Carth. V. can. XIV. Not. Hæ reliquiæ ſub altari ſepultæ, non ſuper altari poſitæ. Nam Ioannes Mabillonius dicit, reliquias altari impoſitas non fuiſſe ad ſæculum vſque decimum. Mabill. de liturg. Gallicana lib. I. c. IX. § 4.

(q) Euſeb. vit. Conſtant. lib. IV. c. LXXI. *τὰ σπουδασθέντα αὐτῷ σὺν τῇ τῶν ἀποστόλων κατηξιοῦτο μνήμῃ κ. τ. λ. quod maxime ambierat, locum iuxta apoſtolorum memoriam ei conceſſit (Deus).*

que

que iterum narrat CHRYSOSTOMVS: *Constantinum magnum*, inquit [r], *filius ita demum ingenti honore se adfecturum existimauit, si eum in piscatoris vestibulo conderet. Quodque imperatoribus sunt in aulis ianitores, hoc in sepulchro piscatoribus sunt imperatores. Atque illi quidem, velut domini, interiores loci partes obtinent: hi autem, velut accolæ ac vicini, præclare secum agi putarunt, si vestibuli ianua ipsis adsignetur.* Iterum alio loco, loquens de eadem materia, *Constantinopoli*, inquit [s], *reges nostri magnam gratiam putant, non si prope apostolos, sed si vel extra eorum vestibula, corpora sua sepeliantur, fiantque piscatorum ostiarii reges.* Ita quoque *Theodosius* senior, *Arcadius* & *Theodosius* iunior non nullis historicis [t] sepulti esse dicuntur. Quod satis est credibile, quamuis vetusti historici SOCRATES, SOZOMENVS & THEODORETVS nihil hac de re narrent. Huc vsque igitur per quingentos annos, christianos generatim videmus extra ciuitatem sepultos, & solis regibus atque imperatoribus intra ciuitatem locum sepulturæ concessum esse; nec dum in ecclesia, sed tantum in atrio siue porticu, vel aliis exterioribus ædificiis ecclesiæ.

§. VII.

Tum populus sæculo sexto in atrium, non autem intra ecclesiam, admitti cœptus.

INEVNTE sæculo sexto populus etiam ad idem priuilegi-

(r) Chrysost. homil. XXVI. in 2 Cor. p. 929. (p. 741. edit. Francof.) Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν μεγάλῃ τιμῇ τιμᾷν ἐνόμισεν ὁ παῖς, εἰ τοῖς προθύροις κατάθοιτο τοῦ ἁλιέως· καὶ ὅπερ εἰσὶν οἱ πυλωροὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἐν τοῖς βασιλείοις, τοῦτο ἐν τῷ σήματι οἱ βασιλεῖς τοῖς ἁλιεῦσι· καὶ οἱ μὲν, ὥσπερ δεσπόται τοῦ τόπου, τὰ ἔνδον κατέχουσιν, οἱ δὲ, ὡς πάροικοι καὶ γείτονες, ἠγάπησαν τὴν αὔλειον αὐτοῖς ἀφορισθῆναι θύραν.

(s) Id. lib. Quod Christus sit Deus c. VIII. Tom. V. p. 839. (p. 752. edit. Frf.) Ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐγγὺς, ἀλλὰ παρ' αὐτὰ τὰ πρόθυρα ἔξω ἀγαπητὸν εἶναι ἐνόμισαν οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι τὰ σώματα αὐτῶν κατορύττεσθαι, καὶ γεγόνασι θυρωροὶ λοιπὸν τῶν ἁλιέων οἱ βασιλεῖς.

(t) Niceph. lib XIV. cap. LVIII. Θεοδόσιος δ' ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ πατρῴᾳ θήκῃ ἐτέθαπτο, κατὰ τὸ δεξιὸν ὑπερῷον τοῦ τῶν ἀποστόλων σηκοῦ, ἐν λίθῳ Ῥωμαίῳ, ᾧ δηλαδὴ ὑπερῴῳ τῷ ἴσῳ λίθῳ καὶ ὁ πατὴρ Ἀρκάδιος καὶ ἡ μήτηρ Εὐδοξία, καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ Θεοδόσιος κατετέθησαν. *Theodosius postea mox in paterno monumento Romani lapidis repositus est, in dextra sublimi sanctorum apostolorum templi porticu: in qua porticu, eodemque lapide, pater quoque Arcadius, & mater Eudoxia, nec non auus Theodosius siti sunt.*

um ſepulturæ in atrio, ſiue area ante eccleſiam, admiſſus videtur. Adhuc autem per leges tam eccleſiaſticas quam ciuiles in eccleſia ſepeliri vetabantur. Nam *Iuſtinianus* in nouo codice ſuo, prætermiſſa priore legis *Theodoſianæ* parte, omnem populum extra ciuitatem ſepeliri iubente, poſteriorem clauſulam [u] adhuc retinebat, quæ homines in ſedibus martyrum & apoſtolorum humari interdicebat. Et circa annos DLXIII concilium primum *Bracarenſe* in *Hiſpania* [x] corpora defunctorum, neceſſitate ſic exigente, foris ſecundum murum eccleſiæ, nullo autem modo intra eccleſiam, ſepeliri permittebat, hanc huius rei dans rationem: *Si firmiſſimum hoc priuilegium vſque nunc retinent ciuitates Galliæ, vt nullo modo intra ambitum murorum cuiuslibet defuncti corpus ſit humatum; quanto magis hoc venerabilium martyrum reuerentia debet obtinere?* Concludere hinc poſſumus, vti fecimus antea, tantum abeſſe, vt hoc tempore in *Gallia* ſepulturas in eccleſia permiſerint, vt ne quidem in atrio vel vllo alio loco intra ciuitatem defunctorum corpora humari ſiuerint. Sed aliquanto tempore poſt, circa annum DCLVIII vel DCXCV, quando concilium *Nannetenſe* habitum eſt, (chronologi de tempore inter ſe non conſentiunt) populo etiam *Galliæ* permiſſum fuit, in atrio [y] aut in porticu aut in exedris eccleſiæ ſepelire, non autem in ipſa eccleſia prope altare, vbi corpus & ſanguis *CHRISTI* conſecratur. Hæc regula repetitur in concilio *Arelatenſi* [z] & concilio *Moguntino* [a] ad annum DCCCXIII, tempore *Caroli magni*, ex quo impera-

(u) Cod. Iuſtin. lib. I. tit. II. de eccleſiis. leg. II. Nemo apoſtolorum vel martyrum ſedem humandis corporibus exiſtimet eſſe conceſſam.

(x) Concil. Bracar. I. can. XXXVI. Corpora defunctorum nullo modo intra baſilicam ſanctorum ſepeliantur, ſed ſi neceſſe eſt, deforis circa murum baſilicæ vſque adeo non abhorret.

(y) Concil. Nannet. can. VI. Prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta, vt in eccleſia nullatenus ſepeliantur, ſed in atrio aut in porticu, aut in exedris eccleſiæ. Intra eccleſiam vero & prope altare, vbi corpus & ſanguis domini conficitur, nullatenus ſepeliantur.

(z) Conc. Arelat. III. c. XXI. De ſepeliendis mortuis in baſilicis illa conſtitutio ſeruetur, quæ ab antiquis patribus conſtituta eſt.

(a) Concil. Moguntin. can. LII. Nullus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, cetera.

tor ille regulam in *capitularibus* suis [*b*] fecit in eamdem sententiam. Vt ne insistamus incerto canoni concilii *Varensis*, vti apud GRATIANVM [*c*] vocatur, qui non nisi repetitio canonis *Namnetensis* est: addere hisce possumus regulam in synodo datam *Triburiensi* [*d*], itidem *Caroli magni* tempore celebrata: *Præcipimus*, inquiunt patres illic conscripti, *vt deinceps nullus laicus in ecclesia sepeliatur.* Addunt tamen paucis interiectis: *Corpora antiquitus in ecclesia sepulta, nequaquam proiiciantur, sed pauimento desuper facto, nullo tumulorum vestigio apparente, ecclesiæ reuerentia conseruetur. Vbi vero hoc præ multitudine cadauerum difficile sit facere, locus ille cœmiterium & polyandrium habeatur, ablato inde altari & constituto, vbi religiose sacrificium Deo valeat offerri.* Dum istæ leges sic in *Occidente* ferebantur, dantes hominibus licentiam sepeliendi in ciuitatibus & atriis ecclesiæ, adhuc tamen magnopere in ecclesiis quempiam sepeliri vetantes; *Leo sapiens* in *Oriente* circa annos DCCC antiquas leges omnes, contra humationem in ciuitatibus promulgatas, abrogabat, perfectam hominibus relinquens libertatem sepeliendi intra vel extra cuiuscumque ciuitatis muros [*e*]: Nihil vero de licentia sepeliendi in ecclesiis ab eo statutum legimus. Vt adeo notum atque testatum sit, huc vsque nulla in orbis parte quibuslibet hominibus generalem aliquam per leges indultam fuisse licentiam sepeliendi in ecclesiis sine discrimine, sed quasdam leges in hoc interuallo omnino & generatim id ipsum vetuisse.

§. VIII.

Atque intra hoc temporis interuallum regibus, episcopis, ecclesiarum conditoribus, aliisque viris primariis per leges quasdam locus sepulturæ concessus in ecclesiis.

VERVMTAMEN nonnullæ leges intra hoc temporis in-

(*b*) Carol. capitular. lib. I. cap. CLIX. ap. Lindenbrog. leg. antiqu. Nullus deinceps in ecclesia mortuum sepeliat.

(*c*) Gratian. causs. XIII. quæst. II. c. XV.

(*d*) Concil. Tribur. c. XVII.

(*e*) Leo nouell. LIII. Ne igitur vllo modo inter ciuiles leges hæc lex recenseatur, sancimus: quin potius, vt a consuetudine recte contemnitur, sic etiam decreto nostro prorsus reprobatur. Quicumque autem siue extra muros, siue intra ciuitatem sepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeto.

teruallum factæ ſunt, cum quibusdam limitationibus & exceptionibus, reſpectu magnorum & primariorum hominum, regum videlicet & epiſcoporum, conditorum eccleſiæ, presbyterorum & quorumdam ex laicis, qui ſanctimonia vitæ & virtutum laude maxime eſſent conſpicui. Concilium *Moguntiacum* ante memoratum generalem prohibitionem cum hac exceptione pronuntiat, *Nullus mortuus*, inquiens [*f*] *intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.* Et concilium *Triburienſe* [*g*], tantum laicos ſepeliri vetans in eccleſia, clericis id permittere credi poteſt. Atque hic quidem honos epiſcopis & imperatoribus aliquanto ante exhibitus erat. SOCRATES [*h*] enim *Proclum* corpus *Ioannis Chryſoſtomi*, quod *Comanis* ſepultum fuerit, *Conſtantinopolin* deportaſſe & in eccleſia apoſtolorum depoſuiſſe perhibet. Et EVAGRIVS [*i*] hac de re loquitur, tamquam vſitata conſuetudine ſepeliendi imperatores & clericos in eccleſia apoſtolorum, a *Iuſtiniano* ædificata *Conſtantinopoli.* Eodem honore eccleſiarum conditores adfici conſueuerunt. Sepeliri permiſſi ſunt in ſacris ædificiis ab ſe conditis. Quemadmodum de vxore *Cæſarii* cuiusdam SOZOMENVS [*k*] narrat, quod in eccleſia circa ambonem ſiue pulpitum lectorum ſepulta fuerit, eo quod maritus illius

(*f*) Concil. Moguntiac. can. LII.

(*g*) Concil. Tribur. c. XVII. vt ſupra ſub lit. (d).

(*h*) Socrat. lib. VII. c. XLV. τὸ σῶμα Ιωάννȣ ἐν Κομάνοις τεθαμμένον, βασιλέα πείσας, τριακοςῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν καθαίρεσιν, εἰς τὴν Κωνςαντίνȣ πόλιν μετεκόμισε· καὶ μετὰ πολλῆς τιμῆς, δημοσίᾳ πομπεύσας αὐτὸ, εἰς τὴν ἐπώνυμον τῶν ἀποςόλων ἐκκλησίαν ἀπέθετο. *Ioannis corpus, quod Comanis ſepultum erat, annuente imperatore Conſtantinopolim deportauit, anno poſt eius abdicationem quinto ac triceſimo. Idque ſollemni pompa per vrbem traductum, ingenti cum honore in eccleſia apoſtolorum depoſuit.*

(*i*) Euagr. lib. IV. c. XXXI. εἴργαςο αὐτῷ ὁ τῶν θεσπεσίων ἀποςόλων νηὸς, ȣ̓κ ἐθέλων ἑτέρῳ τὰ πρωτεῖα διδόναι· ἐν ᾧ οὔτε βασιλεῖς, οὔτε ἱερωμένοι, τῆς νενομισμένης ταφῆς τυγχάνȣσι. *Exſtructum eſt ab eodem Iuſtiniano templum ſanctorum apoſtolorum, quod nulli alteri templo facile concedat: in quo imperatores ac ſacerdotes ſepeliri mos eſt.*

(*k*) Sozom. lib. IX. c. II. μέμνημαι παρατυχὼν τῇ ταφῇ τῆς Καισαρίȣ γαμετῆς· καὶ ἀναλογιζόμενος ἐκ τῆς πέλας παρακειμένης λεωφόρȣ, εἰκάζω αὐτὴν κεῖσθαι περὶ τὸν ἄμβωνα· βῆμα δὲ τȣ̃το τῶν ἀναγνωςῶν. *Memini adeſſe me, tunc quum vxor Cæſarii ſepeliretur, & ex adiacente via publica iudicans, conicio illam iacere circa ambonem, quod eſt pulpitum lectorum.*

cam

eam ædificarit. Et VALESIVS *Constantinum* ideo in basilica apostolorum sepultum esse putat, quod eam exstruxisset. Ita duplex huius priuilegii ius habuit, tamquam imperator & conditor. Differentiam autem aliquam obseruare possumus inter tempus *Constantini* & hoc. *Constantini* memoria imperator & conditor tantum in porticu sepeliebantur: tempore autem *Sozomeni* conditor quicumque in media ecclesia sepeliri poterat.

§. IX.

Res denique arbitrio relicta episcoporum & presbyterorum, quos in ecclesiis sepeliri aut non sepeliri oporteret. Hæreditariæ sepulturæ sæculo nono nondum permissæ, sed per decretales papales demum inductæ.

ITA res pedetentim & gradatim processit longius, partim permissu & relaxatione legum, partim etiam transgressione legum & conniuentia eorum, qui illas exsequi debebant. Et tandem magnam partem episcoporum & presbyterorum arbitrio relicta est, vt hi decernerent, quos in ecclesia sepeliri aut non sepeliri oporteret, pro merito eorum, qui id desiderarent. Sæculo nono quædam familiæ in *Gallia* hæreditarias sepulturas in ecclesia sibi adserere cœperant. Verum huic consilio obuiam itum est, & concilium *Meldense*, anno DCCCXLV decretum fecit [*l*] istiusmodi: *Nemo quemlibet mortuum in ecclesia, quasi hæreditario iure, nisi quem episcopus & presbyter pro qualitate conuersationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat.* Et postea leges quasdam deprehendimus generatim factas contra humationem in ecclesiis. Sic in concilio *Vintoniensi* [*m*] sub *Lanfranco* archiepiscopo *Cantuariensi*, anno MLXXVI canon habetur: *In ecclesiis corpora defunctorum non sepeliantur.* Verum enim vero tot exceptiones passæ sunt antiquæ leges, vt cuiuis ambitioso vel superstitioso homini, qui maius beneficium in morte sibi tributum iri crederet, si in ecclesia sepeliretur, non difficile esset, hoc priuilegium obtinere. Et hæ duæ rationes viam maiori aperuerunt licentiæ, quam quidem antiqui canones indulserunt. Nam opinio, quod hominum animabus id multum

(*l*) Concil. Meldens. can. LXXII.

(*m*) Concil. Vinton. an. MLXXVI. can. IX. tom. IX. pag. 352.

profit, si in ecclesia sepeliantur, homines huius priuilegii post mortem obtinendi tanto reddebat appetentiores. Quid? quod *Leo III.* papa decretum fecit, quod decretalibus suis [n] inseruit GREGORIVS IX, quo vnicuique genus quoddam iuris hæreditarii conceditur in sepulturis maiorum suorum iacendi, exemplo, vt dicitur, patriarcharum. Factum hoc circa ann. MCCXXX. Non multo post BONIFACIVS VIII [o] de ea re loquitur, tamquam consueta hominibus, vt sepeliantur intra ecclesiam in maiorum suorum monumentis. Vt adeo ab hisce decretalibus antiquarum legum conculcatio arcessenda sit. Nam episcopis relictam exiguam potestatem permittendi vel non permittendi pro suo arbitrio & prudentia populo locum sepulturæ in ecclesia abstulerunt, iusque & possessionem locorum sepulturæ in ecclesiis priuatarum familiarum tradiderunt manibus. Et alii, quibus non erat istiusmodi ius, sua ducti vel ambitione vel superstitione, ius sepulturæ in ecclesia facile sibi emere poterant; quæ res erat, quam ne ipsi quidem imperatores priscis temporibus sibi expetere ausi fuerant. Ego in historia huius materiæ a primis initiis ad extrema vsque eius deducenda tanto fui studiosior, quia nouatio viris quibusdam, doctrina & iudicio præstantibus, querendi eamque tempore reformationis vel postea sublatam volendi dedit occasionem. *Hunc morem*, inquit doctus ANDREAS RIVETVS [p], *quem inuexit auaritia & superstitio, valde vellem apud nos, cum aliis superstitionum reliquiis esse abolitum, & pristinam consuetudinem reuocari, vt sepulturæ publicæ in campo libero & aperto, extra ciuitatum portas constituerentur. Id etiam conuenientissimum esset vsibus ciuilibus, quia in locis reclusis non potest aër non affici tetro cadauerum odore, ita vt nec mortuis hac ratione consulatur; nec viuentium pericula caueantur; præsertim morborum contagiosorum tempore, quo promiscue cadauera pesti-*

(n) Gregor. decretal. lib. III. de sepulturis cap. I. Statuimus vnumquemque in maiorum suorum sepulchris iacere, vt patriarcharum exitus docet.

(o) Sext. decretal. lib. III. tit. XII. de sepulturis. cap. II. Cum quis, cuius maiores sunt soliti in aliqua ecclesia sepeliri ab antiquo, cetera.

(p) Riuet. in Gen. XLVII. exercitat. CLXXII. p. 842. (p. 656. ed Roterod. MDCLI.) Vid. Grot. Luc. VII, 12. Quod in memoriam martyrum olim inductum, nescio an satis sapienter retineatur.

fera

fera conduntur templis, in quibus quotidie conuenitur. Quod sane horrendum mihi, & aliis multis merito visum est. Similis querela facta est a nonnullis inter *Romanenses*, maxime a IOANNE STEPHANO DVRANTO [q], excellentissimo quondam iureconsulto & senatus *Tholosani* præside. Laudat hic veterum patrum religionem, qua cauerint diligenter, ne intra ecclesiam defunctorum corpora sepelirentur, & *Caroli magni* pietatem, qua priscam institutionem, quodam modo neglectam, renouarit atque instaurarit. Simul cum magno dolore id loquitur, quod, quum olim imperatores tantum in porticu ecclesiæ sepulti sint, hodie recepta consuetudine laici passim intra ecclesiam sepeliantur præter leges & instituta veterum christianorum: ad quæ, post hanc digressionem, iam reuertimur.

LIBRI VICESIMI TERTII
CAPVT SECVNDVM
ALIAE QVAEDAM OBSERVATIONES DE LOCO, RATIONE ET TEMPORE SEPELIENDI.

§. I.

Consecratio cœmiteriorum non adeo antiqua.

CONSIDERATO hactenus generatim loco sepulturæ, ad specialiores quasdam obseruationes de loco, ratione & tempore sepeliendi inter christianos progredimur. Et heic primum quæri potest, Num formali quadam cœmiteriorum suorum, perinde atque ecclesiarum, vsi sint consecratione? Iam vero hac de re perfectum est silentium in primis sæculis. Nullus scriptor ante GREGORIVM TVRONENSEM, qui vixit circa annos DLXX, vllam eius fecit mentionem. Dicit autem [a] hic, sepulchrorum loca suo tempore sacerdotali benedictio-

(q) Durant. de ritib. eccles. lib. I. c. XXIII. §. 5. 6. 7.

(a) Gregor. Turon. de gloria confessor. cap. CVI. Quid faciemus, si episcopus vrbis non aduenerit? quia locus ille, quo sepeliri debet, non est sacerdotali benedictione consecratus? Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui ad exsequias beatæ reginæ conuenerant, imperant paruitati meæ, dicentes: Præsume de caritate fratris tui, & benedic altare illud. Confidimus enim de eius beneuolentia, quod molestum non ferat, si feceris, sed magis gra-

ne

ne consecrata fuisse. DVRANTVS [b] huius consuetudinis originem haud potest repetere altius, adeoque concludere possumus, hac memoria, non antea, hunc morem in ecclesiam esse inuectum. Sanctitas enim sepulchrorum, de qua tam crebro antehac legimus, ex alia ratione erat, non ex formali eorum consecratione.

§. II.

Sanctitas eorum ex alia ratione oriunda, non ex formali ipsorum consecratione.

NAM ipsi gentiles hæc loca sacra eorumque violationem genus quoddam sacrilegii & violationem religionis habere consueuerunt. Sicut ex duorum imperatorum gentilium, GORDIANI & IVLIANI edictis, quæ adhuc inter leges christianas locum retinent, apparet. GORDIANVS [c] ea vocat *res religioni destinatas, etiam religionis effectas:* & propterea sepulchrorum spoliatores puniri iubet, vt qui in læsæ religionis crimen inciderint. Similiter IVLIANVS [d] busta diem functorum *aggeres consecratos* nominat; & lapidem hinc mouere, terram sollicitare, & cespitem vellere, proximum sacrilegio maiores semper habuisse dicit : Ornamenta tricliniis aut porticibus auferre de sepulchris, piaculum esse & contaminationem religionis, pœna manium vindice cohibendam. IVSTINIANVS

tiam referat. Præsume, precamur, vt caro sancta sepulturæ reddatur. Et sic ab illis iniunctus altare in cellula ipsa sacraui.

(b) Durant. de ritib. eccl. lib. I. cap. XXIII. n. 9. Omnia cœmiteria consecrabantur ab hisque potestas sæcularis excludebatur. Iuo Carnotensis *epist. CCXXIX*, Gregor. Turon. *de gloria confessor. cap. CVI.* testatur, sepulchrorum loca sacerdotali benedictione consecrata fuisse.

(c) Cod. Iustin. lib. IX. tit. XIX. de sepulchro violato leg. I. Res religioni destinatas, quin imo iam religionis (al. religiosas) effectas, scientes qui contigerint, & emere & distrahere non dubitauerint: tametsi iure venditio non subsistat; læsæ tamen religionis inciderunt in crimen.

(d) Cod. Theod. lib. IX. tit. XVII. de sepulchris violatis. leg. V. Pergit audacia ad busta diem functorum & aggeres consecratos: Quum & lapidem hinc mouere, terram sollicitare & cespitem vellere, proximum sacrilegio maiores semper habuerunt: sed ornamenta quidam tricliniis aut porticibus auferunt de sepulchris. Quibus primis consulentes ne in piaculum incidant, contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus, pœna manium vindice cohibentes.

hanc

hanc IVLIANI legem repetens in codice ſuo [*e*] pro *pœna manium* legit *pœna ſacrilegii*, nomen pariter & pœnam ſacrilegii huic crimini expreſſis verbis adſignans. Ita quoque vetuſtus poëta in hoc diſticho:

Res ea ſacra, miſer, noli mea tangere fata:
Sacrilegæ buſtis abſtinuere manus.

Quæ omnia oſtendunt, ſepulchra tam ab ethnicis quam chriſtianis pro rebus ſacris habita eſſe, ſine vlla formali conſecratione. Et *Romani* impium eſſe ſtatuebant, mortuorum cineres diſturbare vel violare, niſi publicorum hoſtium eſſent cineres, quorum ſepulchra illis religioſa non erant, quemadmodum PAVLVS [*f*] magnus ille iureconſultus, definit: Ideoque lapides inde ſublatos in quemlibet vſum conuertere quis poterat, nec vlla ſepulchri violati actio in eum competebat.

§. III.

Modus exornandi ſepulchra diuerſus inter ethnicos & chriſtianos.

VERVM in reliquis caſibus omnibus ſepulchra mortuorum loca magnæ ſanctitatis, adeoque & loca magnæ ſecuritatis erant: Ita quidem, vt tuta repoſitoria eſſe crederentur non ſolum mortuorum, ad illos ab omni violentia ſartos tectos conſeruandos, ſed ornamentorum etiam, quibus illa circumdata erant, vel diuitiarum, quæ ſæpe vna cum mortuo ſepeliebantur. Nam *Romani* monumenta ſua ſæpei umero pretioſis columnis, marmoribus, ſtatuis atque imaginibus circumpoſitis ornabant. Quemadmodum e diuerſis legibus in codice *Theodoſiano* [*g*], ad cohibendos eorum ſpoliatores factis, & ex mul-

(*e*) Cod. Iuſtin. lib. IX. tit. XIX. de ſepulchro violato. leg. V.

(*f*) Digeſt. lib. XLVII. tit. XII. de ſepulchro violato. leg. IV. Sepulchra hoſtium nobis religioſa non ſunt; ideoque lapides inde ſublatos in quemlibet vſum conuertere poſſumus: Non ſepulchri violati actio competit.

(*g*) Cod. Theod. lib. IX. tit. XIX. de ſepulchris violatis, leg. II. Vniuerſi, qui de monumentis columnas vel marmora abſtulerunt, vel coquendæ calcis gratia lapides deiecerunt, -- ſingulas libras auri per ſingula ſepulchra fiſci rationibus inferant. -- Eadem etiam pœna, qui diſſiparunt, vel ornatum minuerunt, teneantur. cetera. Leg. IV. Qui ædificia manium violant, domus, vt ita dixerim, defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare: nam & ſepultos ſpoliant deſtruendo, & viuos polluunt fabricando. Si

tis *Romanis* ſcriptoribus patet, qui GOTHOFREDO [*h*] in commentario in vnam harum legum memorantur, & nominatim ſunt PLINIVS, CICERO, AGGENVS, PROPERTIVS, SERVIVS & EVTROPIVS, quorum hic poſtremus ſpeciatim de *Traiani* monumento narrat, quod columna ibi poſita fuerit, cuius altitudo CXL pedes habuerit. *Antonini* quidem imperatores immenſam *Romanorum* vanitatem ac profuſionem hac in re quodam modo cohibuerunt, aſperioribus legibus contra nimis ſplendidam funerum pompam & ſepulchrorum magnificentiam promulgatis, vti memoriæ prodidit IVLIVS CAPITOLINVS [*i*]: Verum hoc non impediebat, quo minus monumenta ſua ſtatuis & columnis marmoreis & id genus ornamentis aliis honeſtarent homines, quemadmodum poſtea in lege quadam *Gordiani* in codice *Iuſtinianeo* [*k*] permiſſum eſſe reperimus. Vt adeo hæc monumenta gentilium tam ſtructura quam ornamentis ſæpius ſplendida eſſent & magnifica, vnde non raro præda & ſpolium rapacibus inuaſoribus facta ſunt. Hoc autem vix de vllo chriſtianorum ſepulchro per tria priora ſæcula ſtatuere poſſumus. CAIVS, vetuſtus ſcriptor & presbyter eccleſiæ *Romanæ* circa annum CCX, de tropæis ac monumentis [*l*] loquitur *Petri* & *Pauli* apoſtolorum, quæ tunc temporis oſtendi ſolita ſint, vnum quidem in *Vaticano* ad *viam triumphalem*,

quis igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa, vel marmora, vel columnas, aliamue quamcumque materiam, fabricæ gratia, ſiue id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre fiſco; ſiue quis propria ſepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, ſiue quæcumque alius accuſauerit, vel officium nuntiauerit.

(*h*) Gothofred. in leg. II. p. 141. a ſin. ſeq.

(*i*) Capitolin. vit. Marc. Anton. pag. 78. Tunc Antonini leges ſepeliendi ſepulchrorumque aſperrimas ſanxerunt: Quandoquidem cauerunt, Ne vti quis vellet fabricaret ſepulchrum: Quod hodieque ſeruatur.

(*k*) Cod. Iuſtin. lib. III. tit. XLIV. de religioſis & ſumtibus funerum leg. VII. Statuas ſepulchro ſuperimponere vel monumento ornamenta ſuperaddere, non prohiberis: Quum iure ſuo quæ minus prohibita ſunt, vnicuique facultas libera non denegetur.

(*l*) Ap. Euſeb. lib. II. c. XXV. *ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι· ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν.* *Ego vero* (inquit Caius) *apoſtolorum tropæa poſſum oſtendere. Nam ſiue in Vaticanum, ſiue ad O-*

et

et alterum ad *viam Ostiensem*. At vero hæc tropæa non adeo magnifica fuerunt. Qualiacumque autem fuerunt, postea tamen vtriusque ossa circa annos CCLVIII a *Xysto* pontifice *Romano* [m] in catacumbas reposita sunt formidine dedecoris atque iniuriæ, quæ feruente persecutione illis inferri poterat. Quodcumque de illis statuere tuto possumus, hoc est, quod lapides sepulchrales fuerint cum inscriptione, nomina eorum, merita, tempus & genus mortis declarante. Et nonnulla eorum ne hoc quidem fuisse exploratum habemus. Interdum enim multi martyres in vno communi sepulchro humabantur, & tum inscriptio solum numerum, non nomina, nec vlla singularia de illis continebat. PRVDENTIVS [n] tumulum se obseruasse dicit, in quo sexaginta martyres vna sepulti iacuerint. Monumentum *Iacobi* apostoli *Hierosolymis* solus cippus [o] erat cum inscriptione. Et sequentibus sæculis christiani magnifica monumenta non magnopere adfectabant ante quidem, quam intra ecclesias sepelire inciperent. Obseruarant enim, quemadmodum gentilium monumenta spoliata & direpta essent, & quot leges contra sepulchrorum violationem ferre necesse habuissent imperatores. Quæ res multis christianis occasionem dabat cogitandi, quanto melius ac tutius esset, sibi ipsis, dum viuerent, monumenta exstruere per liberalitatem ac beneficentiam in pauperes, quam splendida ac magnifica

stiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum, qui ecclesiam illam fundauerunt.

(m) Depositio martyrum ap. Pearson. annal. Cyprian. p. 62. (p. 49 §. II. edit. Amstel. MDCC.) cit. cap. I. §. III. sub not. (*) pag. 11.

(n) Prudent. Peristephan. hymn. XI. de Hippolyto.

Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacitas claudentia turbas
Marmora, quæ solum significant numerum.
Quanta virum iaceant congestis corpora aceruis
Nosse licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic, defossas mole sub vna,
Reliquias memini me didicisse hominum.

(o) Euseb. lib. II. c. XXIII. vocat στήλην, ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη, inquiens, μένει παρὰ τῷ ναῷ. Et Hieronymus de scriptor. eccles. c. II. TITVLVM, *Iuxta templum*, inquiens, *vbi præcipitatus fuerat, sepultus est*, TITVLVM vsque ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit.

monumenta ædificare, a furibus ac latronibus pro arbitrio ſuo diripienda. Ita narrat de *Paula* HIERONYMVS [*], eam omnia bona ſua dediſſe pauperibus & hoc habuiſſe voti, vt mendicans ipſa moreretur & in funere ſuo aliena ſindone inuolueretur. *Ephrem Syrus* iam moriturus iis, qui tunc aderant, mandabat, ne pretioſo cum veſtimento corpus ſuum ſepelirent. Et ſi quis tale quidquam cogitaſſet, aut præparaſſet, id ne exſequeretur, ſed conſilio in melius mutato, hoc ipſum, quod ſepulturæ cohoneſtandæ decreuiſſet, pauperibus impertiretur, quemadmodum in vita ampliſſimi huius viri ac magni luminis in eccleſia *Orientali* refert GREGORIVS NYSSENVS [*p*]. Et BASILIVS diuites ac locupletes generatim adhortatur, vt opes ſuas potius pietatis operibus impendant, quam vt ſibi magnifica exſtruant monumenta. *Quid opus*, inquit [*q*], *monumento ſumtuoſo, aut quæ vtilitas inanis ſumtus? Bonum ſepulchrum eſt pietas. Omnibus tuis ornatus hinc diſcede, fac ornent te tuæ diuitiæ. Habe illas penes te.*

§. IV.

Differebant etiam inter ſe ritu ſepeliendi: ethnicis quidem corpus communiter cremantibus, oſſaque & cineres in vrnis ponentibus: Chriſtianis autem integrum corpus terra humantibus, & a gentili conſuetudine abhorrentibus.

ALIA differentia ethnicos inter & chriſtianos erat in ratione ſepeliendi. Ethnici enim plerique omnes defunctorum corpora in rogum impoſita cremabant, & tum cineres & oſſa in vrnas colligebant ſepeliebantque: chriſtiani autem ab hac ſepeliendi ratione abhorrebant; neque adeo illa vnquam vte-

(*) Hieronym. epiſt. XXVII. in epitaph. Paulæ cap. VII.

(*p*) Nyſſen. vit. Ephrem. tom. III. p. 613. Μέλλων ὁ θεοφόρος οὗτος ἀνὴρ ἀπαίρειν πρὸς τὰ οὐράνια, τοῖς παροῦσιν παρηγγύετο, ὡς οὐκ ἐξὸν αὐτοῖς ἐσθῆτι πολυτελεῖ τὸ τούτου σῶμα ἐνταφιάσαι· εἰ δὲ καί τις φιλοπάτωρ ὢν τοιοῦτόν τι προνενόηκεν, ἢ παρητοίμασε, μηδαμῶς εἰς ἔργον τὴν βουλὴν ἀγαγεῖν· ἀλλ' αὐτὸ ἐκεῖνο, τὸ ὁρισθὲν εἰς τὴν ἐκείνου ταφὴν, δοθῆναι πτωχοῖς.

(*q*) Baſil. homil. in diuites, tom. I. p. 348. τί μνήματος ἐπισήμου καὶ ταφῆς πολυτελοῦς, καὶ δαπάνης ἀκερδοῦς ὄφελος; -- καλὸν ἐντάφιον ἡ εὐσέβεια· πάντα περιβαλλόμενος ἄπελθε· οἰκεῖον κόσμον τὸν πλοῦτον ποίησαι· ἔχε αὐτὸν μετὰ σεαυτοῦ.

ban-

bantur, ſed vniuerſum corpus terra humabant, vel ſi qua occaſione ad alium ſepeliendi modum eſſet, corpus condiebant, ad ponendum illud in catacumbis, vt ne quid offenſionis & incommodi ex illis haberent in iſtis locis, vbi nonnumquam religioſos conuentus ſuos agere neceſſum habebant. Chriſtianos planam & ſimplicem infodiendi corpora, non cremandi, rationem ſequutos eſſe, ex obiectione pagani illius apud MINVCIVM FELICEM [r] patet, *Anceps malum*, inquientis, *& gemina dementia! Cælo & aſtris, quæ ſic relinquimus vt inuenimus, interitum denuntiare: ſibi mortuis & exſtinctis, qui, ſicut naſcimur, & interimus, æternitatem repromittere. Inde videlicet exſecrantur rogos, & damnant ignium ſepulturas, quaſi non omne corpus, etſi flammis ſubtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram reſoluatur*; cetera. Ad quam obiectionem chriſtianus reſpondet [s]: *Corpus omne, ſiue areſcit in puluerem, ſiue in humorem ſoluitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur, ſubducitur nobis: ſed Deo elementorum cuſtodi reſeruatur. Nec, vt creditis, vllum damnum ſepulturæ timemus, ſed veterem & meliorem conſuetudinem humandi frequentamus.* Idem manifeſtum eſt ex TERTVLLIANO, qui quoſdam ethnicos a cremando ex ſuperſtitioſa quadam opinione [t] abſtinere dicit, quod ſcilicet modicum quid animæ ſubſidat in corpore poſt mortem. *Propterea nec ignibus funerandum aiunt, parcentes ſuperfluo animæ.* Addit: *Alia autem ratio pietatis iſtius* (chriſtianorum videlicet) *non reliquiis animæ adulatrix, ſed crudelitatis etiam corporis nomine auerſatrix, quod & ipſum homo non vtique mereatur pœnali exitu impendi.* Alio loco [u] ait: *Ego magis ridebo vulgus, tunc quoque quum ipſos defunctos atrociſſime exurit, quos poſtmodum guloſiſſime nutrit, iiſdem ignibus & promerens & offendens. O pietatem de crudelitate ludentem!* Inter criticos non conuenit, quo tempore & qua ratione hæc conſuetudo cremandi corpora inter *Romanos* ceſſarit. Nonnulli eam vetitam eſſe putant per vtrumque *Antoninum* in ſeueris legibus de funeribus, antea memoratis. GOTHOFREDVS autem & alii, non ſine ratione errorem

(*r*) Minuc. p. 32. (cap. XI. n. 2. 3. p. 33. edit. Cellar. Hallenſ. MDCXCIX.)
(*s*) Ibid. p. 101. (cap. XXXVII. n. 10, 11. p. 129. 130. cit. edit. Hall.)
(*t*) Tertull. de anima. cap. LI.
(*u*) Id. de reſurr. cap. I.

esse putant: quia non solum TERTVLLIANVS exustionem derideat tamquam adhuc visitatam inter gentiles, sed quia etiam in lege quadam *Theodosii*, tempore ipsius adhuc quasdam eius reliquias fuisse, significetur. Nam de vtraque consuetudine loquitur, hoc est, de humatione non solum vniuersorum corporum subter terram, sed etiam [x] de more sepeliendi in vrnis supra terram; quod corpus ante exuri, & solas reliquias, ossa & cineres, in vrnis supra terram poni consueuisse innuit. Verum enimvero certum est, hanc consuetudinem inter ipsos ethnicos quadraginta circiter annis post exolcuisse. MACROBIVS [y] enim, qui *Theodosii* iunioris memoria vixit, circa annum CCCCXX, vrendi corpora defunctorum vsum eo tempore nullum fuisse, & quidquid de eo norit, ex lectione se didicisse expressis verbis adfirmat. Maxime probabile est, gentilitiam consuetudinem gradatim immutatam fuisse a *Commodi* imperatoris inde tempore. Nam ipse *Commodus* & multi ex amicis ipsius sepulti sunt per humationem, non per combustionem, quemadmodum vir quidam doctus [z] ex XIPHILINO obseruat. Et ab hoc tempore consuetudo cremandi fortassis coepit exolescere, donec tandem sub christianis imperatoribus, licet sine vlla eam prohibente lege, contraria consuetudo prorsus inualesceret, & haec occideret in nihilum. Christiani autem simplicis rationis sepeliendi per humationem semper erant retinentissimi, nec vlla alia vti volebant; magnam crudelitatis partem in vexatoribus suis habentes, quandocumque hanc ipsis decentem sepulturam post mortem negarent, vti faciebant nonnumquam, vel exponendo eorum tetris & immanibus beluis ac rapacibus auibus, vel cremando illa in contemtum ac risum doctrinae de futura resurrectione. Ita, vt

(x) Cod. Theod. lib. IX. tit. XVII. de sepulchris violatis. leg. VI. Omnia quae supra terram vrnis clausa, vel sarcophagis corpora detinentur, extra vrbem delata ponantur, cetera.

(y) Macrob. Saturnal. lib. VII. c. VII. Licet vrendi corpora defunctorum vsus nostro saeculo nullus sit, lectio tamen docet eo tempore, quo igni dari honor mortuis habebatur, si quando vsu venisset, vt plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis virorum corporibus adiicere singula muliebria, cetera.

(z) Burnet. *Travels*. Let. IV. p. 210.

EVSE-

EVSEBIVS [a] ex epistola ecclesiæ *Smyrnensis* refert, *Polycarpum* instigantibus iudæis tractabant, corpus illius in medio collocatum, vt moris erat ipsis, concremantes: atque ita christiani demum illius ossa colligentes sepeliebant. Eodem modo martyres *Lugdunenses* & *Viennenses* in *Gallia* tractabant, cum grauissimo dolore christianorum, quibus humare cadauera non permittebant, sed sub dio sex dies custodita, & tandem cremata atque in cineres redacta, in præterfluentis *Rhodani* alueum spargebant, in contemtum doctrinæ de carnis resurrectione; exclamantes, *Videamus nunc, an sint resurrecturi, & vtrum adesse ipsis Deus suus ac de manibus nostris ipsos eripere valeat*, quemadmodum historiam ex actis & monumentis passionis eorum idem EVSEBIVS [b] narrat. Sic *Maximus* præses *Tharaco* martyri [c] dicebat, non esse, quod corpus suum vnguentis & odoribus conditum atque sepultum iri speret; se enim comburi ipsum iussurum, & cineres eius in ventum dispersurum. Facile esset, alia eiusdem consuetudinis exempla proferre in medium,

(a) Euseb. lib. IV. cap. XV. *ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατοντάρχης τὴν τῶν ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν· οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν.*

(b) Euseb. lib. V. c. I. *τὰ δὲ καθ᾽ ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ· τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν πλησίον παραῤῥέοντα, ὅπως μηδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι· καὶ ταῦτ᾽ ἔπραττον, ὡς δυνάμενοι νικῆσαι τὸν θεὸν, καὶ ἀφελέσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν -- νῦν ἴδωμεν εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν. Nos grauissimo interim dolore premebamur, quod humare cadauera nobis non liceret. -- Igitur martyrum corpora postquam omni genere contumeliæ traducta & sub dio per sex dies exposita iacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præterfluentis Rhodani alueum sparsa sunt ab impiis, ne vllæ deinceps eorum reliquiæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi Deo superiores esse & resurrectionem illis adimere possent. -- Videamus nunc &c.*

(c) Acta Tharaci ap. Baron. an. CCXC. n. XXI. (n. XXIII. ed. Antuerp. MDCXVII.) Præses dixit, Nonne sic te perdam, & sicut antea prædixi, & reliquias tuas? ne mulierculæ in linteamine corpus tuum inuoluant, & vnguentis & odoribus adornent. Sed scelesté, iubebo te comburi, & cineres tuos in ventum dispergam.

quorum nonnulla ab ipsis historicis ethnicis [d], non sine dolore & animaduersione in inhumanam istam ac crudelem agendi rationem, commemorantur.

§. V.

Mos defunctorum corpora condiendi valde vsitatus inter christianos. Et cur magis inter illos quam inter gentiles.

AB vltimo exemplo, quando præses *Tharaco* dixit, fore, vt corpus eius vnguentis haud condiatur, facile esset concludere, fuisse morem christianorum ad minimum martyres suos, si non alios, vnguentis adornare. Verum consuetudo videtur fuisse generalior. Nam paganus ille apud MINVCIVM FELICEM [e] christianis generatim dat vitio, quod corpus odoribus non honestent, dum viuant, sed reseruent vnguenta funeribus. Et TERTVLLIANVS significare videtur [f], corpus ad funus præparare, adhibitis aromatibus aliisque rebus odoriferis, generalem consuetudinem fuisse christianorum. *Tura*, inquit, *plane non emimus. Si Arabiæ queruntur, sciant Sabæi, pluris & carioris suas merces christianis sepeliendis profligari, quam diis fumigandis.* Vna ex præcipuis speciebus huius inunctionis corporum erat myrrha. Vnde PRVDENTIVS, adludens ad hanc consuetudinem [g] ait:

Adspersaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine seruat.

(d) Ammian. Marcellin. lib. XXII. p. 241. (Inter scriptor. August. tom. II. p. 406. edit. Francof. MDLXXXVIII.) Quo non contenta multitudo immanis, dilaniata cadauera peremtorum camelis imposita vexit ad litus: iisdemque subito igne crematis, cineres proiecit in mare, id metuens, vt clamabat, ne collectis supremis, (i. e. reliquiis) ædes (rectius, sedes) illis exstruerentur vt reliquis, qui deuiare a religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, adusque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc martyres appellantur.

(e) Minuc. p. 36. (p. 38. edit. Hal.) Non corpus odoribus honestatis, reseruatis vnguenta funeribus.

(f) Tertull. apol. c. XLII. Vid. de idololatria cap. XI. Annon illa principalis idololatria viderint, si eædem merces, tura dico & cetera peregrinitatis sacrificium idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ vsui sunt.
Acta Euplii ap. Baron. an. CCCIII. n. CXLIX. ublatum est postea corpus eius a christianis, & conditum aromatibus, sepultum est.

(g) Prudent. cathemerin. hymn. de exsequiis defunctorum.

Hic

Hic præcipuus vſus erat myrrhæ, vti ex PLINIO obſeruat HVGO GROTIVS [*h*]. Hinc porro [*] ex HERODOTO narrat [*i*], nationes *Orientales* corpora mortuorum myrrha condire ſolitas eſſe. Et Iudæis quidem morem fuiſſe, vnguentum adhibere ad funerandum, manifeſtum eſt ex ſeruatoris noſtri teſtimonio, dato mulieri, quæ corpus ipſius vnxerat ad funerationem, & ex iis, quæ *Ioannes* de *Ioſepho Arimathæenſi* & *Nicodemo* dicit, quod attulerint miſturam myrrhæ & aloës libras quaſi centum, acceperintque corpus *IESV* & obuinxerint illud linteis cum aromatibus, *ſicut mos ſit iudæis funerare*, Ioan. XIX, 39. 40. Vnde chriſtiani probabiliter anſam acceperant eumdem honorem mortuorum corporibus deferendi. Veteres etiam exiſtimabant, aliquid myſtici denotatum eſſe in donis, *CHRISTO* nato exhibitis a magis, quum ei darent aurum, tus ac myrrham: aurum quidem tamquam regi; tus autem tamquam Deo; & myrrham tamquam homini, quem mori oporteret atque ſepeliri. Etiamſi enim forte nihil huiuſmodi in animo habuerint, ſpiritus tamen ſanctus hæc dona talia eſſe iubere potuit, vt ipſis vel neſcientibus hæc omnia ſignificarent; quemadmodum vnctionem *CHRISTI*, a *Maria* ſuſceptam & perfectam, ad funerationem illius direxit. Ita enim ipſe ſeruator noſter eam interpretatus eſt atque accepit, quantumuis illa de ea nihil fortaſſis cogitarit. Certum eſt, hanc generalem fuiſſe notionem de myrrha *CHRISTO* oblata: quemadmodum ex IRENAEO, CYPRIANO, ORIGENE, BASILIO, GREGORIO NYSSENO, AMBROSIO, CHRYSOSTOMO, AVGVSTINO, HIERONYMO, IVVENCO & SEDVLIO oſtendit IOANNES MALDONATVS [*k*]. Et hæc opinio originem ſuam videtur traxiſſe

(*h*) Grot. in Matth. II, 11. Myrrhæ vix alius vſus eſt, quam vt corpora incorrupta conſeruet.

(*) Not. Nulla apud Grotium l. c. (nec Ioan. XIX, 39.) mentio habetur *Herodoti*, nec eorum, quæ heic ex eo adferuntur.

(*i*) Herodot. lib. II. cap. LXXXVI. tot. pag. 120. edit. Londin. MDCLXXIX. vbi inter alia hæc habentur: *ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ τῶν ἄλλων θυμιημάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες, συῤῥάπτουσι ὀπίσω. Tum aluum (mortui) complentes contuſa myrrha pura, & caſia, & aliis, excepto ture, odoribus, iterum conſuunt.*

(*k*) Maldonat. in Matth. II, 11. *Obtulerunt ei munera, aurum, tus, myrrham*]

ex regionum *Orientalium* consuetudine adhibendi myrrham in præparandis ad sepulturam defunctorum corporibus. Et quum hoc cum consuetudine iudaica & ratione sepulturæ seruatoris nostri exacte conueniret, veteres probabiliter tanto magis addu- xit, vt eadem mortuorum corporum præparatione ad funerationem vterentur. Sæpius enim mortuos suos in istis locis sepelire necessum habebant, vbi ad diuinum cultum congregabantur. Atque hoc in casu necesse omnino erat, mortua corpora aromatibus condire, vt a corruptione conseruarentur, & loca tanto minus offensionis & incommoditatis haberent: Quemadmodum recentiorem quemdam ingeniosum scriptorem [l], in cogitationibus suis de hoc capite, huic opinioni fauere deprehendo. Iam quum ethnici generatim aliam sepeliendi viam inirent, hæc consuetudo nullum inter ipsos vsum habebat. Absurdum enim fuisset, remediis vti ad corpus a corruptione liberum conseruandum, quod statim igne destruere & in rogo in cineres redigere cogitabant. Hæc manifesto pugnantia erant. Quamobrem vt ethnici *Romani* a consuetudine condiendi cadauera alieni fuerunt, ita hoc ipsum pro alia differentia inter christianam & gentilitiam sepeliendi rationem habere possumus.

§. VI.

Christiani interdiu, ethnici vero noctu sepelire soliti.

ALIA quædam differentia erat ratione temporis. Ethnici enim exsequias funerum suorum plerumque noctu agebant:

Quibus Orientales abundant, quamquam nolim mysterium excludere, quod omnes heic veteres auctores tanto consensu cognouerunt, vt regi aurum, Deo tus, homini myrrha data sint. Minus enim mysterii esse videbatur, quod mulier illa vnguento Christum perfudisset, quod nihilominus erat apud Orientales vsitatum, tamen Christus ad significandam suam sepulturam, de qua nihil fortasse mulier cogitabat, factum dixit, Matth. XXVI, 12. Huius autem mysterii etsi non Christum, quia nihil eum de magis loquutum legimus, tamen omnes veteres auctores interpretes habemus, Irenæum lib. III. c. X. Cypr. serm. de stella & magis. Orig. lib. I. contr. Celsum, Basil. homil. de humana Christi generatione, Gregor. Nyssen. hom. de Christi natiuit. Chrysost. hom. I. in varios euangelistas, Ambros. lib. I. de fide c. II. Augustin. serm. I. de epiphania & serm. XXXVII. Hieron. comment. Iuuencum & Sedulium, quorum nota sunt carmina.

(l) Reeve's Apolog. not. on Minucius. p. 76.

Chri-

Chriſtiani autem, ſi tuto illis liceret, ſemper eligebant diem. Temporibus quidem perſequutionis, par eſt ſtatuamus, eos ſæpius coactos eſſe officia ſua funebria, vti alia, ad deuitandam inimicorum ſuorum rabiem, de nocte celebrare. Sicut exemplum habetur in paſſione CYPRIANI [*m*], cuius corpus propter gentilium curioſitatem noctu ſepultum eſſe dicitur cum cereis & ſcolacibus. Neque vero id ipſum ſemper hiſce difficilibus temporibus factum. Nam iudices ſæpius faciliore & humaniore erant animi indole, quam vt illis commune ius & beneficium ſepulturæ negarent, quod ipſimet officium, humanæ naturæ generatim debitum, credebant. Et propterea, quamcumque alioquin crudelitatem exercerent in chriſtianos, plerumque hoc eis commodabant, vt martyres, quos trucidaſſent, ſepeliri ſinerent; quomodo ex diuerſis eorum actis, ſiue hiſtoriis paſſionum [*n*] patet. Quod officium ſi martyrum cadaueribus præſtari permittebatur, neceſſe haud erat noctis perfugium & præſidium quærere, ſed poterant, vti faciebant ſæpius, luce palam ſepelire. Ita quum *Polycarpus* eſſet crematus, diſcipulis poſtea tuto licebat [*o*] oſſa eius & cineres colligere atque arbitratu ſuo humare. Et *Aſturius*, vir ex *Romæ* vrbis ſenatoribus, celeberrimum nomen conſequutus dicitur EVSEBIO [*p*], quod *Marini* martyris cadauer humeris ſuis impoſitum baiularit & decenti ſepulturæ tradiderit.

(*m*) Paſſio Cyprian. p. 14. Eius corpus propter gentilium curioſitatem in proximo poſitum eſt cum cereis & ſcolacibus.

(*n*) Paſſio Maximiliani ad calcem Lact. de mort. perſecut. p. 46. Pompeiana matrona corpus eius de iudice meruit & impoſuit dormitorio ſuo &c.

(*o*) Euſeb. lib. IV. c. XV. vid. ſub litt. anteced. (a) §. IV. pag. 31.

(*p*) Euſeb. lib. VII. c. XVI. *Ἔνθα καὶ Ἀστύριος ἐπὶ τῇ θεοφιλεῖ παῤῥησίᾳ μνημονεύεται· ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμης συγκλητικῶν γενόμενος, βασιλεῦσί τε προσφιλὴς, καὶ πᾶσι γνώριμος εὐγενείας τε ἕνεκα καὶ περιουσίας· ὃς παρὼν τηνικάδε τελειουμένῳ τῷ μάρτυρι, τὸν ὦμον ὑποθεὶς, ἐπὶ λαμπρᾶς καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ἄρας τὸ σκῆνος ἐπιφέρεται· περιστείλας τε εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. Tunc & Aſturius ob religioſam fiduciam ac libertatem celeberrimum nomen eſt conſequutus: vir ex Romæ vrbis ſenatoribus, imperatoribus vnice carus: & cum ob ſplendorem generis, tum propter diuitias omnibus notus. Qui quum ſupradicti martyris (Marini) ſupplicio intereſſet, humeris ſuis impoſitum cadauer candida ac pretioſa amictus veſte baiulauit: & magnifico cultu ornatum decenti tradidit ſepulturæ.*

QVOMODOCVMQVE autem res ſe habuit perſecutionis temporibus, id certum eſt, quamprimum ad imperii dignitatem euectus fuit *Conſtantinus*, chriſtianis funerum ſuorum exſequias luce palam peragere placuiſſe. Quod illi fecerunt, quoad *Conſtantinus* & *Conſtantius* imperio *Romano* præfuerunt, quo ipſo *Iulianus* apoſtata magnopere offenſus, promulgato edicto id vetuit, quod luculentum hac in re teſtimonium eſt. Edictum illud ita habet [q] : *Efferri cognouimus cadauera mortuorum per confertam populi frequentiam & per maximam inſiſtentium denſitatem: quod quidem oculos hominum infauſtis infeſtat aſpectibus. Qui enim dies eſt bene auſpicatus a funere? aut quomodo ad Deos & templa venietur? Ideoque quoniam & dolor in exſequiis ſecretum amat, & diem functis nihil intereſt, verum per noctes an per dies efferantur, liberari conuenit populi totius aſpectus, vt dolor eſſe in funeribus, non pompa exſequiarum, nec oſtentatio videatur.* Quæ lex manifeſto ad praxin chriſtianam ſub duobus antecedentibus imperatoribus reſpicit. Dolebat *Iulianus*, quod chriſtianos videbat exſequias ſuas palam de die peragere, idque cum gaudii potius quam doloris teſtificatione, maxime in translationibus martyrum, quæ eiuſdem naturæ erant cum exſequiis, magnaque cum pompa & lætitiæ ſignificatione, cum pſalmodia & hymnis ad Deum, in generali quadam congregatione & concurſu multitudinis, perficiebantur. Quomodo ſpeciatim in translatione *Babylæ* martyris ex *Daphne* ſuburbano in vrbem *Antiochiam* factum, quæ ætate ipſius contigit, & vna ex maximis noxis in imperio ſuo ab ipſo habita eſt. Nam, vt hiſtorici [r] perhibent, chriſtiani, qui *Antiochiæ* erant, viri ſimul ac mulieres, iu-

(q) Cod. Theod. lib. IX. tit. XVII. de violandis ſepulchris. leg. V.

(r) Socrat. lib. III. c. XVIII. τὰ γὰρ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἱερὰ τῶν ἑλλήνων ἀνοιγῆναι κελεύσας, χρησμὸν λαβεῖν παρὰ τοῦ ἐν Δάφνῃ Ἀπόλλωνος ἔσπευδεν· ὡς δὲ ὁ ἐνοικῶν τῷ ἱερῷ δαίμων τὸν γείτονα δεδοικὼς, λέγω δὴ Βαβύλαν τὸν μάρτυρα, οὐκ ἀπεκρίνατο· πλησίον γὰρ ἦν ἡ σορὸς, ἡ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος κρύπτουσα· γνοὺς τὴν αἰτίαν ὁ βασιλεὺς, τὴν σορὸν τάχος κελεύει μετοικίζεσθαι· τοῦτο μαθόντες οἱ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν χριστιανοὶ, ἅμα γυναιξὶ καὶ νέᾳ ἡλικίᾳ, χαίροντες καὶ ψαλμῳδοῦντες, ἀπὸ τῆς Δάφνης ἐπὶ τὴν πόλιν μετέφερον τὴν σορόν· αἱ δὲ ψαλμῳδίαι ἥπτοντο τῶν ἑλληνικῶν Θεῶν, καὶ τῶν πεπιστευκότων αὐτοῖς τε καὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. *Imperator quum templa gentilium in vrbe Antiochia aperiri iuſſiſſet, oraculum ab Apolline Daphnæo accipere omni ſtudio contendebat. Sed quum*

venes ac virgines, ſenes ac pueri immenſa exſultatione ſuccincti, loculum per totam viam præcedebant. Præcinebant autem ceteris ii, qui pſalmos apprime callebant: multitudo deinde reſpondebat cum concentu, & ſingulis verſibus pſalmorum hanc addebant clauſulam: *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, qui gloriantur in ſimulacris.* Hæc in auribus *Iuliani* per ſex millia paſſuum tanta exſultatione pſallebat omnis populus, vt cælum clamoribus reſultaret. Vnde & ille in tantam iracundiæ rabiem deductus eſt, vt altera die comprehendi chriſtianos paſſim & tradi iuberet in carceres ac pœnis ac cruciatibus adfici. Et hæc procul dubio ſecreta erat ratio, cur legem iſtam contra ritum celebrandi chriſtianas exſequias ferret; quamuis lex ipſa alias rationes prætexeret, ex ſuperſtitioſis penitioris philoſophiæ ac religionis eius principiis deſumtas. Prima eius ratio erat, quod ipſe exſequiarum aſpectus, maxime vero funeris perſecutio diurna homines ita polluat, vt ad cultum deorum inepti reddantur. Eamque ipſam ob ra-

in templo habitans dæmon, vicinum veritus, Babylam videlicet martyrem, nihil reſponderet: erat enim in proximo loculus, quo martyris corpus incluſum ſeruabatur: comperta cauſſa imperator loculum confeſtim transferri iubet. Quod vbi chriſtianis, qui Antiochiæ erat, palam factum eſt, ſimul omnes effuſi cum mulieribus & paruulis, loculum ex Daphne in vrbem comportant, tripudiantes gaudio & pſalmos concinentes. Pſalmi autem illi perſtringebant gentilium deos, eoſque, qui diis illis & ſimulacris eorum fidem adhibebant.

Sozom. lib. V. cap. XIX. φασὶ δὲ τότε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ νέους καὶ παρθένους, γέροντάς τε καὶ παῖδας, οἳ τὸν σορὸν εἷλκον, παρακελευομένους ἀλλήλοις, παρὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν διατελέσαι ψάλλοντας· πρόφασιν μὲν τῇ ᾠδῇ τοὺς ἱδρῶτας ἐπικουφίζοντας· τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ὑπὸ ζήλου καὶ προθυμίας κινουμένους, τῷ μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν αὐτοῖς τὸν κρατοῦντα περὶ τὸ θεῖον· ἐξῆρχον δὲ τῶν ψαλμῶν τοῖς ἄλλοις, οἱ τούτους ἀκριβοῦντες, καὶ ξυνεπήχει τὸ πλῆθος ἐν συμφωνίᾳ· καὶ ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐπῇδεν· ᾐσχύνθησαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκαυχώμενοι τοῖς εἰδώλοις. *Quo quidem tempore aiunt viros ſimul & mulieres, iuuenes ac virgines, ſenes ac pueros, qui loculum martyris trahebant, ſeſe inuicem cohortantes, pſalmos per totum iter cecinisse: ſpecie quidem vt laborem cantu ſubleuarent: re ipſa vero, zelo quodam & pietatis æſtu ſuccenſos, eo quod princeps non idem cum ipſis de Deo ſentiret. Præcinebant autem ceteris ii, qui pſalmos apprime callebant: multitudo deinde reſpondebat cum concentu; & hunc verſiculum ſuccinebat: Confuſi ſunt omnes qui adorant ſculptilia, qui gloriantur in ſimulacris.* Vid. eadem apud Ruffinum lib. I. c. XXXV. Theodoret. lib. III. c. X.

 tio-

tionem magistratui aut sacerdotibus per *Romanæ* superstitionis leges non licebat funus de die exsequi, sed tantum de nocte; quemadmodum in huius legis interpretatione ex optimis *Romanis* scriptoribus SERVIO, DONATO, AVLO GELLIO, SENECA, TACITO & DIONE fuse ostendit IACOBVS GOTHOFREDVS [s]. Hæc ratio est, desumta ex principiis superstitionis eius in religione. Secunda ratio, e philosophiæ penetrali desumta a *Iuliano* & ipso maximo philosopho, hæc est, quod dolor in exsequiis secretum amet: quod dolor in funeribus esse debeat, non pompa exsequiarum aut ostentatio. Tertia & postrema ratio est, ex persona defunctorum petita, quod videlicet diem functis nihil intersit; vtrum per noctes an per dies efferantur: & quod adeo commodius sit de nocte sepelire propter viuos, qui nocturnis exsequiis pollui & offendi nequeant. Verum christiani has rationes despiciebant, tamquam minus philosophicas, ridiculas & irreligiosas. Quod ad primam, nullam agnoscebant pollutionem, oriundam ex prosequutione funeris. Corpora christianorum credebant *CHRISTI* membra esse, tam mortua, quam viua; nec vllam statuebant labem in eorum deductione ad sepulchra sua, in quibus tantum somni ac quietis caussa deponerentur, aliquando resurrectura. Quidquid theologia gentilis docebat in contrarium, persuasissimum tamen habebant, mortuos in communione esse sanctorum, &

(s) Gothofred. in dict. leg. Iuliani. Quibus concinit Donatus in *Andriam Terentii. Noctu*, inquit, *efferebantur propter sacrorum celebrationem diurnam.* Item Seruius *lib. XI. Aeneid.* ad verba illa: *Rapuere faces. Quia*, inquit, *in religiosa ciuitate cauebant, ne aut magistratibus occurrerent, aut sacerdotibus, quorum oculos nolebant alieno funere violari.* Eaque ipsa ratione vel certe simili Paulus *1. sect. tit. de sepulchris & lugendis*, corpus in ciuitatem inferre non licere scripsit, *ne funestentur*, inquit, *sacra ciuitatis.* Et tamen refert Gellius lib. X. c. XV. ex Fabii Pictoris *lib. I.* etsi fas non esset pontifici, vel flamini Diali mortuum intueri, (quod etiam Seneca *consol. ad Marc.* c. XV. & Tacitus *1. Annal.* agnoscunt, id perperam negat Dio, lib. LIV.) & feralia tangere, funus tamen exsequi ne quidem pontifici religioni fuisse. Neque tamen hæc sunt contraria. Non fuit religioni pontifici funus exsequi de nocte, quo tempore sacra non celebrabantur: religioni fuisset de die, vt in indictiuo funere: vide exemplum in Tiberio apud Dionem lib. LV. in funere Cæsaris Augusti, quo tempore sacrorum celebratio diurna, vt loquitur Donatus, fiebat.

vt talibus communicari & miniſtrari poſſe ſine vlla contaminatione. Quod vero ad ſecundam eius rationem attinet, ex philoſophia petitam, Quod nox ad luctum ſit aptior, dies autem non niſi ad pompam & oſtentationem faciat: hoc nullum ipſis argumentum erat, qui docti erant non immoderate lugere mortuos, nec lugere vt ceteri ſine ſpe eos, qui tantum obdormiuerant. Nam chriſtianorum luctus gaudio & ſolatio miſti ſunt. Pompæ exſequiarum potiſſimum pſalmi erant & hymni, cum quibus defunctos ad ſepulchra deducebant. Et talis pompa, qualis hæc, nihil in ſe habebat oſtentationis. Eo ſolum ſpectabat, vt viui ad ſanctitatem & ſtudium virtutis excitarentur, vt mortis memores eſſent, ad eamque digne ſe præpararent. Quam ob cauſſam commodum erat, eam fieri palam in ore atque oculis omnium per confertam ſpectatorum frequentiam. Ad quæ omnia dies accommodatior erat nocte, quum exſequiis ipſorum propoſitum eſſet videri ab omni populo. Et propterea, quum mortuorum nihil interſit, vtrum per dies an per noctes efferantur, (quæ tertia *Iuliani* ratio erat) chriſtiani diem iſtis ſollemnitatibus præſtituebant, vtpote viuis, quorum vtilitatis præcipua hac in re habebatur ratio, magis conuenientem.

ATQVE ex his rationibus chriſtiani exſequias ſuas de die celebrare pergebant, *Iuliani* prohibitionem rationeſque in contrarium nihil morati. GOTHOFREDVS ab hoc tempore nullum exemplum exſequiarum de nocte factarum exſtare putat: Refragari tantum videri dicit locum quemdam AMBROSII [t], vbi viduam, alteras poſt mariti deceſſum nuptias repetentem amiſſis liberis, ſic compellat & dehortatur: *Nonne iterum paſſura, quod repetit, & ad ipſorum votorum tumulos, exceptarum orbitatum imagines, lamentorum ſtrepitus perhorreſcit, vel quum accenſis funalibus nox ducitur, nonne pompa funebris exſequias magis putat, quam thalamum præparari?* „Verum, inquit GOTHOFREDVS, non „vult eo loco AMBROSIVS ad noctem exſequias celebrari, ſed „ritum nuptiarum cum ritu funeris componit. Vt in funere, „ita in nuptiis faces vſitatæ. Hinc illud ad matrimonio recens „iunctos:

(t) Ambroſ. de viduis.

Viui-

„*Viuite felices inter vtramque facem:*
„Et sub noctem accensis facibus noua nupta in domum mari-„ti deducebatur. Ait igitur AMBROSIVS, ipso nuptiarum die „funalia illa accensa non minus exsequiarum ritum præ se fer-„re quam nuptialem deductionem, non quod tempus tempori „respondere contendat„. Hactenus GOTHOFREDVS. At vero hoc idoneum esse responsum, non persuasus sum, quia dantur alia minime dubia testimonia, quod christiani accensis lampadibus ac facibus exsequias suas celebrarint. Adeoque aliam quamdam huius ritus rationem reddi necesse est. Quæ hæc fuerit: Quod christiani, etiamsi interdiu sepelirent, faces in deductione funerum in testificationem gaudii portare soliti sint. Quod ipsum & aliis quibusdam occasionibus fecerunt. HIERONYMVS [u] enim ait: *Per totas Orientis ecclesias, quum legendum est euangelium, accenduntur luminaria in sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum; vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in psalterio legimus: Lucerna pedibus verbum tuum, domine, & lumen semitis meis.* Et hinc non est improbabile, eos eadem cærimonia in exsequiis diurnis vsos fuisse, & quidem eadem de caussa, vt lætitiam potius suam demonstrarent, quam tristitiam, sicut ethnici. De facto res extra controuersiam est, quod ardentibus facibus vsi sint in exsequiis; nullum tamen indicium exstat, exsequias eorum fuisse nocturnas. NAZIANZENVS de exsequiis loquens *Cæsarii* fratris [x], matrem facem in manibus ante mortuum corpus illius in funeris deductione gestasse diserte adserit. HIERONYMVS episcopos *Palæstinos* [y] idem dicit fecisse

(u) Hieron. contr Vigilant. cap. III.

(x) Naz. orat. X. in Cæsarium tom. I. p. 169. Καὶ νῦν ἡμῖν ὁ πολὺς Καισάριος ἀποδέδοται, κόνις τιμία, νεκρὸς ἐπαινούμενος, ὕμνοις ἐξ ὕμνων παραπεμπόμενος, μαρτύρων βήμασι πομπευόμενος, γονέων χερσὶν ὁσίαις τιμώμενος, μητρὸς λαμποφορίᾳ, τῷ πάθει τὴν εὐσέβειαν ἀντεισαγούσης κ. τ. λ. *Ac nunc nobis magnus ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosus, mortuus laudatus, ex hymnis ad hymnos transmissus, ad martyrum sacraria cum pompa ductus, sanctis parentum manibus honoratus*, materna cereorum gestatione, *pietatem mærori subrogante.*

(y) Hieron. epist. XXVII. ad Eustoch. in epitaph. Paulæ. Translata episcoporum

in

in *Paulae* celebris illius matronae funere. Nonnullos corpus eius, ceruice feretro subiecta, ad sepulchrum transtulisse, alios lampades cereosque praetulisse ait. Eadem de funere *Macrinae* sororis suae narrat GREGORIVS NYSSENVS [z], quod non pauci diaconi ministrique funus praecesserint, qui ordine progredientes, accensos cereos gestarint manibus. Et THEODORETVS [a], loquens de reliquiarum *Chrysostomi* ex *Comanis* in vrbem regiam *Constantinopolin* translatione, dicit, tantam populi multitudinem eas prosequutam esse in nauigiis, quum *Bosporum* transportarentur, vt mare facibus obtegeretur. CHRYSOSTOMVS ipse [b] de vsu lampadum in funeribus loquitur. Et in nouella quadam IVSTINIANI [c] acoluthis interdicitur quidpiam exigere pro facibus suis. Nam *Constantinopoli* faces funeribus dabantur ex publico aerario, quod ibi ad sepeliendos mortuos

manibus & ceruicem feretro subiicientibus, quum alii pontifices lampadas cereosque praeferrent.

(z) Nyssen. vit. Macrinae, tom. II. p. 201. Τῦ λαῦ περὶ τὴν κλίνην πεπυκνωμένυ, καὶ πάντων ἀπλήςως ἐχόντων τῦ ἱερῦ ἐκείνυ θεάματος, ὐκ ἦν ἐν ευκολίᾳ τὴν πορείαν ἡμῖν διανύεσθαι· προηγεῖτο δὲ καθ' ἑκάτερον μέρος διακόνων δὲ καὶ ὑπηρετῶν ὐκ ὀλίγον πλῆθος, σοιχηδὸν τῦ σκηνώματος προπομπεῦον, τὰς ἐκ κηρῦ λαμπάδας ἔχοντες πάντες. *Quum frequens populus feretrum circumstaret, nec tam mirabili & sacro spectaculo posset expleri, non erat facile nobis iter facere, ex vtraque autem parte praecedebat non exiguus diaconorum ministrorumque numerus, qui omnes ordine progredientes*, accensos cereos *manibus gestabant.*

(a) Theod. lib. V. c. XXXVI. χρόνῳ μέντοι ὕστερον καὶ αὐτὰ τῦ διδασκάλυ τὰ λείψανα εἰς τὴν βασιλεύυσαν μετεκόμισαν πόλιν· καὶ πάλιν ὁ πιςὸς ὅμιλος, ὡς ἠπείρῳ τῷ πελάγει διὰ τῶν πορθμείων χρησάμενος, τῦ Βοσπόρυ τὸ πρὸς τῇ προποντίδι σόμα ταῖς λαμπάσι κατέκρυψε. *Aliquanto post ipsum quoque magni doctoris reliquiae in vrbem regiam translatae sunt. Atque iterum fidelis populus, mari prae nauigiorum multitudine instar continentis effecto, ostium Bospori ad Propontidem situm* facibus obtexit.

(b) Chrysost. homil. IV. in Hebr. p. 1784. (p. 736. edit. Francof.) εἰπὲ γάρ μοι, τί βύλονται αἱ λαμπάδες αἱ φαιδραί; ὐχ ὡς ἀθλητὰς αὐτὺς προπέμπομεν; τί δὲ ὕμνοι; ὐχὶ τὸν θεὸν δοξάζομεν, καὶ εὐχαριςῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐςεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα; *Nam dic mihi, quid sibi volunt* clarae lampades? *Annon eos tamquam athletas deducimus? Quid autem hymni? Annon Deum glorificamus & gratias agimus, quod eum, qui excesserit, iam coronauerit?*

(c) Iustin. nouell. LIX. cap. V. tot.

constitutum erat. Hæ non meræ sunt adlusiones ad vetustam consuetudinem, sed planæ narrationes de ipso facto, quæ christianos probant aut quasdam exsequias noctu celebrasse, aut certe de die facibus vsos esse: vti quædam testimonia videntur innuere. Nam CHRYSOSTOMVS lampades ante mortuos portari dicit, ad significandum, quod athletæ ac victores fuerint, & vt tales in triumpho ad sepulcra sua deducantur. Et eatenus opinio GOTHOFREDI admitti potest, quod christiani generatim de die funera sua duxerint. At vero tum ei illud addi oportet, quod lampades & faces accensas adhibuerint interdiu ad declarandam lætitiam suam & testificandam reuerentiam atque honorem mortuo, tamquam triumphanti victori, qui hunc mundum inferiorem deuicerit, & iam profectus sit in melioris mundi, qui supra est, possessionem. Si quid pretii statui posset incertæ auctoritati scriptoris vitæ *Germani* episcopi *Antissiodorensis* apud SVRIVM, res extra controuersiam poneretur. Dicit enim (d), „*Gallos* funus eius honorifice curasse, & mul„titudinem hominum, splendorem sibi etiam per diem vendi„cantem, repercusso solis radio, refulsisse„. Verum præter hoc incertum testimonium satis multa diximus ad ostendendam differentiam inter ritum gentilem sepeliendi de nocte & christianum ritum sepeliendi de die; quæ res præcipua est, quam in hac dissertationis meæ parte spectaui. Vnum tantum confirmationis loco subiungo, quod christiani hoc æuo generatim eucharistiam in elatione funerum celebrarint, quod diurnum officium est, non nocturnum, & matutina quidem diei parte, non post meridiem, peragendum. Vnde in concilio quodam *Carthaginensi* decretum legitur, vt, si qua commemoratio defuncti facienda sit a meridie, ea fiat cum solis precibus, non cum celebratione eucharistiæ. Quod certissimum argumentum est, funera eorum generatim de die efferri consueuisse, siquidem officium funebre officio eucharistico siue matutino quodam modo adsignatum erat. Qua de re plura loco suo.

(*d*) Sur. XXX. Iul. ap. Durant. de ritib. lib. I. c. XXIII. n. 14.

LIBRI

LIBRI VICESIMI TERTII
CAPVT TERTIVM
QVEMADMODVM CORPVS AD EXSEQVIAS PRAEPARARINT, ET QVIBVS RELIGIOSIS CAERIMONIIS AC RITIBVS ILLVD SEPELIERINT.

§. I.

Christiani sepeliendi mortuos, etiam cum vitæ suæ periculo, numquam non studiosi.

VENIMVS iam ad cærimonias, in præparatione mortui corporis ad exsequias adhiberi solitas, & ritum illud sepeliendi. Nullus caritatis actus maioribus laudibus effertur a veteribus, quam quidem hic sepeliendi mortuos. Et propterea sæpe cum vitæ suæ periculo hoc amoris in defunctos officium suscipiebant. Persequutionis & pestilentiæ temporibus fieri hoc non poterat sine graui periculo; neque tamen in vtroque casu id reformidabant. *Asturius* senator *Romanus* [a] corpus *Marini* martyris humeris suis impositum de loco supplicii ad sepulchrum portabat. Et *Eutychianus* presbyter *Romanus* in *Romano* martyrologio & pontificali laudatur, quod per loca diuersa CCCXLII martyres [b] manibus suis sepeliuerit. Interdum cadauera martyrum noctu auferre audebant, si libertatem ea sepeliendi precibus obtinere aut pecunia redimere non poterant. Quemadmodum ex epistola ecclesiarum *Lugdunensis* & *Viennensis* apud EVSEBIVM [c] discimus, vbi fratres grauissimum animi dolorem declarant, quod sibi per inimicos non licuerit martyres suos humare. Omni enim studio atque industria cadauera noctu atque interdiu custodiisse eos dicunt, ne quis christianorum ea auferret, neque vim auri neque preces vllas hostium animos commouere potuisse, vt ea sepulturæ mandari sinerent, sed sub dio per sex dies exposita, tandem

(a) Euseb. lib. VII. c. XVI. vid. cap. præced. §. VI. sub litt. (p) pag. 35.
(b) Pontifical. vit. Eutychiani concil. tom. I. p. 13.)
(c) Euseb. lib. V. c. I. Vid. cap. antec. §. IV. sub litt. (b) pag. 31.

cremata atque in cineres redacta, in *Rhodanum* fluuium sparsisse, ne vllæ deinceps eorum reliquiæ in terris superessent. Fratres heic vitam suam noctu exposuerunt periculo, vt, si fieri posset, cadauerum compotes facti ea honeste sepelirent. Neque exempla in vetustis martyrologiis desunt eorum, qui propter flagrantissimum in fratres suos hac in re amorem martyres facti sunt. Alter difficilis casus, in quo æqualem caritatem & industriam demonstrabant, tempus erat, vbi pestilentiæ contagia humanum vrebant genus. Neque tum fratres suos, dum viuerent, deserebant, neque inhumatos esse sinebant, si diem obiissent. Singulare huius curæ exemplum [*d*] nobis suggerit DIONYSIVS episcopus *Alexandriæ* in terribili pestilentia, quæ tunc temporis grassata sit in *Aegypto*. „Plurimi ex fra-„tribus nostris, inquit, curam omnem propriæ salutis abiici-„entes, sibique mutuo adhærescentes, dum ægros secure atque „audacter inuisunt, eisque assidue ministrant & curationem ad-„hibent in *CHRISTO*, vna cum illis mortui sunt; aliorum ægri-„tudine libentissime sese implentes, & proximorum morbum „in semetipsos quodam modo attrahentes, doloresque eorum „sponte sua exprimentes atque extergentes. Multique adeo, „qui alios ægrotantes curauerant, & in pristinam valetudinem „restituerant, ipsi interierunt: mortem illorum in se ipsos tra-„ducentes, verbumque illud vulgare, quod officiosæ duntaxat „comitatis hactenus visum fuerat, re ipsa adimplentes, quum „aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent. Et hoc „quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum „nonnulli presbyteri erant atque diaconi, & ex populo lauda-

(*d*) Ap. Euseb. lib. VII. c. XXII. *οἱ πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλȣσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδȣ̃ντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοπȣ̃ντες ἀφυλάκτως τȣ̀ς νοσȣ̃ντας· λιπαρῶς ὑπηρετȣ́μενοι· θεραπεύοντες ἐν Χριστῷ, συναπηλλάττοντο ἐκείνοις ἀσμενέστατα· τȣ̃ παρ' ἑτέρων ἀναπιμπλάμενοι πάθȣς, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτȣ̀ς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον, καὶ ἑκόντες ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας· καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέρȣς, ἐτελεύτησαν αὐτοὶ, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτȣ̀ς μεταστησάμενοι· καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα μόνης ἀεὶ δοκȣ̃ν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληρȣ̃ντες, ἀπιόντες αὐτῶν περίψημα· οἱ γȣ̃ν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν, τȣ̃τον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τȣ̃ βίȣ, πρεσβύτεροί τέ τινες καὶ διάκονοι, καὶ τῶν ἀπὸ τȣ̃ λαȣ̃ λίαν ἐπαινȣ-*

„tissi-

„tiſſimus quiſque mortem oppetierunt. Adeo, vt genus hoc „mortis ob pietatem fideique conſtantiam nequaquam in-„ferius martyrio cenſeatur. Hi ergo ſanctorum corpora ſæ-„pius manibus gremioque excipientes; oculos illis & ora clau-„dentes; baiulantes eadem humeris ſuis; componentes; ad-„hærescentes illis; complectentes; lauacro & veſtimentis or-„nantes, paullo poſt eadem officia ab aliis conſequuti ſunt, „quum ſuperſtites ſemper eorum, qui præceſſerant, veſtigiis „inſiſterent„.

§. II.

Quemadmodum corpus ad ſepulturam præpararint. Primo, *Claudendo oculos & ora eius obturando. Decens omnino ritus; ab omnibus nationibus obſeruatus.*

Hic locus DIONYSII nobis non ſolum magnam veterum chriſtianorum caritatem in ſepeliendis mortuis, ſed etiam quaſdam minores circumſtantias, in præparando & decenter componendo corpore ad ſepulturam tum obſeruari ſolitas, oſtendit. Primum eos conſueuiſſe dicit oculos claudere & ora obturare, ſimul atque quis deceſſiſſet. Quæ conſuetudo decentiæ erat, ab omnibus nationibus obſeruata, & ab ipſa natura tamquam res conueniens commendata. Soli *Romani* aliam ei cærimoniam addebant, quæ nihil a natura iniunctum in ſe habebat, ſed meram ſuperſtitionem: Quæ, deſcribente PLINIO (e), erat, oculos rurſus in rogo patefacere, eiſque cælum oſtendere. Quod ex ſuperſtitione *Romana* tam neceſſe fieri oportebat, quam neceſſe erat primum oculos eorum claudere aduerſus adſpectum hominum. Cuius in ſuperſtitionis rationem heic non inquiremus, ſed obſeruabimus duntaxat,

μενοι· ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν· καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες· ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες· προσκολλώμενοι συμπλεκόμενοι· λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦντες· μετὰ μικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων· ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν.

(e) Plin. natur. hiſtor. lib. XI. cap. XXXVII. p. 204. Morientibus oculos operire, rurſuſque in rogo pateſacere, Quiritium magno ritu ſacrum eſt. Ita more condito, vt neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cælo non oſtendi nefas.

quod ſicuti chriſtiani hanc cærimoniam reiecerint, eo quod mera ſuperſtitio eſſet, ita alteram illam retinuerint, tamquam conuenientem decoro illi, quod ab natura docetur.

§. III.

Abluendo corpus aqua.

PROXIMA circumſtantia, DIONYSIO memorata, erat corporis expoſitio & ablutio. Hæc cærimonia erat, non ſolum *Græcis* & *Romanis*, ſed *Hebræis* etiam vſitata: A quibus arceſſita & continuata eſt per chriſtianos, vti apud Iudæos, quamquam ex magis ſuperſtitioſis rationibus quam olim, in hodiernum vſque diem, narrante IOANNE BVXTORFIO [*f*], obtinet. Ritum fuiſſe, admodum mature a iudæis ad chriſtianos transmiſſum, ex iis patet, quæ de *Tabitha* Act. IX, 37. memoriæ prodita leguntur, quod, quum illa diem obiiſſet, lauerint eam poſuerintque in cœnaculo. Et nonnulli [*g*] hoc ipſum *Paulum* apoſtolum intelligere putant, 1 Cor. XV, 29. vbi de ablutione ſuper mortuos loquitur. Quod non adeo certum eſt. Vtcumque autem eſt, conſuetudinis, tamquam viſitata apud chriſtianos, mentio habetur non ſolum apud DIONYSIVM, ſed apud TERTVLLIANVM [*h*] etiam, qui chriſtianos æque lauacro vti dicit atque gentiles, ad ſeruandum calorem & ſanguinem. Rigendi enim & pallendi tempus poſt mortem eſſe. Hæc itidem innocens decenſque cærimonia erat, adeoque a chriſtianis retinebatur, non ob myſticam aliquam ſignificationem, cuius vlli eorum meminerint, ſed vt ritum ciuilem &

(*f*) Buxtorf. ſynagog. iudaic. c. XXXV. p. 501 (cap. XLIX. p. 699. 700. edit. Baſil. MDCLXI. 8uo.) Aqua calida, cui addunt flores chamæmeli & roſas ſiccas, ſtudioſe abluitur mortuus, vt purus & mundus ſit, quum peccatorum ratio reddenda erit. Ouum inſuper acceptum, cum vino agitantes, permiſcent & capiti illius illinunt. Ablutio & inunctio hæc a quibuſdam fit domi, antequam efferatur; in nonnullis locis, præſertim vbi iudæorum eſt magna copia, in cœmiteriis, quæ בית חיים *Bes chajim* locum viuentium vocant, tabulæ (quam מטה *Mittah* lectum vocant) impoſitum in cœmiterium deferunt, in quo certam quamdam ædiculam habent, in qua eum abluunt, & poſt ablutionem loculo includunt. Huius ritus fit mentio Act. IX, 37.

(*g*) Bez. in Act. IX, 37. †

(*h*) Tertul. apol. cap. XLII. Lauor honeſta hora & ſalubri, quæ mihi & calorem & ſanguinem ſeruet: Rigere & pallere poſt lauacrum mortuus poſſum.

de-

decentem corporis ad ſepulturam præparationem. Quamdiu hæc cærimonia obtinuerit, ego quidem non recte ſcio: STEPHANVS autem DVRANTVS [*i*] recentiora eius exempla adfert ex GREGORIO MAGNO, GREGORIO TVRONENSI, BEDA de exſequiis *S. Gunthberti*, & EGINARTO in vita *Caroli Magni.*

§. IV.

Induendo ei veſtimentum funebre: Idque interdum pretioſum atque ſplendidum.

PROXIMA circumſtantia, a DIONYSIO notata, eſt, quod mortuorum corpora veſtimentis funebribus ornata fuerint. Nihil de pretioſis vnguentis & aromatibus adhibitis dicit (quorum autem meminiſſe debebat inter cærimoniam lauandi & veſtiendi); quia iſtorum vſus non adeo vniuerſalis erat, vtpote res laborioſior, neque adeo lamentabili iſti caſui, de quo loquitur, conueniens. Sed hac de re antea ſatis multa dicendi habuimus occaſionem. Præſens circumſtantia induendi & ornandi corpus veſtimentis funebribus, diuerſis aliis ſcriptoribus memoratur, qui de hiſce veſtimentis loquuntur, vt inter ſe, vel pro dignitate & conditione defuncti, vel pro conditione eorum, qui ea præpararent, multum diſcrepantibus. EVSEBIVS [*k*] *Aſterium*, vrbis *Romæ* ſenatorem diuitem ac nobilem, cadauer *Marini* martyris candida ac pretioſa veſte & magnifico cultu ornatum, ſepulturæ tradidiſſe narrat. Et *Conſtantinus* imperator regiis inſignibus, purpura ſcilicet & diademate

(*i*) Durant. de ritibus lib. I. c. XXIII. n. 14. S. Gregorius *homil. XXXIX. de ſorore ſua defuncta* loquens ait: *Quumque corpus eius, ex more mortuorum, ad lauandum eſſet nudatum.* Idem Gregorius *lib. III. dialog. capit. XVII.* ibi: *Quum ex more lotum & veſtimentis indutum*, Et *lib. IV. c. VI. Quumque corpus, ex more mortuorum, ad lauandum eſſet nudatum.* Quibus etiam verbis vtitur *eodem lib. c. XXVII.* Beda *de exſequiis S Gothberti*, teſtatur, Gothbertum vita functum, a nauigantibus in inſulam delatum, *totum corpore lauatum* &c. Eum morem Gallos præcipue retinuiſſe teſtatur Gregor. Turon. *lib. de gratia confeſſ. cap. CIIII.* vbi ait: Pelagiam vita functam *ablutam fuiſſe* iuxta morem ac deinde collocatam in feretro. Idem Gregorius in *vitis patrum* capit. IX. X. XIII. & XX. Sanctos Patroclum, Feriandum, Lupicinum, & Leopardum, poſt obitum ablutos fuiſſe commemorat. Eginartus *in vita Caroli magni*, corpus Caroli magni ſollemni more lotum ſcribit.

(*k*) Euſeb. lib. VII. c. XVI. vid. cap. II. §. VI. ſub litt. (p) pag. 35.

ex-

exornatus, ſepultus eſt, vt idem EVSEBIVS [*l*] memoriæ prodidit. HIERONYMVS etiam hunc morem diuitum fuiſſe ſignificat, tametſi ſatyrice, vt ſolet, in eum inuehatur. *Parcite, quæſo*, inquit [*m*], *vobis, parcite ſaltem diuitiis, quas amatis. Cur & mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? Cur ambitio inter luctus lacrimaſque non ceſſat? An cadauera diuitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt?* Ita ſimul nobis conſuetudinem narrat, ſuamque acerbam animaduerſionem in illam demonſtrat; declarans, ſibi potius planam & communem probari veſtiendi mortuos ad funus rationem: Quæ erat, obuoluere eos mundis linteis ad exemplar corporis *CHRISTI*, ſicut mos erat iudæis funerare. Ita HIERONYMVS alio loco [*n*], loquens de muliere ſepties icta, ait: *Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadauer obuoluerunt.* Sic quoque PRVDENTIVS in hymno circa exſequias defunctorum hoc repræſentat, tamquam vſitatiſſimum veſtimentum funebre [*o*]:

Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos eſt.

Et ATHANASIVS [*p*] *Aegyptios* dicit, ſolitos eſſe piorum hominum defunctorum corpora maximeque ſanctorum martyrum linteis inuoluere. Verum enim vero hæc vel illa ornandi ratio ſemper obtinuit. Vnde SIDONIVS APOLLINARIS [*q*]

(*l*) Euſeb. de vit. Conſtantin. lib. IV. cap. LXVI. *ἔνδον γάρ τοι ἐν αὐτῷ παλατίῳ μετὰ τὸ μεσαίτατον τῶν βασιλείων, ἐφ' ὑψηλῆς κείμενον χρυσῆς λάρνακος τὸ βασιλέως σκῆνος, βασιλικοῖς τε κόσμοις, πορφύρᾳ τε καὶ διαδήματι τετιμημένον πλεῖστοι περιστοιχισάμενοι, ἐπ' ἀγρύπνως δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐφρούρουν. Quippe in medio conclaui regalis palatii funus imperatoris in arca aurea ſublime iacens, regiis inſignibus, purpura ſcilicet ac diademate exornatum, multi circumdantes noctu atque interdiu vigiles cuſtodiebant.*

(*m*) Hieron. vit. Paul.

(*n*) Hieronym. epiſt. XLIX. ad Innocent.

(*o*) Prudent. cathemer. hymn. X. circa exſequias defunctor. n. 49. 50.

(*p*) Athanaſ. vit. Anton. (tom. I. opp. p. 802. c. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) *οἱ Αἰγύπτιοι τὰ τῶν τελευτώντων σπουδαίων σώματα, καὶ μάλιστα τῶν ἁγίων μαρτύρων, φιλοῦσι μὲν θάπτειν καὶ περιελίσσειν ὀθονίοις.*

(*q*) Sidon. lib. III. epiſt. III. Nec oſſa tumultuarii ceſpitis mole tumulabant: quibus nec elutis veſtimenta, nec veſtitis ſepulcra tribuebant, iuſte ſic mortuis talia iuſta ſoluentes. Iacebant corpora vndique locorum plauſtris conuecta rorantibus &c.

tam-

tamquam rem communi ſepeliendi conſuetudini contrariam repræſentat in *Gothis*, quod coacti cæſos ſuos tumultuaria quadam ratione humare, ipſos nec abluere nec veſtire ad ſepulturam potuerint, ſed vniuerſa eorum cadauera nudata & ſanguine ſtillantia terræ infoderint. Quæ res ſatis vſitata eſt in ſepeliendis cæſis militibus in campo, ſed minus conueniens rationi ſepeliendi tempore pacis. Qui plura de hac conſuetudine legere cupit, IOANNIS SAVARONIS viri doctiſſimi notas in SIDONIVM [*] conſulat, qui alia exempla ex ARNOBIO, LACTANTIO, CORIPPO, GREGORIO TVRONENSI & CONSTANTIO de vita *Germani* ſuppeditat, quæ hoc loco interponere nihil attinet. Nos duntaxat illud HIERONYMI [r] addimus, vbi magnam *Paulæ* liberalitatem in pauperes laudans dicit, nullum eorum diem obiiſſe, qui non illius veſtimentis obuolutus ſit; illamque ex incredibili huius virtutis ſtudio hoc habuiſſe voti, „vt mendicans ipſa moreretur, vt vnum „nummum filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſindo„ne inuolueretur„. Cui ſubiungimus locum illum CHRYSOSTOMI [ſ], vbi hoc veſtimentum funebre myſticam aliquam ſignificationem habere ſtatuit. *Nouis veſtibus*, inquit, *mortuos induimus, nouum veſtimentum incorruptibilitatis noſtræ præſignificantes.*

(*) Sauar. in loc. Poſtquam eluta erant cadauera, veſtiebantur. Paulus l. XIX. de in rem verſo. Vlpianus l. XIV. §. idemque & ſi, de religioſ. & ſumt. funer. l. CXIII. §. vlt. de legat. I. l. XV. §. proinde de vſufructu. Conſtantius de S. Germano lib. II. c. XXII. *regina veſtiuit.* præter Arnob. lib. V. & Lactantium de orig. error. cap. IV. Quintil. declamat. CCCI XXIII. Corippus lib. I.

Purpureaque in veſte iacens requieſcere ſomno &c.

Gregor. Turon. lib. IV. cap. vlt. idem lib. VI. c. IX. hiſtor. & de vita patrum cap. III. *Exinde veſtitus atque ablutus in eccleſiam defertur*, cap. VII. *Adfuit quædam matrona, quæ ablutam dignis veſtiuit veſtimentis.* & cap. XII. *ablutus ac veſtimentis dignis indutus.* & cap. VIII. in fine: idem lib. IV. hiſtor. cap. L. lib. VI. cap. vltim. lib. VII. cap. I. & de gloria confeſſ. cap. LXXXI. &c.

(r) Hieron. epitaph. Paulæ. c. II. Quis inopum moriens non illius veſtimentis obuolutus eſt? Ibid. cap. VII.

(ſ) Chryſoſt. homil. CXVI. tom. VI. p. 944. edit. Sauil. *καινοῖς ἱματίοις τοὺς τεθνεῶτας ἀμφιέζομεν, τὸ καινὸν ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας ἡμῶν προμηνύοντες.*

§. V.

Excubando & custodiendo illud in loculo, vsque dum efferretur.

PROXIMA circumstantia, in breui narratione DIONYSII memorata, est, quod corpora decenter composuerint in loculis, & excubantes custodierint, vsque dum efferrentur. Mos omnium gentium erat, vt mortua corpora aliquamdiu iacere sinerent insepulta, ne, si quis forte spiritus vitalis in illis superesset, per festinatam humationem penitus destrueretur. Hac de caussa apud *Romanos* solebant mortuorum cadauera seruari inhumata septem dies, & interim lauari calida & conclamari, vt vocabant, per interualla: vt si vitalis spiritus oppressus delitesceret, excitaretur: nec nisi post vltimam conclamationem, quum nulla spes vitæ esset super, tum demum cremari. Antiquitatum *Romanarum* scriptores porro notant, quod ditiores in lectis, tenuis autem fortunæ homines in arcis seu loculis, in vestibulo ædium ad ianuam ipsam collocari soliti sint. Christianæ cærimoniæ in quibusdam rebus eædem erant, & in quibusdam rebus correctæ paullum & emendatæ. Plerique ex populo in arcis siue feretris ligneis ponebantur, vti ex AMBROSIO aliisque [t] discimus. Nam hac in re christiani ethnicos quam iudæos imitari malebant; quum iudæi non vterentur arcis, sed tantum vestibus sepulcralibus, quibus cadauera inuoluerent, & sandapila, qua efferrent ad sepulchrum. Alii arcas habebant magnificas & pretiose ornatas. *Constantini* corpus in arca aurea, ἐν χρυσῇ λάρνακι, vti EVSEBIVS [u] & SOCRATES loquuntur, deponebatur, eaque purpurea obtegebatur veste. HIERONYMVS similiter *Blæsillam Paulæ*, diuitis feminæ *Romanæ*, filiam feretrum habuisse dicit, aureo velamine obtectum. At ipse HIERONYMVS hoc non appro-

(t) Ambrof. in Luc. II. cit. a Durant. de ritib. lib. I. c. XXIII. p. 112. Feretrum ligneum est, ait Ambrosius *in cap. II. Lucæ*, propter spem resurgendi. Ligarum enim, ait ille, etsi antea non proderant, postea quam tamen Iesus id tetigit, proficere cœpit ad vitam.

(u) Euseb. vit. Constant. lib. IV. c. LXVI. Ἄραντες οἱ στρατιωτικοὶ τὸ σκῆνος χρυσῇ κατετίθεντο λάρνακι· ταύτην δ' ἀλουργικῇ ἁλουργίδι περιέβαλλον.
Socrat. lib. I. cap. XL. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ βασιλέως οἱ ἐπιτήδειοι χρυσῇ ἐνθέμενοι λάρνακι.

ba-

babat; ſtatim enim ſubiungit [*x*]: *Videbatur mihi CHRISTVS tunc clamare de cælo: Non agnoſco veſtes: Amictus iſte non eſt meus: Hic ornatus alienus eſt.* Vnde concludere nobis licet, hanc rationem tam magnifice ornandi loculos non adeo communem fuiſſe inter chriſtianos. Neque illi ethnicos in eo imitati, vt mortuos in veſtibulo ædium collocarent: quamquam DVRANTVS [*y*] hanc vetuſtam *Romanorum* conſuetudinem *Lutetiæ Pariſiorum* adhuc obſeruari dicit: Sed loculos ſuos vel in interiore ædium parte vel in cœnaculo ponebant, vti de *Tabitha* relatum legimus Act. IX, 37. vel in eccleſiam deportabant, vbi excubabant apud cadauer, vſque dum ſepeliretur. EVSEBIVS [*z*] narrat, *Conſtantini* corpus in arca aurea, purpurea obtecta veſte, depoſitum atque in præcipuo imperialis palatii cubiculo collocatum fuiſſe: accenſis aurea ſuper candelabra luminibus, funuſque regiis inſignibus, purpura ſcilicet ac diademate exornatum, multos noctu atque interdiu vigiles cuſtodiiſſe; idque tam admirabile ſpectaculum præbuiſſe intuentibus, quale in nullo vmquam mortalium ab ipſo orbis conditu viſum in terris ſit. Alii ſimulac animam efflaſſent, in eccleſia collocabantur, vbi vigiles eos quoque cuſtodiebant, vſque dum funus duceretur. Ita corpus *Ambroſii*, ſimul ac vita defunctus eſſet, in eccleſia depoſitum; ibique a vigilibus proxima ante pa-

(*x*) Hieron. epiſt. XXVII. in epitaph. Paulæ. Aureum feretro velamen obtenditur. Videbatur mihi &c.

(*y*) Durant. de ritib. lib. I. c. XXIII. n. XIII. Lutetiæ, vbi quis extremum vitæ ſpiritum edidit, cadauer in veſtibulo ædium ad ianuam ipſam vulgo collocari ſolet: quod non nullæ ad conſuetudinem ethnicorum referunt. Moris enim erat & apud Græcos & apud Romanos, cadauer ad ianuam deponere. cetera.

(*z*) Euſeb. vit. Conſtant. lib. IV. c. LXVI. *Ἄραντες οἱ στρατιωτικοὶ τὸ σκῆνος, χρυσῇ κατετίθεντο λάρνακι· ταύτην δ' ἁλουργικῇ ἁλουργίδι περιέβαλλον, ἐκόμιζόν τε εἰς τὴν βασιλέως ἐπώνυμον πόλιν, κἄπειτ' ἐν αὐτῷ τῷ πάντων προφέροντι τῶν βασιλείων οἴκων, βάθρων ἐφ' ὑψηλῶν κατετίθεντο· φῶτά τ' ἐξάψαντες κύκλῳ ἐπὶ σκευῶν χρυσῶν, θαυμαστὸν θέαμα τοῖς ὁρῶσι παρεῖχον, οἷον ἐπ' οὐδενὸς πώποτ' ἐφ' ἡλίου αὐγαῖς ἐκ πρώτης αἰῶνος συστάσεως ἐπὶ γῆς ὤφθη· ἔνδον γάρ τοι ἐν αὐτῷ παλατίῳ κατὰ τὸ μεσαίτατον τῶν βασιλείων, ἐφ' ὑψηλῆς κείμενον χρυσῆς λάρνακος τὸ βασιλέως σκῆνος, βασιλικοῖς τε κόσμοις, πορφύρᾳ τε καὶ διαδήματι τετιμημένον, πλεῖστοι περιστοιχισάμενοι ἐπαγρύπνως δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐφρούρουν.*

ſcha nocte cuſtoditum eſſe, auctor eſt PAVLINVS [a]. Atque heic conclamationis *Romanis* viitatæ loco eccleſiam pſalmodia, hymnis & laudibus Dei reſonare faciebant, quæ veteris cærimoniæ conclamandi eximia correctio erat atque emendatio. GREGORIVS NYSSENVS [b] vigilias, ad corpus *Macrinæ* ſororis actas, repræſentat. Per totam noctem pſalmos cantatos eſſe dicit, quemadmodum in nocturna peruigilatione ante martyrum celebritatem fieri conſueuerit. Et nonnihil huiusmodi eſt, quod AVGVSTINVS [c] in matris ſuæ ædibus aliquanto poſt illius obitum factum eſſe dicit: *Pſalterium arripuit Euodius, & cantare cœpit pſalmum, cui reſpondebamus omnis domus: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine.*

§. VI.

Exportatio cadaueris per propinquos & neceſſarios, vel homines honoratiores vel quoscumque officioſos, prout res & circumſtantiæ defuncti requirerent, peracta.

VLTIMA circumſtantia, DIONYSIO memorata, exportatio eſt corporis ad ſepulchrum. Quæ in ſpeciali iſto caſu, de quo loquitur, flagrante ſcilicet plaga peſtilentiæ, ab iſtiusmodi officioſis peragebatur hominibus, qui cum ſuæ ipſorum vitæ periculo mortuis fratribus vltimum amoris officium præſtare haud grauabantur. Crebræ huiuſmodi caritatis officium præſtandi occaſiones dabantur in tribus primis ſæculis, non ſolum ob contagioſos morbos, ſed ob multitudinem etiam martyrum & pauperum, qui non habebant, in quo confiderent, niſi in humanitate talium beneficorum hominum in eccleſia. Interdum hoc officium a proximis & neceſſariis per-

(a) Paulin. vit. Ambroſ. Ad eccleſiam, antelucana hora qua defunctus eſt, corpus ipſius portatum eſt, ibique eadem fuit nocte, quam vigilauimus in paſcha.
Vid. Gregor. Turon. de gloria confeſſor. cap. CIV. vbi de Pelagia Lemouicina loquens ait: Et hæc dicens, emiſit ſpiritum abluta iuxta morem, conlocatur in feretro, atque in eccleſiam deportatur.

(b) Nyſſen. vit. Macrinæ, tom. II. p. 200. τῆς δὲ παννυχίδος περὶ αὐτὴν ἐν ὑμνῳδίαις, καθάπερ ἐπὶ μαρτύρων πανηγύρεως, τελεσθείσης, κ. τ. λ. *Quum igitur nocturna peruigilatio, vt in martyrum celebritate, canendis pſalmis perfecta eſſet, cetera.*

(c) Auguſt. confeſſ. lib. IX. c. XII.

age-

agebatur, interdum vero ab illuſtri conditione hominibus, ſi peculiari quodam honore defunctum ob merita & virtutes eius adficere eis eſſet animus. Iam ſupra ex EVSEBIO [d] adnotauimus, quod *Aſturius* ſenator *Romanus* cadauer *Marini* martyris humeris ſuis impoſitum baiularit ad ſepulchrum: & quod *Eutychianus* epiſcopus *Romanus* trecentos amplius martyres ſuis manibus ſepeliiſſe perhibeatur. HIERONYMVS [e] etiam narrat, epiſcopos *Palæſtinos* hunc ſingularem honorem *Paulæ*, nobiliſſimæ feminæ *Romanæ*, exhibuiſſe, vt ſuis eam manibus transtulerint ceruicemque feretro ſubiecerint. Ita GREGORIVS NYSSENVS [f] ſe & alios quoſdam de clero inſignes viros *Macrinam* ſororem ſuam ad ſepulchrum deportaſſe adfirmat. BASILIVM ſanctorum virorum, hoc eſt clericorum, manibus elatum eſſe, GREGORIVS NAZIANZENVS [g] perhibet.

§. VII.

Peculiares hominum ordines in maioribus quibuſdam eccleſiis, ſub nominibus* copiatarum *&* parabolanorum, *ad curanda ægrotorum corpora, & præſtanda mortuis omnia iſta officia, inſtituti.

IN prioribus ſæculis pauperes communi eccleſiæ ſumtu efferebantur, quemadmodum ex TERTVLLIANO [*] diſcimus.

(d) Euſeb. lib. VII. c. XVI. vid. §. I. ſub litt. (a) pag. 43.

(e) Hieron. epiſt. XXVII. epitaph. Paulæ. Translata epiſcoporum manibus & ceruicem feretro ſubiicientibus.

(f) Nyſſen. vit. Macrinæ. tom. II. p. 201. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐδέδεκτο, καὶ ἐν χερσὶν ἦν ἡ σπουδή· ὑποβὰς τὴν κλίνην ἐγὼ, κἀκεῖνον ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος προσκαλεσάμενος· ἄλλωντε δύο τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τετιμημένων, τὸ ὀπίσθιον τῆς κλίνης μέρος ὑπολαβόντων, εἴην τοῦ πρόσω ἐχόμενος βάδην, ὡς εἰκὸς, καὶ κατ᾽ ὀλίγον ἡμῖν γινομένης τῆς κινήσεως. *Quum autem hæc ita conſtituta ſtudioſe gererentur, ego feretrum ſubiens illum (Araxium epiſcopum) aduocaui, vt alteram partem ſuſtineret: poſteriores vero feretri partes ſubierunt alii duo de clero inſignes viri: ſenſim igitur procedebatur, quum & qui præibant pedetentim incederent & nos item gradatim ſequeremur.*

(g) Naz. orat. XX. in laud. Baſil. p. 371. προεκομίζετο μὲν ὁ ἅγιος χερσὶν ἁγίων ὑψούμενος.

(*) Tertull. apologet. c. XXXIX. Modicam vnusquiſque *ſtipem* menſtrua die, vel quum velit, & ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit. --- inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur, ſed *egenis* alendis *humandisque* &c.

Poſtea autem in quibuſdam maioribus eccleſiis, vbi magna inopum multitudo erat, ineunte ſæculo quarto duos hominum ordines inſtitutos in eccleſia deprehendimus, clericali quodam charactere inſignitos, quorum proprium negotium erat, miniſtrare ægrotis, maxime in morbis contagioſis, & facere omnia officia, quæ fieri oportebat, vt pauperes honeſto ac decenti funere efferrentur. Horum alteri *parabolani* dicebantur, eo quod morbo quodam contagioſo decumbentibus miniſtrantes vitam ſuam exponerent periculo; & alteri *copiatæ*, *laborantes*, *lecticarii*, *foſſarii*, *ſandapilarii* & *decani* (conuenienter vetuſtis *Romanis libitinariorum* & *veſpillonum* nominibus) quorum erat, pro pauperibus fodere ſepulchra, & loculum ſiue feretrum portare & in terra deponere, quemadmodum pleraque ex iſtis nominibus ſignificant. Quod ſatis eſt heic vel innuiſſe, quia de hiſce hominum ordinibus in duobus diſtinctis capitibus ſupra [**] fuſius diximus.

§. VIII.

Pſalmodia, magna illa cærimonia in omnibus exſequiis inter chriſtianos vſitata, & gentilium neniis, ſiue cantionibus lugubribus, ad tibias cani ſolitis, oppoſita.

Itaqve pergimus. Quum gentiles ſuas haberent nenias, ſiue cantiones lugubres, quæ ad tibias & nonnumquam ad tubas [h] canebantur: harum loco chriſtiani defunctos ſuos ſollemni pſalmodia ad ſepulchra deducere malebant. Non eſt, quod de hoc ritu multa in tribus prioribus ſæculis, dum adhuc ferueret perſecutio, nos inuenturos ſperemus. Simul atque autem pacata eorum tempora veniſſent, in quolibet ſcriptore mentionem eius inuenimus. *Conſtitutionum apoſtolicarum* auctor [i] hac in re ita præcipit: „In funeribus mortuorum, cum „pſalmis deducite eos, ſi fuerint fideles in domino: *Pretioſa enim in conſpectu domini mors ſanctorum eius:* Et iterum: *Conuertere,*

(**) Lib. III. cap. VIII. & IX. vol. II. p. 42. ſeq. & pag. 47. ſeqq.

(h) Vid. Roſini antiquit. Rom. lib. V. c. XXXIX. p. 991. Seruius in V. Aeneid. ſcribit, moris fuiſſe, vt maioris ætatis funera ad tubam proferrentur: minoris vero ad tibias. cetera.

(i) Conſtit. lib. VI. c. XXX. *ἐν ταῖς ἐξόδοις τῶν κεκοιμημένων ψάλλοντες προπέμπετε αὐτοὺς, ἐὰν ὦσι πιστοὶ ἐν κυρίῳ· Τίμιος γὰρ ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων*

„*anima*

„*anima mea, in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi:* Et alio in „loco: *Memoria iustorum cum laudibus.* Et; *Iustorum animæ in ma-* „*nu Dei*„. Hi probabiliter fuerunt de istis versiculis, qui psalmodiam eorum talibus occasionibus constituerunt. Nam CHRYSOSTOMVS, loquens de hac materia, non solum rationem nobis reddit psalmodiæ eorum, sed narrat etiam, quibus psalmis vel portionibus psalmorum vsi sint, tamquam huic sollemnitati accommodatis. *Dic mihi*, inquit [*k*], *quid sibi velint hymni? Annon Deum glorificamus eique gratias agimus, quod eum, qui iam excesserit, coronauerit? Quod a laboribus liberauerit? Quod eiecto metu eum apud se habeat? Non ideo sunt hymni? Non ideo psalmodiæ?* Et paucis interiectis: *Cogita, quid psallas illo tempore: Conuertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursus: Tu es mihi refugium a tribulatione, quæ me circumdat. Cogita, quid sibi velint hi psalmi. --- Si reuera credis iis, quæ dicis, superuacanee luges & lamentaris. Si autem ludis & simulas, & hæc putas esse fabulas, cur psallis? Cur etiam eos, qui adsunt, pateris? Cur non eos, qui psallunt, abigis?* Loquitur hæc aduersus eos, qui nimio luctui se dabant in exsequiis, ostendens, quod id huic psalmodiæ ecclesiæ non conueniat. Idem argumentum frequenter hac occasione vrget, auocare homines studens non a moderato, sed a nimio luctu, vt qui cum vsitata ecclesiæ psalmodia nequeat consistere, eosque eodem tempore gentilium ludibrio exponat. *Quid non illi dicent* [*l*]? *Quos de nobis sermones habebunt? Hi sunt, qui de*

αὐτῷ· καὶ πάλιν· Ἐπίστρεψον, ἡ ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε· καὶ ἐν ἄλλοις· Μνήμη δικαίων μετ᾽ ἐγκωμίων· καὶ Δικαίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ.

(*k*) Chrysost. homil. IV. in Hebr. p. 1784. (p. 736. edit. Frf.) εἰπέ μοι, τί βούλονται -- οἱ ὕμνοι; οὐχὶ τὸν Θεὸν δοξάζομεν, καὶ εὐχαριστοῦμεν, ὅτι λοιπὸν ἐστεφάνωσε τὸν ἀπελθόντα, ὅτι τῶν πόνων ἀπήλλαξεν, ὅτι τῆς δειλίας ἐκβαλὼν ἔχει παρ᾽ ἑαυτῷ; οὐ διὰ τοῦτο ὕμνοι; οὐ διὰ τοῦτο ψαλμῳδίαι; --- ἐννόησον, τί ψάλλεις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐηργέτησέ σε· καὶ πάλιν, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ. καὶ πάλιν· Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως, τῆς περιεχούσης με. ἐννόησον, τί βούλονται οὗτοι οἱ ψαλμοί --- εἰ ὄντως πιστεύεις οἷς λέγεις, περιττῶς πενθεῖς· εἰ δὲ παίζεις καὶ ὑποκρίνῃ καὶ μύθους αὐτὰ εἶναι νομίζεις, τί καὶ ψάλλεις; τί καὶ ἀνέχῃ τῶν παραγινομένων; διὰ τί μὴ ἀπελαύνεις τοὺς ψάλλοντας;

(*l*) Chrysost. homil. XXIX. de dormientibus. tom. V. p. 423. (homil. XXX. pag. *resur-*

resurrectione philosophantur? Sane quidem. At cum dogmatibus facta eorum non consentiunt. Resurrectionem enim esse quum defendant, de ea desperantibus tamen conuenienter agunt. Nam si resurrectionem esse confiderent, talia non agerent. Si enim sibi persuaderent, in vitam meliorem eum introiisse, haud lugerent. Hunc efferendi modum (subiicit CHRYSOSTOMVS) *erubesce. Psalmorum cantiones, patrum conuentus, ac tanta fratrum multitudo est, non vt fleas, mœreas & indigneris, sed vt Deo gratias agas, qui eum accepit, qui effertur.* HIERONYMVS quoque de hac psalmodia, tamquam præcipua quadam pompæ funebris parte, sæpius loquitur. Ita de exsequiis loquens *Paulæ*, *Bethlehemi* celebratis, ad quas magnus episcoporum, clericorum & populi *Palæstini* concursus factus, ait [*m*]: *Non vlulatus, non planctus, vt inter seculi homines fieri solet, sed psalmorum linguis diuersis*, (*Hebraica* scilicet, *Græca*, *Latina*, *Syraque*, quia populi his diuersis linguis vtentes aderant) *examina concrepabant.* Et de *Pauli* eremitæ loquens humatione [*n*], facta per *Antonium*, obuoluto & prolato foras illius corpore, hymnos quoque & psalmos de christiana traditione eum decantasse dicit. Idem de exsequiis *Macrinæ* sororis suæ memoriæ prodidit GREGORIVS NYSSENVS [*o*], & de *Cæsarii* fratris sui exsequiis GREGORIVS NAZIANZENVS [*p*]. Quid? quod hæc praxis adeo

390. edit. Francof.) *τί γὰρ οὐχ ἐροῦσιν ἐκεῖνοι; τί δὲ οὐ φθέγξονται περὶ ἡμῶν; οὗτοί εἰσιν οἱ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦντες; πάνυγε· οὐ γὰρ συμβαίνει τοῖς δόγμασι τὰ γινόμενα· ἐν ῥήμασι τὰ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦσι, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι τὰ τῶν ἀπεγνωκότων ποιοῦσιν· εἰ πεπεικότες ἦσαν ἑαυτοὺς, ὅτι πρὸς βελτίονα λῆξιν ἀπῆλθεν οὗτος, οὐκ ἂν ἐθρήνησαν --- αἰσχύνθητι τὸ σχῆμα τῆς ἐκφορᾶς· ψαλμῳδίαι καὶ εὐχαὶ καὶ πατέρων σύλλογος, καὶ πλῆθος ἀδελφῶν τοσοῦτον, οὐχ ἵνα κλαίῃς καὶ ὀδύρῃ καὶ ἀποδυσπετῇς, ἀλλ' ἵνα εὐχαριστῇς τῷ λαβόντι.*

(*m*) Hieronym. epitaph. Paulæ epist. XXVII.

(*n*) Id vit. Pauli. (tom. I. opp. p. 245. a. edit. Paris. MDCXLIII.)

(*o*) Nyssen. vit. Macrin. tom. II. p. 201. *καὶ ἦν τις μυστικὴ πομπὴ τὸ γινόμενον, ὁμοφώνως τῆς* ψαλμῳδίας *ἀπ' ἄκρων ἐπὶ ἐσχάτους, καθάπερ ἐν τῇ τῶν τριῶν παίδων ὑμνῳδίᾳ, μελῳδουμένης. Quæ quidem pompa non carebat mysterio, quum a principio ad finem vsque* decantatio psalmorum *eadem voce triplicique canentium ordine, sicut ille trium puerorum cantus, absolueretur.*

(*p*) Naz. orat. X. tom. I. p. 169. *καὶ νῦν ἡμῖν ὁ πολὺς Καισάριος ἀποσέσωσται, κόνις τιμία, νεκρὸς ἐπαινούμενος,* ὕμνοις ἐξ ὕμνων παραπεμπόμενος, *μαρτύρων βήμασι πομπευόμενος, ---* ψαλμῳδίαις *κοιμιζόμενος τοὺς θρήνους. Nunc nobis magnus ille Cæsarius seruatus est, cinis pretiosus, mortuus*

vni-

vniuerſalis fuit, vt inter *Nouatianos* etiam obtinuiſſe dicatur SOCRATI [*q*], qui *Pauli*, epiſcopi ipſorum, corpus cum cantu ad tumulum portatum eſſe narrat. VICTOR VTICENSIS [*r*] hoc reſpectu de inhumana regis cuiuſdam *Vandalorum* queritur crudelitate: *Quis ſuſtineat*, inquiens, *atque poſſit ſine lacrimis recordari, dum præciperet noſtrorum corpora defunctorum, ſine ſollemnitate hymnorum, cum ſilentio ad ſepulturam perduci?* Nullis enim hoc privilegium denegari ſolebat, niſi eis, qui vel manus violentas ſibi ipſi intuliſſent [*s*], vel publico ſupplicio ob ſcelera ſua adfecti, vel in voluntario baptiſmatis neglectu mortui eſſent. Talibus hæc pſalmodiæ ſollemnitas in exſequiis non permittebatur, quod in eadem claſſe eſſent cum excommunicatis, quibus nullo modo licebat in officiorum, communicantibus in eccleſia peculiariter adſignatorum, venire ſocietatem. Illis autem, qui diuina vocatione ab hac vita recedebant, vti concilium quoddam *Toletanum* [*t*] loquitur, hoc eſt, piorum ac religioſorum chriſtianorum corporibus, hic honor tribuebatur,

laudatus, ex hymnis ad hymnos *tranſmiſſus*, *ad martyrum ſacraria cum pompa ductus* --- pſalmodiis *luctum ſ[o]lantibus*.

(*q*) Socrat. lib. VII. cap. XLVI. ὃς τῇ ἑαυτȣ̃ ἐκκομιδῇ πάσας τὰς διαφόρȣς αἱρέσεις τρόπον τινὰ μίαν ἐκκλησίαν εἰργάσατο· πᾶσαι γὰρ αὐτȣ̃ τὸ σῶμα ἄχρι τȣ̃ μνήματος σὺν ψαλμωδίαις παρέπεμπον, ἐπείπερ καὶ ζῶν διὰ βίȣ ὀρθότητα πάσαις ἐπέραστος ἦν. *Qui*, (*Paulus*) *in ſuo funere omnes religionum ſectas*, *licet inter ſe diſcrepantes*, *vnam quodam modo effecit eccleſiam. Quippe cunctæ* corpus eius cum pſalmorum cantu proſequutæ ſunt ad tumulum: *eo quod, dum viueret, ob vitæ ſanctimoniam cunctis pariter gratiſſimus fuerit.*

(*r*) Victor. de perſecut. Vandal. lib. I. bibl. patr. tom. VII. p. 589. (tom. VIII. p. 677. a. edit. Lugd. MDCLXXVII.)

(*s*) Concil. Bracar. I. can. XXXIV. XXXV. (al. concil. II. can. XVI. XVII) Placuit, vt hi, qui ſibi ipſis aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium aut ſuſpendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur. --- Similiter & de his placuit, qui pro ſuis ſceleribus puniuntur. Item placuit, vt catechumenis, ſine redemtione baptiſmi defunctis, ſimili modo neque oblationis commemoratio, neque pſallendi impendatur officium.

(*t*) Concil. Tolet. III. c. XXII. Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectori-

vt cum psalmis ad sepulchra sua deferrentur. Isti autem psalmi non debebant esse carmina istiusmodi funebria, qualia defunctis suis gentiles cantare solebant, dum hi simul vel in pectore se, aut proximos, aut familias absurda & inepta ratione caedebant. Sufficere enim dicit, quod in spem resurrectionis christianorum corporibus famulatus diuinorum canticorum impendatur. Hoc aliam nobis ostendit differentiam inter rationem sepeliendi ethnicam & christianam. Ethnici suas habere solebant praeficas, siue feminas conductas ad funus deplorandum. Quas ipse deridet LVCIANVS, introducens per prosopopoeiam hominem mortuum hoc modo interrogantem: *Quid sibi vult illa tua lamentatio? Quid verberatio pectoris ad sonum tibiae?* Et CHRYSOSTOMVS [u], rem agens magis serio, quosdam reprehendit, qui suo adhuc tempore huic gentili consuetudini adhaerescebant, quibus edicit, nisi se emendent, fore, vt in eos extrema excommunicationis seueritate vtatur.

§. IX.

Loculos sertis floreis coronare haud permissum inter christianos, quamuis lumina ante eos portare non dubitarint.

GENTILES in pompa funebri cadauera sertis floreis coronare solebant, in signum victoriae, quemadmodum id interpretatur CLEMENS ALEXANDRINVS [x], argumentum inde desumens, quo idola eorum mortuos tantum homines esse probet. TERTVLLIANVS [y] etiam coronarum funebrium

bus se, aut proximos aut familias caedere omnino prohibemus. Sufficiat autem, quod in spe resurrectionis christianorum corporibus famulatus diuinorum impendatur canticorum.

(u) Chrysost. homil. IV. in Hebr. p. 1786. (p. 737. edit. Fr.) *εἴ τινες τὰς θρηνούσας ταύτας μισθώσαιντο, πιστεύσατέ μοι λέγοντι, οὐκ ἄλλως γὰρ ἐρῶ, ἀλλ' ὡς ἔχω· ὁ βουλόμενος ὀργιζέσθω, πολὺν αὐτὸν χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπείρξω ὡς τὸν εἰδωλολάτρην. Si quis has, quae lamententur, conduxerit, mihi credite dicenti: non aliter enim dico, quam sim affectus, qui velit irascatur; eum longo tempore arcebimus ab ecclesia, tamquam idololatram.*

(x) Clem. paedagog. lib. II. c. VIII. p. 213. edit. Oxon. *Ἀσχλήτου δὲ ἀμεριμνίας ὁ στέφανος σύμβολον· ταύτῃ καὶ τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσιν· ᾧ λόγῳ καὶ τὰ εἴδωλα, ἔργῳ προσμαρτυροῦντες αὐτοῖς τὸ εἶναι νεκροῖς. Est autem corona tranquillitatis perturbatione vacuae signum. Qua de caussa mortuos coronant; quemadmodum etiam idola, eo facto mortua esse adserentes.*

(y) Tertull. de coron. milit. c. X. Quid enim tam dignum Deo, quam quod ine-

me-

meminit, ſed eas inter reliquas omnes damnat, quas contra in libro de *corona militis* ſcribit, vbi illas omnes ſuperſtitioſas eſſe docet, tamquam inter ethnicos vſitatas. Non deprehendimus hanc conſuetudinem a chriſtianis in ritibus funebribus adhibitam. Paganus ille apud MINVCIVM FELICEM hoc nomine [z] eos accuſat, *Coronas,* inquiens, *etiam ſepulchris denegatis:* Et MINVCIVS [a] in reſponſione ſua accuſationem admittit, quando ait: *Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi aut ſentienti facem, aut non ſentienti coronam, quum & beatus non egeat, & miſer non gaudeat floribus. At enim nos exſequias adornamus eadem tranquillitate, qua viuimus: nec adnectimus areſcentem coronam, ſed a Deo aeternis floribus viuidam ſuſtinemus.* Manifeſtum ex his eſt, chriſtianos non coronaſſe mortuos ſuos. Neque, ſecundum hanc lectionem MINVCII, facibus in exſequiis vti potuerunt. Hoc autem mirum videtur, quandoquidem certum eſt, tempore MINVCII eos ſæpius coactos fuiſſe noctu ſepelire. Quamobrem probabile eſt, vocabulum *facem* in textum irrepſiſſe: ſenſus enim & ſcopus argumenti id non requirit. Quomodocumque autem res ſe habet, in ſæculis ſequentibus chriſtiani non dubitarunt lumina & faces de die geſtare ante mortuos, tamquam ſymbolum victoriæ ac lætitiæ, quemadmodum ipſum CHRYSOSTOMVM antea [b] audiuimus huius ritus rationem explanare. Vt adeo aut chriſtiani hac cærimonia numquam dubitarint vti, aut dici oporteat, ipſis viſum eſſe in poſterioribus ſæculis eam inter ritus ſuos adoptare.

§. X.

Orationes funebres in præclarorum hominum laudem habitæ.

CADAVERE ad ſepulturæ locum ita deducto, moris erat, orationem funebrem in defuncti laudem habere, ſi quid ſingu-

dignum idolo. Quid autem tam dignum idolo, quam quod & mortuo? Nam & mortuorum eſt ita coronari: vel quoniam & ipſi idola ſtatim fiunt, & habitu & cultu conſecrationis, quæ apud nos ſecunda idololatria eſt.

(*z*) Minuc. pag. 35. (cap. XII. n. 6. p. 38. edit. Hall.)

(*a*) Ibid. p. 109. (cap. XXXVIII. n. 5. 6. p. 142. cit. edit.)

(*b*) Chryſoſt. homil. IV. in Hebr. cit. cap. II. §. VI. ſub litt. (b) pag. 41.

lare & eminens in eo esset, quod tamquam exemplum virtutis aliis commendari mereretur, vel dignum esset, vt in debitam meritorum illius memoriam gloriamque recitaretur. Non paucæ istiusmodi orationes adhuc exstant: Verbi gratia illa EVSEBII in funere *Constantini*; & istæ AMBROSII in obitu *Theodosii* ac *Valentiniani* & *Satyri* fratris sui; & illæ GREGORII NAZIANZENI in patris, *Cæsarii* fratris, & *Gorgoniæ* sororis funeribus; nec non illa GREGORII NYSSENI in obitum *Melitii* episcopi *Antiocheni*, quam SOCRATES alicubi [c] ἐπικήδειον λόγον, *orationem funebrem*, & alibi ἐπιτάφιον [d] *epitaphium* appellat. At epitaphia HIERONYMI in *Nepotianum*, *Fabiolam* & *Paulam* alius sunt generis, vtpote solum priuatæ laudes, ab ipso ad perpetuandam eorum memoriam compositæ, non publice recitatæ, vt orationes funebres.

§. XI.

Vna cum psalmodia & vsitato officio ecclesiæ.

SIVE autem oratio funebris haberetur, siue non haberetur, reliquum ecclesiæ officium in mortuorum humatione celebrari solebat; vniuersum quidem officium, si funus efferretur ante meridiem, vbi eucharistiæ oblatio celebrari poterat; aut certe psalmodia & preces, si exsequiæ fierent a meridie. Psalmodia & preces fusius describuntur a personato DIONYSIO AREOPAGITA [e], qui populum Deo auctori victoriæ primum cantica gratiarum pro defuncto soluere dicit, quod ad optatum victoriæ brabium peruenerit, atque sibi similem sortem optare. Deinde præsulem peragere ad Deum precem & gratiarum actionem, quod largitus sit gratiam in cognitione Dei & christiana militia ad mortem vsque perseuerandi. Deinceps

(c) Socrat. lib. V. c. IX. τότε δὲ καὶ Μελίτιος ὁ τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν, ὅτε καὶ τὸν ἐπικήδειον ἐπ' αὐτῷ λόγον ὁ ἀδελφὸς Βασιλείου Γρηγόριος ἐπεξῆλθεν. *Eodem tempore Meletius Antiochensis episcopus in morbum prolapsus, e viuis excessit: cuiusque in laudem Gregorius Basilii frater orationem funebrem dixit.*

(d) Id. lib. IV. cap. XXVI. ἐπιτάφιον εἰς Μελέτιον τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει διεξῆλθε. *Orationem funebrem in laudem Meletii Antiochensis episcopi Constantinopoli recitauit.*

(e) Dionys. eccles. hierarch. cap. VII. p. 408. 409. 411.

vero

vero diaconum promiſſa de reſurrectione, quæ diuinis ſcripturis inſerta ſint, recitare, iiſque conſona pſalmorum cantica concinere. Tum archidiaconum catechumenos dimittere, ſanctoſque iam defunctos commemorare, iiſque recens vita functum conſimili congregatione aggregandum cenſere, hortarique omnes, exemplum illius imitentur, beatumque in *CHRISTO* finem petant. Poſtea antiſtitem precem ſuper defuncto peragere, & diuinam bonitatem rogare, vt defuncto peccata omnia dimittat, quæ per humanam infirmitatem contracta ſint, eumque in lucem ſanctam ac viuorum regionem transferat & collocet in ſinu *Abrahæ*, *Iſaac* & *Iacob*, in loco, a quo dolor & triſtitia gemituſque aufugiunt. Hac precatione finita, antiſtitem defuncto dare oſculum pacis, eumque oleo perfundere, atque ita corpus mandare terræ. Nulla heic eucharistiæ, in hoc officio celebratæ, fit mentio, in aliis autem ſcriptoribus reperitur. Et duæ poſteriores cærimoniæ dandi oſculum pacis & perfundendi oleo, quodammodo peculiares ſunt huic auctori, & prior earum expreſſis verbis prohibita eſt in aliis quibuſdam regulis ſepeliendi. Hymni autem & pſalmodia, accommodarum partium ſcripturæ lectio & preces partem officii funebris conſtituunt in omnibus eccleſiis. HIERONYMVS [*f*] exſequias *Fabiolæ* hunc in modum deſcribit: *Sonabant pſalmi, & aurata templorum tecta reboans in ſublime quatiebat alleluiah.* Ita quoque in funere *Paulæ* [*g*], non ſolum in ipſa via, dum agmine inſtructo illud duxerint, ſed in media quoque eccleſia pſalmos cantatos eſſe adfirmat. Concilia *Africana* ſimiliter de precibus in exſequiis loquuntur: Quæ preces παραθέσεις, & *commendationes* [*h*] vocantur, vtpote quibus vtebantur, quum defunctorum cadauera terræ committerent.

(*f*) Hieron. epitaph. Fabiol. cap. IV.

(*g*) Id. epitaph. Paulæ epiſt. XXVII. Alii choros pſallentium ducerent in media eccleſia &c.

(*h*) Concil. Mileuit. can. XII. Placuit, vt preces vel orationes ſeu miſſæ, quæ probatæ fuerint in concilio, ſiue præfationes, ſiue commendationes, ſeu manus impoſitiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino ducantur in eccleſia, niſi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in ſynodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus ſtudium ſit compoſitum.

rent. Et hæ tales iubentur esse, quæ in synodo sint probatæ, ne forte aliquid contra fidem per ignorantiam in officia ecclesiæ irrepat. Hoc psalmodiam & preces officii funebris in ecclesia partem semper fuisse satis abunde demonstrat.

§. XII.

Interdum oblatio eucharistiæ celebrata.

ET quandocumque opportunum & commodum tempus erat, sacra etiam eucharistia istis ritibus addebatur. Hoc est, si exsequiæ hominis defuncti fierent ante meridiem, quod solum opportunum & commodum tempus erat celebrandæ eucharistiæ, quia non nisi a ieiunantibus recipi debebat. Hæc distinctio in concilio *Carthaginensi* tertio [i] facta est, quod primum decernit: *Sacramenta altaris non nisi a ieiunis celebrentur.* Et deinde addit: *Si aliquorum promeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum, siue ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.* Hoc manifesto indicat, communionem generatim in exsequiis celebratam esse hoc æuo, ad minimum in ecclesia *Africana*, nisi forte aliqua temporis circumstantia interueniens aliter fieri iusserit. Vnde POSSIDIVS [k] pro *Augustini* commendanda corporis depositione sacrificium Deo oblatum esse ait. Atque ita AVGVSTINVS [l] ipse pro *Monica* matre sua oblatum esse dicit sacrificium pretii siue redemtionis nostræ, sicut fieri consueuerit, priusquam cadauer deponeretur. Hinc est, quod VICTOR VTICENSIS [m] populum *Africæ*, quum omnis clerus in barbara *Vandalorum* persequutione expulsus esset, introducat sic conquerentem: *Qui nos sollemnibus orationibus sepulturi sunt morientes?* Ne autem hunc morem *Africæ* peculiarem fuisse existimemus, PAVLINVS [n] ita *Ambrosium* illucescente paschatis die, peractis

(i) Concil. Carth. III. can. XXIX.

(k) Possid. vit. August. cap. XIII. Pro eius commendanda corporis depositione sacrificium Deo oblatum est, & sepultus est.

(l) Aug. confess. lib. IX. cap. XII. Quum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere, priusquam deponeretur, sicut fieri solet &c.

(m) Victor Vtic. de persec. Vandal. lib. II bibl. patr. tom. VII. p. 600. (tom. VIII. p. 682. b. edit. Lugd. MDCLXXVII.)

(n) Paulin. vit. Ambros. Illucescente die dominico, quum corpus illius, peractis

sacra-

ſacramentis diuinis, ſepultum eſſe narrat. Similem in modum EVSEBIVS [o] *Conſtantini* imperatoris deſcribit exſequias. Miniſtros Dei diuini cultus cærimonias precationibus peregiſſe dicit. Ne vero hæc pro ſolis precibus accipiamus, addit, illos cum diuinis cærimoniis ac myſtico ſacrificio & ſanctorum precum communione honoraſſe. Ita AMBROSIVS in funere *Valentiniani* factum eſſe, in oratione de obitu illius docet, *Date*, inquiens [p], *manibus ſancta myſteria: Pio requiem eius poſcamus affectu.* Atque ita EVODIVS [q] ſe pium notarium ſuum ſepeliiſſe dicit. *Exſequias*, inquit, *præbuimus ſatis honorabiles & dignas tantæ animæ: nam per triduum hymnis dominum collaudauimus ſuper ſepulchrum ipſius & redemtionis ſacramenta tertio die obtulimus.*

§. XIII.

Cum ſpecialibus precibus pro defunctis.

HOC autem eo commodius fiebat, quia in officio euchariſtico, ex iſtorum temporum conſuetudine, ſollemnis commemoratio mortuorum in genere fiebat & preces pro illis offerebantur Deo; aliæ quidem euchariſticæ pro eorum liberatione ex huius mundi adflictionibus; aliæ vero per modum deprecationis, vt Deus animam eorum recipiat in locum requiei & beatitatis; vt humanas eis aberrationes condonet, nec peccata quotidianæ incurſionis imputet, quæ in optimo quoque reliqua ſint ex naturæ imbecillitate & labe: vt ſpem eorum augeat, & tandem ad perfectam conſummationem cum omnibus ſanctis ſuis per glorioſam reſurrectionem perducat. Quæ preces omnes, vt alio loco [*] copioſius demonſtrauimus, ſpectare nullo modo potuerunt ad recentius omni fundamento deſtitutum dogma de igne purgatorio, ſed ex aliis, illud quam longiſſime ſuperantibus, rationibus fiebat. Quum autem ſenſui atque opinionibus iſtorum temporum eſſent conſentaneæ,

ſacramentis diuinis, de eccleſia leuaretur portandum ad baſilicam Ambroſianam &c.

(o) Euſeb. vit. Conſtantin. lib. IV. cap. LXXI. Τὰ τῆς ἐνθέου λατρείας δι' εὐχῶν ἀπεπλήρουν --- μυστικῆς λειτουργίας ἀξιούμενον καὶ κοινωνίας ὁσίων ἀπολαῦον εὐχῶν.

(p) Ambroſ. de obitu Valent. p. 12.

(q) Ap. Auguſtin. epiſt. CCLVIII.

(*) Lib. XV. cap. III. §. XVII. vol. V. p. 338.

offi-

officio communionis tanto lubentius in exſequiis vtebantur propter haſce preces, quæ in illo ſemper offerebantur Deo pro omnibus viris ac feminis defunctis, quibus animam illius ſpeciatim adnumerabant, quem tum mandabant terræ. Siue autem communionem ſacram in exſequiis haberent, ſiue non haberent, preces tamen numquam non habebant, quemadmodum ex paullo ante memoratis canonibus *Carthaginenſibus* & *Mileuitanis*, de earum vſu præcipientibus, manifeſtum eſt. Et in his precibus, ſi nulla eſſet communio, animam defuncti in ſpecie Deo commendabant, vnde haſce preces ſpecialius παραθέσεις, *commendationes* dictas eſſe probabile eſt. Præterea orare pro illis ſolebant precibus priuatis & iaculatoriis, vti exempla reperimus in diuerſis AMBROSII orationibus funebribus in *Theodoſium*, *Valentinianum* & *Gratianum* imperatores, & in ſuum ipſius fratrem *Satyrum*, & in GREGORII NAZIANZENI ſermone funebri in fratrem *Caſarium*, nec non in priuatis AVGVSTINI precibus pro matre *Monica:* Vt ne mentionem faciamus precum, pro illis factarum in anniuerſariis commemorationis diebus. Vna aliqua ex hiſce precationum, in exſequiis recitari ſolitarum, formulis adhuc ſupereſt in *conſtitutionibus* ſic dictis *apoſtolicis*, quam hoc loco eo lubentius interpono, quia planiſſime oſtendit, nihil in hiſce precibus reperiri, quod vllo modo ad ignem purgatorium referri poſſit, ſed plane contrarium, nempe, quod anima defuncti ſtatuatur ire ad locum requiei & beatitatis in ſinu *Abrahæ*. Formula iſta ſic habet: Primum diaconus (r) ait: *Pro fratribus, qui in CHRISTO requieuerunt, oremus; vt hominum amans Deus, qui animam defuncti ſuſcipit, ei remittat omne peccatum voluntarium ac non voluntarium, & propitius clemenſque factus colloce eum in regione piorum, quieſcentium in ſinu Abrahami, Iſaaci & Iacobi, cum omnibus, qui a ſaculo placuerunt Deo, atque eius voluntatem fecerunt; vnde aufugit dolor, triſtitia & gemitus.* Poſtea epiſcopus etiam precationem facit verbis ſe-

(r) Conſtitut. apoſt. lib. VIII. c. XLI. Ὑπὲρ ἀναπαυσαμένων ἐν χριςῷ ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος θεὸς, ὁ προσδεξάμενος αὐτῦ τὴν ψυχὴν, παρίδῃ αὐτῷ πᾶν ἁμάρτημα ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον, καὶ ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενόμενος, κατατάξῃ εἰς χώραν εὐσεβῶν, ἀνειμένων εἰς κόλπον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων, καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα

quen-

quentibus: *Qui natura es immortalis ac ſine carens; a quo cuncta immortalia & mortalia orta ſunt; qui animal rationale hominem, ciuem mundi, in fabricatione effeciſti mortalem, & reſurrectionem promiſiſti; qui Henochum & Eliam non ſiuiſti mortis experimentum capere: Deus Abrahami, Deus Iſaaci & Deus Iacobi; non tamquam mortuorum, ſed tamquam viuentium es Deus; quia cunctorum animæ apud te viuunt & ſpiritus iuſtorum in manu tua ſunt, quos non tanget cruciatus; omnes enim ſanctificati ſub manibus tuis ſunt: ipſe & nunc reſpice ſuper ſeruum hunc, quem ſelegiſti & aſſumſiſti in aliam ſortem; & condona ei, ſi quid volens aut inuitus deliquit; atque angelos ei exhibe placidos; atque colloca eum in ſinu patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, omniumque qui tibi a ſæculo placuerunt; vbi non eſt triſtitia, dolor, gemitus, immo locus piorum ſedatus, & pariter quieta terra rectorum, eorumque qui in ea vident gloriam CHRISTI tui; per quem tibi gloria, honor, cultus, actio gratiarum, adoratio, in ſancto ſpiritu, in ſæcula, Amen.*

TVM epiſcopus pro præſentibus orat, dicens, *Saluum fac, domine, populum tuum & benedic hæreditati tuæ, quam acquiſiuiſti pretioſo CHRISTI tui ſanguine; paſce illos ſub dextra tua; protege illos ſub alis tuis; & tribue illis, vt certamen bonum certent, curſum conſumment, fidem ſeruent, abſque mutatione, culpa & crimine; per domi-*

αὐτοῦ· ἔνθα ἀπέδρα, ὀδύνη, καὶ λύπη καὶ στεναγμός· --- καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἀτελεύτητος, παρ᾽ οὗ πᾶν ἀθάνατον καὶ θνητὸν γέγονεν· ὁ τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, τὸν κοσμοπολίτην, θνητὸν ἐν κατασκευῇ ποιήσας, καὶ ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος· ὁ τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν θανάτου πεῖραν μὴ ἐάσας λαβεῖν· ὁ θεὸς Ἀβραάμ, ὁ θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ θεὸς Ἰακώβ, οὐχ ὡς νεκρῶν, ἀλλ᾽ ὡς ζώντων θεὸς εἶ· ὅτι πάντων αἱ ψυχαὶ παρὰ σοὶ ζῶσι, καὶ τῶν δικαίων τὰ πνεύματα ἐν τῇ χειρί σου εἰσιν, ὧν οὐ μὴ ἅψηται βάσανος· πάντες γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου εἰσίν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου εἰς ἑτέραν λῆξιν, καὶ συγχώρησον αὐτῷ, εἴ τι ἑκὼν ἢ ἄκων ἐξήμαρτε, καὶ ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ, καὶ κατάταξον αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ὅπου οὐκ ἔνι λύπη, ὀδύνη καὶ στεναγμός, ἀλλὰ χῶρος εὐσεβῶν ἀνειμένος, καὶ γῆ εὐθείων συνανειμένη, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὁρώντων τὴν δόξαν τοῦ χριστοῦ σου· δι᾽ οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, εὐχαριστία, προσκύνησις, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. --- καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων τοιάδε· σῶσον, κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ χριστοῦ σου· ποίμανον αὐτοὺς ὑπὸ τὴν δεξιάν σου, καὶ σκέπασον αὐτοὺς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς σου, καὶ δὸς αὐτοῖς τὸν ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι καλόν, τὸν δρόμον τελέσαι, τὴν πίστιν τηρῆσαι ἀτρέπτως, ἀ-

num nostrum Iesum Christum dilectum filium tuum; cum quo tibi gloria, honor & veneratio, atque sancto spiritui, in secula, Amen.

HAE preces pro mortuis non ideo factæ, quasi cum *Romanensibus* animas eorum in igne purgatorio, vel alio quocumque loco cruciatus hærere crediderint, sed ex contraria prorsus ratione, videlicet quod eas per sanctos angelos in locum requiei, in sinum patriarcharum, apostolorum & prophetarum conductas statuerint. Quod firmissimo nobis argumento est, ecclesiæ tunc temporis ignem purgatorium, quo mortui per multa tempora post mortem torqueri dicuntur, omnino ignotum fuisse. Omnes autem preces illius ex alia ratione proficiscebantur, quæ dogma de igne purgatorio subuertit, quando animas defunctorum in statu requiei & beatitatis statim collocari credebat.

§. XIV.

Corrupta consuetudo dandi mortuis osculum pacis & eucharistiam, per vetustos canones correcta & emendata.

DVM de precibus pro mortuis & de eucharistiæ administratione in exsequiis loquimur, non prætereunda silentio est corrupta quædam consuetudo, quæ per ignorantiam & superstitionem in quibusdam locis inuecta, seuere autem per canones prohibita est. Hæc consuetudo erat dandi mortuis osculum pacis & eucharistiam. Hæc speciem pietatis habebat & sine dubio orta est ex laudabili consuetudine celebrandi eucharistiam in exsequiis, ad quam probandam etiam facit. At non nisi cœcæ superstitionis effectus erat. Et propterea licet fictus auctor sub nomine DIONYSII AREOPAGITAE [s] de consuetudine dandi defunctis osculum pacis cum approbatione loquatur: tamen quum hæc consuetudo, vna cum ritu dan-

μέμψεως, ἀνεγκλήτως, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

(s) Dionys. eccles. hierarch. cap. VII. p. 408. *εἶτα προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης, εὐχὴν ἱερωτάτην ἐπ' αὐτῷ ποιεῖται, καὶ μετὰ τὴν εὐχήν, αὐτός τε ὁ ἱεράρχης* ἀσπάζεται τὸν κεκοιμημένον, *καὶ μετ' αὐτὸν οἱ παρόντες ἅπαντες. Tum accedens diuinus antistes precem super eo sacratissimam peragit, qua finita, ipsemet antistes* defunctum salutat *& cum illo præsentes omnes.*

di

di mortuis euchariſtiam, in *Galliam* circa annum DLXXVIII inuehi cœpiſſet, concilium *Antiſſiodorenſe* canonem aduerſus eam in hæc verba promulgauit [*t*]: *Non licet mortuis nec euchariſtiam nec oſculum tradi.* Corrupta conſuetudo dandi euchariſtiam mortuis introduci cœpta erat aliquanto ante ætatem AVGVSTINI. Verum ille & reliqui patres, qui in concilio *Carthaginenſi* tertio conuenerant, ei ſeſe opponebant [*u*], interdicentes ignorantibus & infirmis presbyteris, quorum ſtultitia hæc praxis inualuerat, ne amplius eam fouerent, populumue in iſtiuſmodi erroneas inducerent opiniones, vt euchariſtiam mortuis dandam eſſe ſibi perſuaderent: quum dictum ſit a domino: *Accipite & edite:* cadauera autem nec accipere poſſint nec edere. Iidem illi mortuos ſacramenta etiam baptiſmi recipere poſſe exiſtimabant: quaſi peculiaris quædam virtus atque efficacia ipſis externis ſacramentorum elementis inſit, ſine ſenſu & fide in recipiente. Qui errores a CHRYSOSTOMO [*x*] etiam redarguuntur; & ille dandi mortuis euchariſtiam ſpecialius a concilio *Trullano* [*y*]. Quæ omnia oſtendunt, errorem fuiſſe, cui multi populi ſuperſtitioſi adhæſerint; nulla tamen auctoritate in eccleſia eum publice permiſſum vel confirmatum eſſe. Mos conſepeliendi mortuis euchariſtiam (qui tantopere inualuit in eccleſia *Romanenſi*) poſteriorum tantum ſæculorum novatio eſt, cœpta a *Benedicto* monacho, ſine vllo præuio exemplo in vetuſtis eccleſiæ monumentis, quemadmodum occaſionem habui oſtendendi libro quodam anteriore [*]. Progrediamur itaque ab hiſce corruptis conſuetudinibus ad ritus magis approbatos eccleſiæ.

(*t*) Concil. Antiſſiodor. can. XII.

(*u*) Concil. Carthag. III. c. VI. Placuit, vt corporibus defunctorum euchariſtia non detur. Dictum eſt enim a domino, Accipite & edite: Cadauera autem nec accipere poſſunt nec edere. Cauendum eſt etiam, ne mortuos baptizari poſſe fratrum infirmitas credat, quum euchariſtiam mortuis non dari animaduerterint.

(*x*) Chryſoſt. homil. XL. in 1 Cor. p. 668. (p. 449. edit. Francof.) Vid. lib. XV. cap. IV. §. XIX. vol. V. p. 425.

(*y*) Concil. Trull. can. LXXXIII. ibid.

(*) Lib. XV. cap. IV. §. XX.

§. XV.

Eleemoſynæ communiter additæ precibus pro defunctis.

ELEEMOSYNAE tamquam aptæ ſemper precum comites, iam viuentibus pro mortuis opportuniſſime dari credebantur. *Vis mortuum honorare*, inquit CHRYSOSTOMVS [z], *fac eleemoſynas.* Et alio loco [a]: *Cur poſt mortem tuorum pauperes conuocas: cur presbyteros, vt pro eo velint orare, obſecras? Non ignoro, te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat.* Hanc conſuetudinem paullo poſt laudat & diuites ad eam hortatur, qui hæredes ſuos ſepeliant: *Si multæ barbaræ gentes vna cum defunctis res eorum cremare ſolent, quanto æquius defuncto tuo filio tua tradere potes: non vt in cinerem redigantur, ſed vt glorioſum magis illum reddant. Putas cum maculis inquinatum abiiſſe, da ipſi ſua, vt illis ſe a maculis abſtergat: putas, in iuſtitia ipſum deceſſiſſe, præbe ipſi tua ad mercedis & retributionis adiectionem.* HIERONYMVS hoc nomine laudat *Pammachium* [b], *Ceteri mariti*, inquiens, *ſuper tumulos coniugum ſpargunt violas, roſas, lilia, floreſque purpureos, & dolorem pectoris his officiis conſolantur. Pammachius noſter ſanctam fauillam oſſaque veneranda eleemoſynæ balſamis rigat.*

§. XVI.

Et quotannis in anniuerſariis commemorationis defunctorum diebus repetitæ.

NONNVLLI haſce eleemoſynas quotannis in anniuerſaria commemorationis defuncti die repetebant. Hiſce temporibus commune facere ſolebant conuiuium, religioſos cum ſacerdotibus conuocantes, fideles vna cum clero, egenos & pauperes, pupillos & viduas, vt fieret feſtiuitas in memoriam requiei defunctis animabus, quarum memoriam celebrabant,

(z) Chryſoſt. homil. LXI. in Ioan. (p. 401. edit. Frf.) *βούλει τιμῆσαι τὸν ἀπελθόντα; ἑτέρως τίμησον, ἐλεημοσύνας ποιῶν.*

(a) Id. homil. XXXII. in Matth. p. 307. (p. 371. edit. Frf.) *τί μετὰ ταῦτα πένητας καλεῖς; καὶ παρακαλεῖς ἱερέας εὔξασθαι; ἵνα εἰς ἀνάπαυσιν ἀπέλθῃ, φησὶν, ὁ τετελευτηκὼς, ἵνα ἵλεω σχῇ τὸν δικαστήν.* Pag. 374. d. *εἰ γὰρ καὶ βάρβαροι συγκατακαίουσι τοῖς ἀπελθοῦσι τὰ ὄντα, πολλῷ μᾶλλον σὲ συναποστεῖλαι τῷ τετελευτηκότι δίκαιον τὰ αὐτοῦ· οὐχ ἵνα τέφρα γένηται, καθάπερ ἐκεῖνα, ἀλλ' ἵνα πλείονα τούτῳ περιβάλλῃ δόξαν· καὶ εἰ μὲν ἁμαρτωλὸς ἀπῆλθεν, ἵνα τὰ ἁμαρτήματα λύσῃ· εἰ δὲ δίκαιος, ἵνα προσθήκη γένηται τοῦ μισθοῦ καὶ ἀντιδόσεως.*

(b) Hieron. epiſt. XXVI. ad Pammach. de obitu vxoris, cap. II.

ſibi

ſibi autem efficeretur in odorem ſuauitatis in conſpectu Dei, quemadmodum perſonatus ORIGENES in *Iobum* [*c*] loquitur. CHRYSOSTOMVS [*d*] homines huius conſuetudinis maiorem rationem habere dicit, quam aliarum, quæ maioris ſint momenti. Si filii aut fratris defuncti memoriam agant, eos pungi a conſcientia, ſi non morem impleuiſſent & pauperes vocaſſent. Sed aliis temporibus, etiam ſi *CHRISTI* faciant commemorationem, ipſos pauperes deſpicere & non exhorreſcere.

§. XVII.

Quod autem ſæpius in magnos abuſus degenerauit, de quibus querelæ factæ tamquam nihilo melioribus, quam ſint parentalia gentilium.

ATENIM VERO hoc ſæpius in magnos degenerauit abuſus. Nonnulli enim cibi potioniſque pauperibus dandæ loco, occaſionem captabant indulgendi comeſſationibus. Quod vitium eſt, quod tam acerbe in gentilium parentationibus vituperat TERTVLLIANVS [*e*], quando epulas eis obiectat, quibus ad defunctorum buſta ita intemperanter indulgeant, vt inde redeant dilutiores, guloſiſſime eos nutrientes, quos antea in ſpeciem quidem religioſe, ſed re vera atrociſſime exuſſerint. In tribus prioribus ſæculis nemo omnium gentilium hoc crimen in chriſtianos retorquere poterat: Quarto autem ſæculo tanta a quibuſdam vitia tali occaſione committebantur, vt *Manichæi* tempore AVGVSTINI id obiectarent catholicis, reſque adeo in publicum nota erat, vt AVGVSTINVS eam fateri cogeretur. *Noui*, inquiebat [*f*], *multos eſſe, qui luxurioſiſſime ſuper mortuos bibant & epulas cadaueribus exhibentes ſuper ſepultos ſe*

(*c*) Origen. in Iob. lib. III. p. 437. (p. 274. h. edit. Parif. MDCIIII.)

(*d*) Chryſoſt. homil. XXVII. in 1 Cor. p. 565. (pag. 296. edit. Frf.). *ἀνάμνησιν τοῦ χριστοῦ ποιεῖς, καὶ πένητας παρορᾷς, καὶ οὐ φρίττεις; ἀλλ' εἰ μὲν υἱοῦ ἢ ἀδελφοῦ τετελευτηκότος ἀνάμνησιν ἐποίεις, ἐπλήγης ἂν ὑπὸ τοῦ συνειδότος, εἰ μὴ τὸ ἔθος ἐπλήρωσας, καὶ πένητας ἐκάλεσας.*

(*e*) Tertull. de teſtimon. animæ cap. IV. Quando extra portam cum obſoniis & mattæis tibi potius parentans ad buſta recedis, aut a buſtis dilutior redis. Id. de reſurrect. carn. cap. I. Ipſos defunctos atrociſſime exurit, quos poſtmodum guloſiſſime nutrit.

(*f*) Auguſtin. de morib. eccleſ. cap. XXXIV.

ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni. Dicit autem, ecclesiam hos mores condemnare & istiusmodi homines tamquam malos filios corrigere studere. De eadem re iterum in epistola quadam, ad *Aurelium* episcopum *Carthaginensem* data [g], queritur, vbi hasce oblationes pro defunctis ita fieri cupit, vt ne sint sumtuosæ & in ebrietates ac comessationes degenerent. Et si quid pecuniæ hoc intuitu oblatum fuerit, vt ex primitiuo scopo & intentione istiusmodi oblationum in præsenti pauperibus erogetur. Tales oblationes ecclesia libenti semper animo accepit, ad alias autem quascumque nullum vmquam est cohortata [h]. Auctor libri *de duplici martyrio* sub nomine CYPRIANI [i], qui longo post AVGVSTINVM tempore scripsit, similem animaduersionem in plebis *Africanæ* intemperantiam habet. *Temulentia*, inquit, *adeo communis est Africæ nostræ, vt propemodum non habeant pro crimine. Annon videmus ad martyrum memorias christianum a christiano cogi ad ebrietatem? An hoc leuius crimen ducimus, quam hircum immolare Baccho?* Sed hac de re diximus libro quodam antecedente [k] fusius, vbi

(g) Augustin. epist. LXIV. ad Aurelium. Quoniam istæ in cœmiteriis ebrietates & luxuriosa conuiuia, non solum honores martyrum a carnali & imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum, mihi videtur facilius illic dissuaderi posse istam fœditatem ac turpitudinem, si & de scripturis prohibeatur, & oblationes pro spiritibus dormientium, quas vere aliquid adiuuare credendum est, super ipsas memorias non sint sumtuosæ, atque omnibus petentibus sine typho & cum alacritate præbeantur, neque vendantur. Sed si quis aliquid pecuniæ offerre voluerit, in præsenti pauperibus eroget. Ita nec deserere videbuntur memorias suorum, quod potest gignere non leuem cordis dolorem, & id celebrabitur in ecclesia, quod pie & honeste celebratur. Conf. homil. CI. de diuersis.

(h) Vid. concil. Carth. IV. can. XCV. Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur.

Concil. Vasens. I. can. IV. Qui oblationes defunctorum fidelium detinent, & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles sunt ab ecclesia abiiciendi: quia vsque ad exinanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem: qua & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes collatu alimoniæ & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. cetera.

(i) Cyprian. de duplici martyrio p. 42. (p. 560. lin. 1. seq. edit. Paris. MDCXLVIII.)

(k) Lib. XX. cap. VII. §. X. vol. IX. pag. 147.

occa-

occaſionem habuimus in eadem animaduertendi vitia, a quibuſdam ad monumenta martyrum in anniuerſariis eorum commemorationibus commiſſa. Reuertimur iam ad ritus funebres veteris eccleſiæ.

§. XVIII.

Decens moderati doloris teſtatio in funeribus non prohibita, ſed gentilis conſuetudo conducendi præficas ad deplorandum funus, a veteribus grauiter vituperata.

MODERATVS luctus ex amicorum amiſſu decenter quidem declaratus, res ita naturalis per ſe atque inſita in animis mortalium eſt, & cum ipſo gaudio ac fide hominis chriſtiani tam bene conſiſtere poteſt, vt veteres ne quidquam contra iſtiuſmodi doloris teſtationem in funere dixerint. Duo autem maximopere improbabant vituperabantque grauiter; primum quidem immoderatum luctum, vtpote characteri & profeſſioni hominis chriſtiani minime conuenientem, cuius conuerſatio iam in cælo, ipſiuſque ſpes & exſpectatio non minor ſit, quam corona & regnum poſt mortem; quem proinde non oporteat lugere ſupra modum, ſed cum miſtura gaudii, quod amicus quidam ante ſe ad cælum abierit ad anticipandam eius poſſeſſionem. Alterum, quod improbabant, gentilis conſuetudo erat conducendi feminas ad deplorandum funus & edendum immodicum inſolitumque clamorem ante defunctum, cum laceratione crinium multiſque aliis ridiculis luctus indiciis. Præcipua earum *Romanis* dicebatur *præfica*, eo quod reliquis præficeretur, vt modum illis daret plangendi, quemadmodum eas ex VARRONE, OVIDIO, SEXTO POMPEIO, NONIO MARCELLO aliiſque *Romanis* auctoribus deſcribit IOANNES ROSINVS [*l*]. Hoc vero veteres chriſtiani maximopere impro-

(*l*) Roſin. lib. III. c. XXXI. p. 506. *Præfica*] Terentius Varro lib. de lingua latina: Præfica, vt Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes eius caneret. Hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit, in libro, qui ſcribitur *νόμιμα βαρβαρικά*, quibus teſtimonium eſt, quod Fretum eſt Næuii.

Hoc quidem hercle opinor præfica eſt:
Nam mortuos collaudat.

Claudius ſcribit, ea quæ præficeretur ancillis, quemadmodum lamentaren-

ba-

babant, in illudque tamquam mere gentilem consuetudinem acriter inuehebantur. *Nemo defunctos ploret*, inquit CHRYSOSTOMVS [*m*], *nemo lugeat, nemo mortem CHRISTI, qua mors superata est, calumnietur. Quid frustra fles, si mortem in somnum redactam esse credis? Quid te cædis & luges? Si enim gentiles id faciunt, ridendi sunt; si autem fidelis pariter ac infidelis hac in re peccat, quid respondebit? quamnam veniam petere audebit, præsertim longis temporibus postea, quum iam nemo christianorum de resurrectione ambigat? Tu vero sedulo studes delictum hoc quasi amplificare, & incitatrices fletus mulieres conuocas, quarum flebili cantu incendatur atque inflammetur vehementius ægritudo tua: nec Paulo dicenti auscultas, Quæ consonantia est Christo ac Belial, vel quæ pars fideli cum infideli?* Deinde pergit monstrosam stultitiam & absurdam huius cærimoniæ rationem multis argumentis ostendere, cunctisque leuibus rationibus, quas istiusmodi christiani ad excusandam hanc christiano homine minime dignam praxin adlegent, respondet. Alio loco [*n*] adhuc acrius eos reprehendit, *Quando video*, inquiens,

tur, præfica est dicta: vtrumque ostendit, a præfectione præficam dictam. Plautus in truculento:

Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præfica.

Sext. Pompeius: Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præfectæ. Nonius Marcellus: Præficæ, inquit, dicebantur apud veteres, quæ adhiberi solent funeri mercede conductæ, vt & flerent & fortia facta laudarent. Lucilius XII. Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ multo, & capillos scindunt & clamant magis.

Id. lib. V. c. XXXIX. pag. 692. Adhibebantur etiam præficæ, quas Sext. Pompeius ait, mulieres fuisse, ad lamentandum mortuum conductas, quæ darent ceteris modum plangendi, vnde etiam nomen habeant, quasi quæ huic rei sint præfectæ, cetera.

(*m*) Chrysost. homil XXXII. in Matth. p. 306. (p. 371. edit. Francof.) *Μηδεὶς κοπτέσθω λοιπὸν, μηδὲ θρηνείτω, μηδὲ τὸ κατόρθωμα τοῦ χριστοῦ διαβαλλέτω· καὶ γὰρ ἐνίκησε τὸν θάνατον· τί τοίνυν περιττὸν θρηνεῖς; ὕπνος τὸ πρᾶγμα γέγονε, τί ὀδύρῃ καὶ κλαίεις; τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἕλληνες ἐποίουν, καταγελᾶν δεῖ· ὅταν δὲ ὁ πιστὸς ἐν τούτοις ἀσχημονῇ, ποία ἀπολογία; τίς ἔσται συγγνώμη τοιαῦτα ἀνοηταίνουσι, καὶ ταῦτα μετὰ χρόνον τοσοῦτον καὶ σαφῆ τῆς ἀναστάσεως ἀπόδειξιν; σὺ δὲ ὥσπερ αὐξῆσαι τὸ ἔγκλημα σπεύδων, καὶ θρηνῳδοὺς ἡμῖν ἄγεις ἑλληνίδας γυναῖκας, ἐξάπτων τὸ πένθος, καὶ τὴν κάμινον διεγείρων, καὶ οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου λέγοντος· τίς συμφώνησις χριστῷ πρὸς Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου·*

(*n*) Chrysost. homil. IV. in Hebr. p. 1784.

qui

qui fiunt in foro planctus & eiulatus propter e viuis excedentes; vlulatusque & lamentationes, & alia, quæ fiunt indecore: Credite, me pudet Græcorum & hæreticorum, qui vident, & nos omnes, vt semel dicam, irrident. Nam quidquid de cetero dixero, frustra dicam philosophans de resurrectione. Quamobrem? Quoniam non, quæ a me dicuntur, attendunt Græci; sed quæ a nobis fiunt. Statim enim dicent: Quando poterit ex his quisquam mortem despicere, qui ne potest quidem alium videre mortuum. Pulchra sunt, quæ dicta sunt a Paulo & digna cœlis Deique benignitate. Quid enim dicit? Et liberauit eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Sed non sinitis nos hæc cernere, per ipsa facta vobiscum pugnantes. Ostende mihi eum, qui in ipso motu animi & in eo, quod accidit, philosophatur & tunc credam resurrectionem. Ita gentiles per elegantem prosopopœiam introducit differentes, vt istiusmodi christianos, si fieri possit, pudefactos ad magis virilem agendi rationem hac in re perducat. Addit, capillos vellere & eiulare, tantum crimen & dedecus esse, vt, si fieret, quod oporteret, eos qui sint huiusmodi, longo tempore arceri oporteret a liminibus ecclesiæ, vtpote resurrectionem re ipsa negantes. In summa, ex auctoritate episcopali illis edicit, si quis in praua ista consuetudine conducendi feminas gentiles ad lamentandum mortuum perstiterit, eum longo tempore se arciturum ab ecclesia tamquam idololatram. Nam si *Paulus* auarum vocet idololatram, multo magis eum, qui super fidelem ea introducat, quæ sint idololatrarum. Exinde seuere illis interdicit, ne istiusmodi ethnicas mulieres in funere ad lamentandum mortuum amplius adhibeant, nisi minas ad effectum deduci & censura ecclesiastica adfici velint. Ex quibus (vt ne eis immoremur, quæ aliis locis [o] dicit, nec quæ ab aliis dicuntur scriptoribus) fa-

(o) Chrysost. homil. VI. in 1 Thess. (p. 312. 313. edit. Frf.)
Id. homil. XXIX. de dormientibus. tom. V. p. 423. (p. 377. edit. Francof. οὐδὲ τὴν ἀθυμίαν ἀλλὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς ἀθυμίας ἀναιρῶ· τὸ μὲν γὰρ ἀθυμεῖν, τῆς φύσεως· τὸ δὲ πέρα τοῦ μέτρου τοῦτο ποιεῖν, μανίας καὶ παραφροσύνης καὶ γυναικώδους ψυχῆς· ἄλγησον, δάκρυσον, ἀλλὰ μὴ ἀποδυσπετήσῃς, μηδὲ δυσχεράνῃς, μὴ ἀγανακτήσῃς· --- δάκρυσον, ὡς ὁ δεσπότης σου ἐδάκρυσε τὸν Λάζαρον, μέτρα τιθεὶς ἡμῖν καὶ κανόνας καὶ ὅρους ἀθυμίας, οὓς ὑπερβαίνειν οὐ δεῖ. κ. τ. λ. *Tristitiam non tollo, sed tristitiæ vehementiam tollo. Nam mærere naturale est, sed supra modum mærere, insani, amentis ac muliebrem animam gerentis est.*

cile iudicare possumus, quantus abusus hæc indecens lugendi ratio in ecclesia credita fuerit.

§. XIX.

Nouemdiale *gentilium, tamquam praxis superstitiosa, reiectum.*

GENTILES aliam habebant consuetudinem repetendi luctum suum tertio, septimo & nono die, quæ speciatim dicebatur *nouemdiale*: Et nonnulli addebant vicesimum, tricesimum & quadragesimum, non sine superstitiosa opinione de hisce particularibus diebus, vbi defunctorum manibus lac, vinum, serta & flores offerre solebant, quemadmodum antiquitatum *Romanarum* scriptores [p] nobis narrant. Nonnihil huius superstitionis, demto sacrificio, adhuc residuum erat inter rudiores christianos tempore AVGVSTINI. Loquitur enim de quibusdam, qui defunctorum suorum respectu *nouemdiale* celebrent, quibus illud interdicendum existimat. *Nescio*, inquit [q], *vtrum inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos NOVEMDIALE appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gentilium consuetudine.* Non videtur significare, quod exacte hanc consuetudinem obseruarint, vti quidem gentiles; sed quod potius superstitiosi fuerint in obseruandis nouem diebus luctus, cuius rei nullum exemplum detur in scripturis. Alia ratio erat continuandi officia funebria per tres dies continuos, quæ licita erat apud

---

Mœre, lacrima, at vide ne stomacheris, ne impatienter mortuum requiras. --- Lacrima, sed vt dominus tuus Lazarum luxit, qui nobis regulam modumque ac fines doloris constituit, quos egredi non licet. Conf. supra §. VIII. sub litt. (l) pag. 55. seq.

(p) Rosin. antiquit. lib. V. cap. XXXIX. p. 997. Ceterum quum nonnulli essent, qui suorum vel propinquorum vel amicorum minus desiderium ferre possent, tertium, septimum, nonum, & quidam vicesimum, tricesimum & quadragesimum, non sine quadam numerorum religione dies defunctorum manibus & memoriæ statuebant: vnde parentationes, feralia, nouemdialia, decennalia, vicenalia, tricennalia, &c. originem traxerunt, quæ omnia tum lacte, & vino, tum sertis & floribus, tum aliis rebus ab antiquis celebrabantur.

(q) Augustin. quæst. CLXXII. in genes. (tom. IV. p. 125. edit. Basil. MDLXIX.)

chri-

christianos, quia nihil in se habebat, nisi eumdem Dei cultum repetitum. Ita EVODIVS scribens ad AVGVSTINVM [r], & narrans, quo funere elatus sit pius quidam iuuenis, qui ipsius notarius fuerat, ait: *Exsequias præbuimus satis honorabiles & dignas tantæ animæ: Nam per triduum hymnis Dominum collaudauimus super sepulcbrum ipsius & redemtionis sacramenta tertio die obtulimus.* Auctor *constitutionum* [s] huius repetitionis officii funebris in die tertio, & die nono, & die quadragesimo meminit, peculiarem singulorum reddens rationem. *Quod spectat ad mortuos; celebretur dies tertius in psalmis, lectionibus & precibus ob eum, qui tertia die resurrexit; item dies nonus, in recordationem superstitum & defunctorum; atque dies quadragesimus iuxta veterem typum; Mosen enim ita luxit populus; denique anniuersarius dies pro memoria ipsius.* IOANNES BAPTISTA COTELERIVS in suis ad hunc locum adnotationibus diuersos alios vetustos scriptores nominat, qui huius illiusue ex hisce diebus meminerunt. PALLADIVS in *historia Lausiaca* c. XXVI. diei tertii & quadragesimi mentionem facit. IVSTINIANVS in nouella quadam [t] de tertio, nono, quadragesimo & anniuersario commemorationis die loquitur; feminis vitam monasticam professis interdicens, ne monasteria virorum ingrediantur, sub obtentu sollemnis commemorationis mortuorum. Hisce addit COTELERIVS AMBROSIVM concione de obitu *Theodosii*, & ISIDORVM PELVSIOTAM lib. I. epist. CXIV. EVSTRATIVM *Constantinopolitanum* in bibliothecæ *Photiana* codice CLXXI. Vt omittamus DAMASCENVM, NICONEM, PHILIPPVM SOLITARIVM, HINCMARVM, THEODORVM archiepiscopum *Cantuariensem* & alios recentiores scriptores. SVICERVS & MEVRSIVS eiusdem consuetudinis

(r) Euodii epist. CCLVIII. inter epist. Augustin.

(s) Constit. lib. VIII. c. XLII. *Ἐπιτελέσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων, ἐν ψαλμοῖς καὶ ἀναγνώσεσι, καὶ προσευχαῖς, διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα· καὶ ἔνατα, εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων· καὶ τεσσαρακοστὰ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον· Μωσῆν γὰρ οὕτως ὁ λαὸς ἐπένθησε· καὶ ἐνιαύσια, ὑπὲρ μνείας αὐτοῦ.*

(t) Iustin. nouell. CXXXIII. cap. III. Sed neque aliam ingressuum occasionem excogitanto. -- per caussam eorum, quæ peraguntur circa exsequias, quas scilicet memorias appellant, in tertium nonumque diem conuenientes, item quum quadraginta excesserint, aut etiam annus.

mentionem faciunt in vocabulo τριτεννάται, quod memorias mortuorum significat, quæ celebrentur tertio & nono die, quod in veteri ecclesia factum dicunt. Vt adeo, quando AVGVSTINVS contra noni diei obseruationem loquitur, non illud sit, quod COTELERIVS statuit, quia hanc consuetudinem ignorauit, vna cum AMBROSIO & pluribus aliis *Latinis* (in quo COTELERIVS sibi ipse contradicit, quandoquidem AMBROSIVM antea pro hac praxi adlegauit). Sed inde est, quod AVGVSTINVS aliquid vitiosum in quorumdam superstitiosorum christianorum praxi obseruarat, qui nouem dies celebrabant cum quodam abusu, probabiliter cum ebrietate & intemperantia, ad modum *nouemdialis* gentilium; quemadmodum ipsum antea audiuimus conquerentem de conuiuiis, quæ istiusmodi christiani ad monumenta mortuorum instituerint, parentalibus gentilium quam simillima.

§. XX.

Consuetudo spargendi flores super sepulchra mortuorum sine offendiculo retenta.

CONSVETVDO spargendi flores super sepulchra mortuorum innocens habita, adeoque a quibusdam christianis sine offensione retenta. AMBROSIVS & HIERONYMVS eius sine reprehensione meminerunt. Tantummodo de ea loqui videntur, tamquam consuetudine maxime vulgi. Nam intelligentiores christianos eam tamquam rem friuolam despicere, & reverentiam in mortuos actibus magis conuenientibus declarare innuunt. Ita AMBROSIVS in oratione de obitu *Valentiniani* ait [u]: *Non ego floribus tumulum eius adspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam. Spargant alii plenis lilia calathis: Nobis lilium est Christus: Hoc reliquias eius sacrabo.* Similem in modum HIERONYMVS [x] *Pammachium* amicum suum hoc nomine laudat, *Ceteri mariti*, inquiens, *super tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia floresque purpureos; & dolorem pectoris his officiis consolantur. Pammachius noster sanctam fauillam ossaque veneranda eleemosynæ balsamis rigat. His pigmentis atque odoribus fouet cineres quiescen-*

(u) Ambros. de obitu Valent. p. 12.

(x) Hieron. epist. XXVI. ad Pammach. de obitu vxoris, cap. II.

tes,

tes, ſicut ſcriptum: Sicut aqua exſtinguit ignem, ſic eleemoſyna exſtinguit peccatum.

§. XXI.

Iuxta ac geſtatio veſtis lugubris ad certum tempus.

Eamdem opinionem foucbant de geſtatione veſtis lugubris ob defunctum. Non damnabant eam nec tamen magnopere approbabant, ſed omnium libertati relinquebant tamquam rem indifferentem; eos potius laudantes, qui illam vel prorſus omitterent, vel poſt breue tempus deponerent, vt qui fortitudini & philoſophiæ hominis chriſtiani agerent convenientius. Ita HIERONYMVS [y] *Iulianum* quemdam virum diuitem ac præpotentem tempore ſuo prædicat, quod, quum paucorum dierum interuallo vxorem ſuam & duas filias perdidiſſet, lugubrem veſtem non amplius quadraginta diebus geſtarit, & quod coniugem ſuam non quaſi mortuam ſed quaſi proficiſcentem duxerit. CYPRIANVS [z] quidem rem paullo longius videtur extendere. Dicit, reuelatum ſibi eſſe diuinitus, vt conteſtaretur aſſidue & publice prædicaret, „Fratres „non eſſe lugendos, arceſſitione dominica de ſæculo libera„tos; quum ſciamus, non eos amitti, ſed præmitti, recedentes „præcedere; deſiderari eos debere, non plangi: nec accipien„das eſſe heic atras veſtes, quando illi ibi indumenta alba iam „ſumſerint: occaſionem dandam non eſſe gentilibus, vt nos „merito ac iure reprehendant, quod quos viuere apud Deum „dicimus, vt exſtinctos & perditos lugeamus, & fidem, quam „ſermone & voce depromimus, cordis & pectoris teſtimonio „non probemus„. CYPRIANVS nullum omnino luctum de mortuis oſtendi oportere exiſtimabat; neque adeo vlla luctus indicia, cuiuſmodi eſt veſtis lugubris; quia mors hominis chri-

(y) Hieron. epiſt. XXXIV. ad Iulian. Laudent te alii, & tuas contra diabolum victorias panegyricis proſequantur: quod læto vultu mortes tuleris filiarum: quod in quadrageſimo die dormitionis earum lugubrem veſtem mutaueris: & dedicatio oſſium martyris candida tibi veſtimenta reddiderit: vt non ſentires dolorem orbitatis tuæ, quem ciuitas vniuerſa ſentiret, ſed ad triumphum martyris exſultares, quod ſanctiſſimam coniugem tuam non quaſi mortuam, ſed quaſi proficiſcentem deduxeris.

(z) Cyprian. de mortal. p. 164. (p. 115. edit. Fell. Amſtelod. MDCC.)

ſtiani non niſi translatio eius ſit in cælum. Verum alii rem non tantopere vrgebant, ſed moderatum luctum naturæ permitti poſſe ſtatuebant, eaque propter veſtem lugubrem non omnino damnabant, vtpote quæ ſit tantum decens iſtiuſmodi moderatæ triſtitiæ teſtatio, licet id magis approbarent, ſi quis animo forti eam repudiare poſſet.

§. XXII.

Alii quidam ritus non permiſſi a veteribus.

ALIOS quoſdam ritus funebres inuenimus ſpuriis auctoribus, qui ſub DIONYSII AREOPAGITAE & ATHANASII nominibus ſcripſerunt, memoratos: Cuiuſmodi erat inunctio mortui cadaueris per ſacerdotem, antequam terræ mandaretur, cuius ritus rationem perſonatus DIONYSIVS reddit, quando, *Memineris heic*, inquit [a], *vt in prima illa regeneratione ſacra ante ſanctum baptiſmum, poſt antiquarum veſtium depoſitionem, ille, qui initiatur, in prima ſancti ſymboli participatione, ſacri chriſmatis oleo inungatur; & heic demum in fine omnium defuncto itidem oleum adfunditur, & tunc quidem olei inunctio baptizantem ad ſacra certamina euocabat; nunc autem adfuſum oleum declarat, eum, qui defunctus eſt, iisdem ſacris certaminibus exactis functum eſſe.* Hæc vnctio erat prorſus diuerſa ab antiqua ratione inungendi & condiendi cadaver ad ſepulturam, de qua ſupra loquuti ſumus. Et quum reliqui ſcriptores nihil de ea dicant, vt rem incertam relinquimus, quandoquidem nudum huius ſcriptoris teſtimonium ad ſtabiliendam aliquam antiquam eccleſiæ conſuetudinem non ſufficit. Idem de alio ritu dicere poſſumus, cuius meminit perſonatus ATHANASIVS [b], qui de accenſo ad ſepulchrum

(a) Dionyſ. eccleſ. hierarch. cap. VII. p. 41?. *Μέμνησο δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν πρὸ τοῦ θειοτάτου βαπτίσματος, πρώτη μέθεξις ἱεροῦ συμβόλου δωρεῖται τῷ τελουμένῳ, μετὰ τὴν ὁλικὴν τῶν προτέρων ἐσθήτος ἀπαμφίασιν, τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον· ἐν τέλει δὲ νῦν ἁπάντων ἐπὶ τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ἐπιχεῖται. Καὶ τότε μὲν ἡ τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἐκάλει τὸν τελούμενον· νῦν δὲ τὸ ἐπιχεόμενον ἔλαιον ἐμφαίνει, κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἀθλήσαντα καὶ τελειωθέντα τὸν κεκοιμημένον.*

(b) Athan. ſerm. de dormientibus, cit. a Durant. de ritibus lib. I. c. XXIII. n. 14. pag. 235. (p. 117. edit. Lugdun. MDLXXV.) Si quis diem obierit, licet in aëre deponatur humatus, ne omiſeris oleum, & ceram, inuocato Chriſto Deo, ad ſepulchrum accendere. *Et poſtea:* Oleum enim & cera holocauſtum eſt, incruentæ autem hoſtiæ oblatio propitiatio eſt.

mor-

mortui oleo & cera loquitur, tamquam holocausto, quod Deo offeratur. At vero præterquam quod reliqui scriptores de eo silent, duo sunt, quæ ei aduersantur, primum quidem, Quod potius pars iudaicæ superstitionis, quam ritus christianus esse videatur, deinde, Quod concilium *Illiberritanum* expressum canonem [c] habet, qui cærimoniam prohibet non multum ab hac diuersam: *Cereos per diem placuit in cœmiterio non incendi: Inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Qui hæc non obseruauerint, arceantur ab ecclesiæ communione.* Non ausim lectoribus huius inhibitionis explicare rationem, nec dixerim, ritum ante memoratum hoc canone diserte vetari: Est autem quædam analogia & similitudo inter duas istas cærimonias, & exinde probabile omnino est, neutram earum receptam vel vllo modo approbatam fuisse ab ecclesia.

§. XXIII.

Quibus priuilegium sepeliendi cum hisce sollemnibus ritibus denegatum sit.

VIDIMVS vniuersam rationem sepeliendi inter veteres christianos, cum omnibus ritibus sacris pariter ac ciuilibus, in ea vsitatis. Vnum tantum superest, quod generatim de toto hoc negotio obseruemus: Quod videlicet christiana sepultura cum hisce sollemnibus cærimoniis credita sit priuilegium, & tale quidem, quod viri boni semper desiderarent, si habere possent, mali autem ob crimina sua priuatione eius punirentur ab ecclesia; quæ id eis tamquam notam censuræ & indignationis apponebat, quod sollemnis humationis, quæ in praxi ecclesiæ obtinebat, non permitteret eis honorem & priuilegium. Equidem boni haud tantam corporum suorum habebant rationem, vt ea re vera damnum aut detrimentum capere crederent, si vel inimicorum suorum rabies vel alius quisquam casus fortuitus hoc ipsis priuilegium negaret. Fusius hanc veterum sententiam declarat AVGVSTINVS [d]: „At enim, inquiens, in tanta strage cadauerum nec sepeliri potue-

(c) Concil. Illiberrit. can. XXXIV.
(d) August. de ciuitate Dei lib. I. c. XII.

runt.

„runt. Neque istud pia fides nimium reformidat, tenens prædictum, nec absumentes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. Nec vllo modo diceret Veritas: *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere*, si quidquam obesset futuræ vitæ, quidquid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est, vt contendat eos, qui corpus occidunt, non debere timeri ante mortem, ne corpus occidant & timeri debere post mortem, ne corpus occisorum sepeliri non sinant. Falsum est ergo, quod ait CHRISTVS, *qui corpus occidunt & postea non habent, quod faciant*: si habent tanta, quæ de cadaueribus faciant? Absit vt falsum sit, quod veritas dixit. Dictum est enim, aliquid eos facere, quum occidunt, quia in corpore sensus est occidendo: postea vero nihil habere quod faciant, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaque corpora christianorum terra non texit: sed nullum eorum quisquam a cælo & terra separauit, quam totam implet præsentia sui, qui nouit, vnde resuscitet, quod creauit. Dicitur quidem in psalmo: *Posuerunt mortalia seruorum tuorum escam volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam, in circumitu Hierusalem, & non erat, qui sepeliret*: sed magis ad exaggerandam eorum crudelitatem, qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem, qui ista perpessi sunt. Quamuis enim hæc in conspectu hominum dura & dira videantur: *sed pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.* Proinde omnia ista, id est, curatio funeris, conditio sepulturæ, pompæ exsequiarum, magis sunt viuorum solatia, quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis aut nulla. Præclaras exsequias in conspectu hominum exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorum: sed multo clariores in conspectu domini vlceroso illi pauperi ministerium præbuit angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, sed in *Abrahæ* gremium sustulerunt. -- Sepulturæ curam etiam philosophi contemserunt: & sæpe vniuersi exercitus, dum pro terrena patria morerentur, vbi postea iacerent, vel quibus bestiis esca fierent, non curarunt.

„Licu-

„Licuitque de hac re poëtis plausibiliter dicere:

„*Cælo tegitur, qui non habet vrnam.*

„Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare christi-„anis, quibus & ipsius carnis & membrorum omnium reformatio „non solum ex terra, verum etiam ex aliorum elementorum „secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera recesserunt, in tem-„poris puncto reddenda & redintegranda promittitur.

HAEC christianorum erat consolatio, si vel malitia vel fati conditionisue suæ necessitas sepulturæ illis beneficium negaret. Alias autem inter fratres suos decenter sepeliri etiam atque etiam cupiebant; & qui superstites erant, partem iustitiæ mortuis debitæ esse credebant, vt humaniter eos post obitum tractarent. Id quod ex AVGVSTINO etiam condiscimus, quando post verba modo adlata sic pergit [e]: „Nec ideo tamen „contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, ma-„ximeque iustorum atque fidelium, quibus tamquam organis „& vasis ad omnia bona opera sanctus vsus est spiritus. Si „enim paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tanto „carius est posteris, quanto erga parentes maior adfectus: „nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multo „familiarius atque coniunctius quam quælibet indumenta ge-„stamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, „quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis „pertinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa „pietate curata sunt, & exsequiæ celebratæ, & sepultura pro-„visa: ipsique dum viuerent, de sepeliendis vel etiam transfe-„rendis suis corporibus filiis mandauerunt„. Et hoc quidem id faciebat honorificum & desiderabile priuilegium, sepeliri ad modum fidelium. Erat autem priuilegium, quod ad nullos nisi tales pertinebat. Omnes catechumeni, qui in voluntario baptismatis neglectu decedebant, beneficio eius excludebantur, vti in quodam concilii *Bracarensis* primi canone [f] inuenimus & multis locis CHRYSOSTOMI [g], qui auditores suos adhor-

(e) Augustin. ibid. c. XIII.

(f) Concil. Bracar. I. can. XXXV. Vid. §. VIII. sub litt. (s) pag. 57.

(g) Chrysost. homil. III. in Philipp. p. 1224. (p. 32. seq. edit. Francof.) *οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γί-*

tatur, vt priuatas eleemosynas priuatasque preces pro illis offerant, nullum autem locum in publicis ecclesiæ officiis eos habere adfirmat. Aliter res se habebat, si qui morerentur sine baptismo, non ex aliquo eius neglectu vel contemtu, sed ex ineuitabili necessitate, quæ præuideri haud poterat nec præveniri, dum pie & studiose ad recipiendum baptismum sese præparent. Hoc in casu martyrium vel propria hominum fides ad supplendum baptismum sufficere credebatur, quemadmodum alio loco [*] pluribus demonstrauimus, & tum sepeliebantur cum iisdem ritibus, quibus ceteri fideles, quandoquidem eodem, quo illi, loco ab ecclesia habebantur.

ALIVD genus hominum, quibus ecclesia sollemnes exsequias denegabat, *biathanati* erant, hoc est illi, qui sibi ipsis violentas manus inferebant, manifesto homicidii rei, idque sine resipiscentia, mortem sibi ipsis consciscentes, & in eadem classe omnes eos collocabant, qui ob scelera sua supplicio adfecti erant; quia hi virtualiter & indirecte αὐτόχειρες erant, dum ea patrarant, quæ in cursu iustitiæ eos præmaturæ morti obiecerant, vel certe talia, quæ tam spiritualem censuram quam pœnam commeruerant temporalem. Hoc intuitu concilium *Bracarense* [b] statuit, hisce vtrisque honorem exsequiarum cum

νεσθαι τῶν ἀπελθόντων. ἴσασιν αὐτοῖς πολὺ κέρδος γινόμενον, πολλὴν τὴν ὠφέλειαν· ὅταν γὰρ ἑστήκῃ λαὸς ὁλόκληρος χεῖρας ἀνατείνοντες, πλήρωμα ἱερατικὸν, καὶ προκέηται ἡ φρικτὴ θυσία, πῶς οὐ δυσωπήσομεν ὑπὲρ τούτων τὸν Θεὸν παρακαλοῦντες; ἀλλὰ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ἐν πίστει παρελθόντων· οἱ δὲ κατηχούμενοι οὐδὲ ταύτης καταξιοῦνται τῆς παραμυθίας, ἀλλ' ἐπεστέρηνται πάσης τῆς τοιαύτης βοηθείας, πλὴν μιᾶς τινος. ποίας δὲ ταύτης; ἔνεστι πένησιν ὑπὲρ αὐτῶν διδόναι· ποιεῖ τινα αὐτοῖς παραψυχὴν τὸ πρᾶγμα. *Non frustra hæc ab apostolis sunt legibus constituta: vt in venerandis, inquam, atque horrificis mysteriis memoria eorum fiat, qui decesserunt. Nouerant, hinc multum ad illos lucri accedere, multum vtilitatis. Eo enim tempore, quo vniuersus populus stat manibus passis, ac cœtus sacerdotalis, & illud horrorem venerationis plenum incutiens sacrificium: quomodo Deum non placabimus pro istis orantes? Atque id quidem de iis, qui in fide decesserunt. Catechumeni vero neque hac dignantur consolatione; sed omni auxilio sunt destituti, vno quodam excepto. Quale vero hoc? licet pauperibus pro ipsis dare, atque hinc aliquid percipiunt refrigerationis.* Vid. sis etiam homil. XXIV. in Ioan. p. 159. homil. I. in act. p. 14.

(*) Lib. X. cap. II. §. XX & XXI. volum. IV. p. 44. seqq. & p. 50. 51.

(b) Concil. Bracar, I, c. XXXIV. Vid. §. VIII. sub litt. (s) pag. 57.

vsita-

vſitata pſalmodiæ ſollemnitate negari debere. Concilium *Antiſſiodorenſe* [*i*] canonem habet ita decernentem: *Quicumque ſe propria voluntate in aquam iactauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur.* Simile decretum exſtat in concilio ſecundo *Aurelianenſi* [*k*], quo oblationes recipi vetantur eorum, qui ipſi ſibi mortem propriis manibus probentur intuliſſe; illi tamen excipiuntur, qui in aliquo crimine fuerint interemti; Ex ſuppoſito reor, quod tales homines ante ſupplicium veram pœnitentiam egerint. Si quis vero violentas manus ſibi ipſe intuliſſet, vel in ſceleribus ſuis interemtus eſſet, nulla vmquam in eius gratiam exceptio data eſt. OPTATVS [*l*] ex ipſis *Donatiſtarum* epiſcopis aliquem ſollemnem ſepulturam *Circumcellionibus* denegaſſe narrat, eo quod in tumultu aduerſus magiſtratum ciuilem occiſi eſſent. Quod oſtendit, hoc fuiſſe regulam, exacte obſeruatam in eccleſia.

ALIVD genus hominum, quibus ſollemnium exſequiarum priuilegium negabat eccleſia, omnes erant excommunicati, qui in contemtu diſciplinæ & cenſuræ eccleſiaſticæ pertinaciter perſeuerabant. Sub qua denominatione omnes hæretici atque ſchiſmatici, qui re ipſa per eccleſiæ cenſuras tales denuntiati erant, comprehendebantur. Nam officium funebre ad ſolos pertinebat fideles, ſiue communicantes, hoc eſt eos, qui vel in plena eccleſiæ communione deceſſerant, vel ſi excommunicati fuiſſent, parati tamen fuerant communicare, dum regulas pœnitentiæ ac diſciplinæ in eccleſia receperant iisque ſeſe ſubmiſerant. Rebus ita ſeſe habentibus deſiderium communionis accipiebatur, quemadmodum deſiderium bapti-

(*i*) Concil. Antiſſiodor. can. XVII.

(*k*) Concil. Aurel. II. can. XV. Oblationes defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interemti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.

(*l*) Optat. lib. III. p. 68. (p. 71. 72. edit. Pariſ. MDCLXXIX.) In loco Octauenſi occiſi ſunt plurimi, detruncati ſunt multi: Quorum corpora vſque in hodiernum per dealbatas aras aut menſas poterunt numerari. Ex quorum numero quum aliqui in baſilicis ſepelire cœpiſſent, Clericus presbyter in loco Subbulenſi ab epiſcopo ſuo coactus eſt, vt inſepultam faceret ſepulturam.

ſmi in catechumenis, & tractabantur vt communicantes, etiamſi ſine reconciliatione in eccleſia eſſent mortui. Eccleſia tunc cenſuras ſuas relaxabat eoſque in communionem ſuam recipiebat, & perinde ac ceteros communicantes tractabat poſt mortem: Qua de re in libro quodam anteriore [m], vbi de diſciplina eccleſiæ egimus, diximus copioſius.

LIBRI VICESIMI TERTII
CAPVT QVARTVM
DE LEGIBVS, AD DEFVNCTORVM CORPORA ET SEPVLCHRA A SPOLIATORVM DIREPTORVMQVE VIOLENTIA, TVTA PRAESTANDA FACTIS.

§. I.

Antiquæ leges Romanæ *admodum ſeueræ contra ſpoliatores ſepulchrorum, & contra omnem iniquitatem atque iniuriam in defunctorum corpora.*

QVAMQVAM ad ritus funebres non multum attinet, de ſepulchrorum ſpoliatoribus & legibus aduerſus illos factis verba facere, quum tamen quodam modo ad mortuos ſpectent, & nonnulla notatu digna in ſe contineant, non nihil de hoc argumento, in totius diſſertationis noſtræ clauſulam, lubet addere. Supra [*] monuimus, vetuſtas leges *Romanas* admodum ſeueras fuiſſe contra omnem iniquitatem atque iniuriam in corpora & ſepulchra mortuorum. Res ſacræ habebantur, adeoque ſi quis ſepulchrum violaret, ita vt corpus extraheret, vel oſſa erueret, crimen capitale erat, in humilioris fortunæ hominibus ſupplicio [a], in honeſtioribus autem deportatione in inſulam, vel alia relegatione aut damnatione ad operas metallicas puniendum, quemadmodum ex reſponſo

(*m*) Lib. XIX. cap. II. §. XI. vol. VIII. p. 227. ſeqq.

(*) Cap. II. §. II. pag. 24.

(*a*) Digeſt. lib. XLVII. tit. XII. de ſepulchro violato leg. XI. Rei ſepulchrorum violatorum, ſi corpora ipſi extraxerint, vel oſſa eruerint, humilioris quidem fortunæ ſummo ſupplicio adſiciuntur: Honeſtiores in inſulam deportantur: alii autem relegantur aut in metallum damnantur.

PAV-

PAVLI in *pandectis* apparet, nec non ex illis christianorum imperatorum legibus [b], quae de priscis legibus hoc crimen morte punientibus, loquuntur. Distinctionem faciunt inter corpora & sepulchra. Qui sepulchrum tantummodo violaret, neque vero iniuriam inferret corpori, non supplicio, sed vel bonorum proscriptione, vel infamiae nota, vel exilio adficiendus, vel ad effodienda metalla damnandus erat. At si quam

(b) Cod. Theod. lib. IX. tit. XVII. de sepulchr. violatis leg. II. Factum solitum sanguine vindicari, multae inflictione corrigimus: Atque ita supplicium statuimus in futurum, vt nec ille absit a poena, qui ante commisit. Vniversi itaque, qui de monumentis columnas vel marmora abstulerint, vel coquendae calcis gratia lapides deiecerint, ex consulatu scilicet Dalmatii & Zenophili, singulas libras auri per singula sepulchra fisci rationibus inferant, inuestigati per prudentiae tuae iudicium. Eadem etiam poena, qui dissiparunt, vel ornatum minuerunt, teneantur; & qui posita in agris suis monumenta calcis coctoribus vendiderunt: vna cum his, qui ausi sunt comparare: Quidquid enim attingi nefas est, non sine piaculo comparatur: Sed ita, vt ab vtroque vna libra postuletur. Sed si & praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae fabricationis poena vitetur, eosdem iudices iubemus hanc multam agnoscere: nam ex vectigalibus, vel aliis titulis aedificare debuerunt. Quod si aliquis multam metuens, sepulchri ruinas terrae congestione celauerit & non intra statutum ab excellentia tua tempus confessus sit, ab alio proditus duas auri libras cogatur inferre. Qui vero libellis datis a pontificibus impetrarunt, reparationis gratia labentia sepulchra deponerent, si vera docuerunt, ab inlatione multae separentur: At si in vsum alium depositis abusi sunt, teneantur poena praescripta. Hoc in posterum obseruando, vt in prouinciis, locorum iudices; in vrbe Roma, cum pontificibus tua celsitudo inspiciat, si per sarturas succurrendum sit alicui monumento: vt ita demum data licentia tempus etiam consummando operi statuatur. Quod si aliquis contra sanctionem clementiae nostrae sepulchrum laesurus attigerit, viginti libras auri largitionibus nostris cogatur inferre. Locorum autem iudices si haec obseruare neglexerint, non minus nota quam statuta in sepulchrorum violatores poena grassetur. Ibid. leg. III. Quosdam comperimus, lucri nimium cupidos, sepulchra subuertere, & substantiam fabricandi ad proprias aedes transferre, ii detecto scelere animaduersionem priscis legibus definitam subire debebunt.

Valent. nouell. V. de sepulchris. Diligenter quidem legum veterum conditores prospexerunt miseris & post fata mortalibus, eorum, qui sepulchra violassent, capita persequendo. Sed quoniam noxiae mentes caeco semper in facinus furore rapiuntur, & se ad poenas dudum statutas existimant non teneri, necesse est seueritatem nouari, quam videmus hactenus impune contemtam. cetera.

 iniu-

iniuriam ipsi corpori faceret, crimen eius capitale erat, ipsiusque sanguis ad expiandum facinus poscebatur; nisi forte conditionis ipsius dignitas talis esset, vt leges, vita eius in tuto collocata, supplicium in alius generis pœnam commutarent.

§. II.

Haec seueritas maximam partem continuata permansit sub imperatoribus christianis, cum circumstantiis quibusdam addititiis.

Haec lex per omnem *Constantini* aetatem continuata permansit: *Constans* autem filius eius pœnam quodam modo mutavit; quae autem mutatio non durauit diu; nam illico a *Constantio* reuocata & vetus pœna restituta est. *Constans* prima lege de demoliendis sepulchris (nullam ipsorum corporum violatorum faciens mentionem) rem prorsus eo loco relinquebat, quo inuenerat; *Si quis*, inquiens [c], *in demoliendis sepulchris fuerit apprehensus, si id sine domini conscientia faciat, metallo adiudicetur: si vero domini auctoritate vel iussione vrgeatur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchris, ad domum eius villamque peruectum post hanc legem reperietur, villa siue domus aut aedificium quodcumque erit, fisci viribus vindicetur.* Secunda autem lege [d] mortis pœnam, veteribus legibus constitutam, auferebat, eiusque loco multam viginti librarum auri illis omnibus dictitabat, qui in vllo huiusmodi crimine essent conuicti. *Constantius* hanc antiquae pœnae mitigationem non approbabat, sed indulgentia *Constantis* fratris reuocata, duabus nouis legibus capitis pœnam, antiquis temporibus constitutam, renouabat, pœnam quamdam adiiciens per modum multae. Prior illius lex [e] ita habet: *Quosdam comperimus, lucri nimium cupidos, sepulchra subuertere & substantiam fabricandi ad proprias aedes transferre: Hi detecto scelere animaduersionem priscis legibus definitam, subire debebunt.* Posteriore lege primum decem pondo auri fisco inferre iubet, quisquis de sepulchro saxa vel marmora vel colu-

(c) Cod. Theodos. ibid. leg. I.

(d) Ibid. leg. II. Factum solitum sanguine vindicari, multae inflictione corrigimus, cet. Vid. sub litt. anteced. (b).

(e) Cod. Theod. ibid. leg. III.

mnas

mnas aliamue quamcumque materiam, propriæ fabricæ vel venditionis gratia abstulerit. Deinde subiungit [f]: *Quæ pœna prisca seueritati accedit: nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra violantibus videtur impositum.* Cuius accessionis ratio ex initio huius legis intelligitur, quia scilicet geminum facinus istiusmodi sepulchrorum violatores perpetrent, in mortuos æque ac viuos iniuriosum; in mortuos, destruendo eorum habitationes; in viuos, polluendo eos, dum istiusmodi materias ad fabricandas domus adhibeant. Addit tandem in clausula legis: *Huic pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint.* Exstat etiam lex *Iuliani* in codice *Theodosiano*, in qua ille primum queritur de audacia hominum in demoliendis sepulchris & auferendis hinc ornamentis; & deinde eos ex priscarum legum seueritate puniri [g] iubet. Denique *Theodosius* iunior & *Valentinianus III.* longe omnium seuerissimam legem contra sepulchrorum violatores quoscumque promulgarunt, pœna pro hominum, in isto scelere conuictorum, conditione constituta. *Seruos [h] colonosque, in hoc facinore deprehensos, duci protinus ad tormenta conuenit. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, luant commissa sanguine suo. Si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui quoque, quos similis præsumtio reos fecerit, si fortasse plebeii & nullarum fuerint facultatum, pœnas morte persoluant. Splendidiores autem, vel dignitatibus noti, bonorum suorum medietate multati, perpetua notentur infamia. Clericos vero, quos tam diri operis constiterit auctores, dignos credimus maiore supplicio: vehementius enim coërcendus est, quem peccasse mireris* ---

(f) Ibid. leg. IV. Qui ædificia manium violant, domus, (vt ita dixerim) defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant, destruendo, & viuos polluunt, fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamue quamcumque materiam, fabricæ gratia, siue id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre fisco; siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicumque alius accusauerit, vel officium nuntiauerit. Quæ pœna priscæ seueritati accedit: nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subiacebunt, & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint.

(g) Ibid. leg. V. Hoc fieri prohibemus, pœna manium vindice cohibentes. Vid. supr. c. II. §. II. sub litt. (d) pag. 24.

(h) Valentin. nouell. V. de sepulchris, ad calcem cod. Theodos. p. 22. b.

Quis-

Quisquis igitur ex hoc numero sepulchrorum violator exstiterit, illico clerici nomen amittat, & sic stilo proscriptionis addictus perpetua deportatione plectatur -- Sed quoniam plerumque statutis salubribus dissimulatione venalium iudicum negatur effectus, praesenti iubemus edicto, vt prouinciae moderator, adminiculo municipum fultus, censuram nostrae legis exerceat. -- Criminosis poena reddatur, pax sepultis.

§. III.

Nulla indulgentia sepulchrorum spoliatoribus ab summis imperantibus in festo paschali tributa.

AD maiorem vim & terrorem hisce legibus conciliandum, imperatores, quum variorum scelerum reis in festo paschali ex more indulgentiam darent, sepulchrorum violatores ab hoc beneficio excludere solebant cum reliquis atrocioribus offensoribus, quos tali venia iudicabant indignos, cuiusmodi erant sacrilegi, incestuosi, raptores virginum, adulteri, venefici, malefici, monetae adulteratores, homicidae & perduelles: Sicut exceptiones inuenimus factas in diuersis legibus VALENTINIANI, GRATIANI, THEODOSII senioris, THEODOSII iunioris & VALENTINIANI III. sub eumdem titulum in codice *Theodosiano* [i] collectis, praeter hanc celebrem *Valentiniani* legem modo recitatam.

§. IV.

Ob hoc crimen mulieri per leges permissum a marito discedere.

DIGNVM quoque obseruatu est, Quod *Constantinus*, qui vxoribus libertatem indulsit a maritis suis ob tria crimina discedendi, hoc vnum ex illis tribus fecerit: *In repudio mittendo a femina, haec sola crimina inquiri placet, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulchrorum dissolutorem [k] maritum suum esse probauerit.* *Theodosius* iunior idem crimen caussis legitimis diuortii in viris ac feminis accenset in lege quadam sua [l], quam non solum in nouo codice suo interposuit, sed diuersis etiam suis

(i) Cod. Theod. lib. IX. tit. XXXVIII. de indulgentiis criminum. leg. III. IV. VI. VII. VIII. Vid. lib. XX. c. V. §. VI. sub litt. (l). (m). (n). vol. IX. pag. 109. 110.

(k) Cod. Theod. lib. III. tit. XVI. de repudiis, leg. I.

(l) Cod. Iust. lib. V. tit. XVII. de repudiis. leg. VIII.

ipsius

ipſius legibus ac nouellis confirmauit, quemadmodum iam pluribus oſtendimus, quando de diuortiis [*] libro vltimo verba fecimus. Neque vero leges eccleſiaſticæ puniendo huic crimini, quod crudeliſſimum & immaniſſimum latrocinii genus habebatur, defuerunt; qua de re copioſius diſſeruimus ſub capite de diſciplina eccleſiaſtica [†], neque adeo de ea plura hoc loco dicere opus eſt.

§. V.

Ratio quædam, homines ad committendum hoc crimen inducens, erat ſepulchra gentilium ample magnificeque exornandi conſuetudo.

IAM ſi quæratur, vnde factum, vt homines religionem profitentes chriſtianam huic flagitio tantopere addicti fuerint, vt tot leges aduerſus illud ferri oportuerit? Reſpondeo, Tres potiſſimum cauſſæ ſiue rationes erant, quæ ad hoc latrocinii genus homines inducebant; Quarum duæ aliquid plauſibile in ſe habebant; Prima autem nihil in ſe habebat, niſi ipſam auaritiam, oriundam ex ample magnificeque exornatis monumentis, ſuper ſepulchra gentilium poni ſolitis; quæ nonnulli peruerſi chriſtiani æque atque alii, non tam inuido quam auaro & rapaci oculo intuentes, occaſionem captabant publice vel priuatim ex iis ſpolia prædasque faciendi. Manifeſtum hoc eſt ex querelis, quæ in diuerſis legibus fiunt de ſpoliatoribus, qui marmora, columnas & alia pretioſa ornamenta de ſepulchris auferant, vt vel ſuas ipſorum ædes illis exornent, vel aliis ea vendendo quæſtum faciant. Nonnulli ita illiberales ac ſordidi erant, vt monumenta, quemadmodum lex quædam loquitur, coquendæ calcis gratia deiicerent, aliisue in hunc vſum venderent.

§. VI.

Magis plauſibilis ratio petita ex legibus, omnes gentilium aras & imagines exſcindi iubentibus.

VERVM hæc rapacitas aliquo modo tegebatur plauſibili pietatis & zeli pro religione chriſtiana obtentu. Nam *Con-*

(*) Lib. XXII. cap. V. §. V & VIII. vol. IX. pag. 360 & 372.

(†) Lib. XVI. cap. VI. §. XXIV. volum. VII. pag. 312 ſeqq.

ſtantinus an. CCCXXXIII omnes aras atque imagines iuxta ac templa dirui iuſſerat. Gentilium autem monumenta & ſepulchra ſæpius iſtiusmodi imaginibus exornata erant: Quod præter ſententiam legis hominibus ſordidis occaſionem dabat gentilium monumenta demoliendi, ſub notione deſtruendi imagines & idololatriam omneſque eius reliquias ac veſtigia exſtirpandi. Quod ſi intra legis intentionem ſeſe tenuiſſent, deſtruentes ſolum imagines & aras, non ipſa ſepulchra, nulla iuſta querelarum cauſſa fuiſſet. Quando autem ſub hoc obtentu non ſolum imagines, ſed vniuerſum etiam monumentorum ædificium deiiciebant, eradentes titulos, & diſſipantes cadauera vel cineres mortuorum, & auferentes marmora ac columnas, & quidquid alicuius ornamenti vel pretii erat; hoc ſuccedentibus imperatoribus intolerandum videbatur, & propterea tot bonæ leges contra hypocriticam iſtiuſmodi illegitimorum reformatorum rapacitatem ferebantur. Lex bona erat, ſi modo legitime ea eſſent vſi. Verum illi auaritia & rapacitate ducti limites ſuos egrediebantur: & propterea *Conſtans*, *Conſtantini* filius, an. CCCXLIX omnes iſtos inueſtigari iubebat, qui lege parentis ita abuſi eſſent, & ſub obtentu deſtruendi imagines de monumentis columnas vel marmora [*m*] abſtuliſſent, vel coquendæ calcis gratia lapides deieciſſent. Quotquot hoc feciſſe detegerentur, ex conſulatu *Dalmatii* & *Zenophili*, hoc eſt ex anno CCCXXXIII, vbi *Conſtantinus* edictum ſuum promulgauit, quod fraudulenter in vſum ſuum conuerterant, eos ſingulas libras auri pro ſingulis deiectis monumentis fiſci rationibus inferre cogendos eſſe pronuntiabat. Et ſi quis in poſterum huius rapinæ reus inueniretur, eum viginti auri libras ſimiliter fiſco imperatoris inferre oportere declarabat. Vt adeo hæc demoliendis ethnicorum ſepulchris prætexta cauſſa, deſtruendi videlicet idololatriam conſilium, me-

(*m*) Cod. Theod. lib. IX. tit. XVII. de ſepulchris, leg. II. Vniuerſi itaque, qui de monumentis columnas vel marmora abſtulerint, vel coquendæ calcis gratia lapides deiecerint, ex conſulatu ſcilicet Dalmatii & Zenophili, ſingulas libras auri per ſingula ſepulchra fiſci rationibus inferant. ----- Quod ſi aliquis contra ſanctionem clementiæ noſtræ ſepulchrum læſurus attigerit, viginti libras auri largitionibus noſtris cogatur inferre.

re

re hypocriticus auaritiæ, religionis speciem habentis, actus fuerit.

§. VII.

Tertia quædam ratio, studium acquirendi reliquias martyrum, ad vendendum eas quæstumque ex illis faciendum.

TERTIA quædam ratio eiusdem generis erat, quæ nonnullos ex rudioribus & auarioribus clericis videtur impulisse. Hæc erat martyrum reliquias acquirendi ac vendendi quæstuosa mercatura. Hæc eos inducebat, vt turpis lucri gratia sepulchra spoliarent, & martyrum vel aliorum quorumcumque ossa auferrent, vt sufficientem haberent apparatum reliquiarum (vtrum genuinarum an falsarum, non magni interrerat) ad fouendam stultam eorum superstitionem, qui ipsos ex eis quæstum facere facile patiebantur. Huiusmodi superstitio, quæ ad fouendam auaritiam & religiosas fraudes spectabat, inter quosdam in ecclesia satis mature sese mouebat. Quamvis enim ecclesia per quingentos amplius annos reliquias martyrum in nullum alium vsum adhiberet, quam vt decenter eas humaret; quidam tamen superstitiosi homines priuatim in alium eas vsum conuertebant. OPTATVS *Lucillam*, feminam quamdam opulentam, primam schismatis *Donatistarum* auctorem, vt quis eam recte vocauerit, narrat, antequam eucharistiam sumeret, solitam esse reliquias cuiusdam martyris deosculari [n], quem siue veri siue falsi nominis talem sibi acquisierit & hunc in vsum seruarit. Hoc nomine quum grauiter a *Cæciliano*, archidiacono *Carthaginensi*, reprehensa esset, iratam

(n) Optat. lib. I. p. 40. (p. 18. edit. Paris. MDCLXXIX.) Hoc apud Carthaginem post ordinationem Cæciliani factum esse, nemo est qui nesciat: per Lucillam scilicet, nescio quam feminam factiosam, quæ ante concussam persecutionis turbinibus pacem, dum adhuc in tranquillo esset ecclesia, quum correptionem archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ ante spiritualem cibum & potum, os nescio cuius martyris, si tamen martyris, libare dicebatur, & quum præponeret calici salutari os, nescio cuius hominis mortui, & si martyris, sed nec dum vindicati, correpta, cum confusione irata discessit. ---- Pag. 19. Lucilla, quæ iam dudum ferre non potuit disciplinam, cum omnibus suis potens & factiosa femina, communioni misceri noluit. --- Schisma igitur illo tempore confusæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutriuit, auaritia roborauit &c.

discessisse dicit, & *Cæciliano* ad episcopatum euecto, ipsam, vtpote potentem & factiosam feminam, alios quosdam concitasse, qui ipsi sese opponerent: & hoc schismati *Donatistarum*, ex mulieris imperiosæ, reliquias cuiusdam martyris superstitiosissime reuerentis, iracundia conflato, prima initia dedisse. Similiter AVGVSTINVS [o] narrat, fuisse sua memoria multos otiosos monachos, qui instinctu Satanæ prouincias circumiuerint, venditantes reliquias martyrum, qui an veri nominis martyres fuerint, valde sit dubium. Sed tamen hi quæstuosam eorum mercaturam fecerunt; & sine dubio hinc inducti sunt ad spolianda sepulchra martyrum vel aliorum quorumuis, quod æque consilio eorum inseruire potuit. Cui hominum generi sese opponens *Theodosius magnus* [p], legem promulgabat in hæc verba: *Humanum corpus nemo ad alium locum transferat; nemo martyrem distrahat, nemo mercetur: Habeant vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum aliquis est conditus, pro eius veneratione, quod martyrium vocandum sit, addant quod voluerint fabricarum.* Hic honor erat, martyribus tunc exhiberi solitus, vt quiete iacere in sepulchris sinerentur, & ecclesiæ ædificarentur super illis, quæ Deo eiusque cultui, non religiosæ adorationi cuiusdam martyris, dedicabantur; tantummodo in honorem eius ecclesia martyrium, nomine ipsius appellari poterat. Præter hunc autem nullus honor sub obtentu venerationis ei erat tribuendus. Et corpus quidem illius tollere & mercaturam ossium eius facere, tantum aberat a veneratione, vt disturbatio cinerum eius haberetur & sepulchrorum spoliatio, quæ mera auaritia erat, ficto religionis nomine obtecta. Non est mihi dubium, quin lex *Valentiniani III.* quæ de episcopis aliisque de clero, spoliationis sepulchrorum consciis loquitur, contra istiusmodi genus hominum lata sit, qui martyrum ossa effoderint, & velut sanctas reliquias vendiderint, vt

(*o*) Augustin. de opere monachor. cap. XXVIII. Callidissimus hostis tum multos hypocritas sub habitu monachorum vsquequaque dispersit, circumeuntes prouincias, nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes: Alii membra martyrum, si tamen martyrum, venditant: Alii fimbrias & phylacteria sua magnificant &c.

(*p*) Cod. Theod. lib. IX. tit. VII. de sepulchris violatis, leg. VII.

lucro

lucro ſuo gratificarentur ſuperſtitioſæ impendiis multitudinis, quæ id martyri honori cedere exiſtimabat, ſi oſſa eius ſupra terram conſeruarentur; quum tamen omnes leges eccleſiæ ac reipublicæ id tunc ſacrilegam ſepulchrorum direptionem & diſturbationem ſanctarum reliquiarum interpretarentur, quas quietas & imperturbatas iacere ad reſurrectionem vſque oporteret.

§. VIII.

Peculiaris conſuetudo in Aegypto *corpora mortuorum aromatibus condita & inſepulta adſeruandi domi ſupra terram.*

PECVLIARIS in *Aegypto* conſuetudo obtinebat, quæ fortaſſis malæ huic praxi magnum robur atque incrementum dedit; etiamſi non inueniamus, homines ita peruerſe eam vſurpaſſe; ſed tamen ex alia ratione improbabatur. Mos enim *Aegypti* erat, corpora mortuorum ita condire, vt ea vel domi ſuæ, vel in monumentis & mauſoleis inſepulta ſupra terram ſeruarent. Cadauer ita conditum *Græcis* ſcriptoribus τάριχος, *Aegyptiis Gabbara* dicebatur. A recentioribus medicorum filiis *mummia* appellatur, quemadmodum THOMAS GATAKERVS [q] obſeruat, ab *Arabico Mum*, quod ceram ſignificat, quæ in hoc negotio præcipue adhibebatur. Vetuſtiſſimi ſcriptores de hac *Aegyptiorum* condiendi mortuos ratione loquuntur. Ita MARCVS TVLLIVS CICERO [r], *Condiunt*, inquit, *Aegyptii mortuos, & eos domi ſeruant.* Hæc conſuetudo a chriſtianis etiam per *Aegyptum* videtur retenta, quorum multi (certum eſt, non omnes) mortuos ſuos non ſepelire ſubter terram conſueuerant, ſed aromatibus conditos & arefactos, domi ſuæ ſeruare, lectulis ſuperpoſitos, rati id vita functis eſſe honori. ATHANASIVS *Antonium* [s] celeberrimum illum eremitam *Aegyptium*, narrat „hac conſuetudine magnopere offenſum, adeoque rogaſſe epi-

(q) Gataker. not. in Marc. Anton. lib. IV. p. 175. (p. 133. edit. Traiect. ad Rhen. MDCXCVII. fol.) Ita apud illos cadauer fit τάριχος, id eſt, *ſalſura*, ſiue *mummia*, vti appellant recentiores medicorum filii, ab *Arabico Mum*, id eſt *cera*; quia ceromate etiam in eo negotio vtebantur; apud iſtos τέφρα, id eſt *fauilla* vel *cinis*.

(r) Cic. quæſt. Tuſcul. lib. I. §. CVIII.

(s) Athan. vit. Anton. tom. II. p. 502. (tom. I. p. 862. edit. Pariſ. MDCXCVIII.) Ὁ Ἀντώνιος πολλάκις περὶ τούτου καὶ ἐπισκόπους ἠξίου παραγγέλλειν τοῖς λαοῖς· ὁμοί-

„ſcopos *Aegyptiacos*, vt ea de re populum monerent, finemque „eius conſuetudinis facerent. Similiterque laicos pudore ad„feciſſe, mulieresque obiurgaſſe dicentem, nec legitimum nec „ſanctum eſſe. Nam patriarcharum & prophetarum corpora „hactenus in monumentis ſeruari: ipſumque Domini corpus „in monumentum fuiſſe depoſitum, impoſitumque ipſi lapi„dem, quo opertum ſit; donec tertia die reſurrexiſſet. Hiſque „verbis virum ſanctum demonſtraſſe, præuaricari eum, qui de„functorum corpora non abſconderet, quamuis ſancta eſſent. „Nihil enim maius & ſanctius eſſe corpore dominico. Quibus „auditis, multos deinceps ſub terra occultaſſe & domino egiſ„ſe gratias, quod tam probe edocti eſſent„. Addit paullo poſt, *Antonium* mandaſſe, vt corpus ſuum humaretur terraque contegeretur, idque factum in loco quodam, quem nemo norit, duobus exceptis, qui funeris curam habuerint. Verum enimvero non erat facile inueteratam conſuetudinem abrogare, quamobrem licet multi hanc viam deſererent, multi tamen ei inſiſtebant. Nam AVGVSTINVS [t] de ea loquitur, tamquam re ſuo adhuc tempore vſitata inter *Aegyptios*, quod ad minimum cadauera ſiccarint, & quaſi ænea reddiderint, vt ea a corruptione conſeruarent. Hæc lingua ſua peculiari nomine *Gabbaras* vocabant, quod lingua noſtra *Anglicana*, *Egyptian Mummies* dixerimus. Non diſerte quidem dicit, quod ſupra terram ea ſeruarint, videtur autem illud innuere, quando ipſos condiendo corpora id agere dicit, vt ea ſiccent, & ænea quaſi reddant atque a corruptione conſeruent.

ὡς δὲ καὶ λαϊκοὺς ἐνέτρεπε, καὶ γυναιξὶν ἐπέπληττε, λέγων, μήτε νόμιμον, μήτε ὅλως ὅσιον εἶναι τοῦτο· καὶ γὰρ τὰ τῶν πατριαρχῶν καὶ τὰ τῶν προφητῶν σώματα μέχρι νῦν σώζεται εἰς μνήματα, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα εἰς μνημεῖον ἐτέθη· λίθος τε ἐπιτεθεὶς ἔκρυψε αὐτὸ, ἕως ἀνέστη τριήμερον, καὶ ταῦτα λέγων, ἐδείκνυε παρανομεῖν τὸν μετὰ θάνατον μὴ κρύπτοντα τὰ σώματα τῶν τελευτόντων, κἂν ἅγια τυγχάνῃ· τί γὰρ μεῖζον ἢ ἁγιώτερον τοῦ κυριακοῦ σώματος; πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες, ἔκρυψαν ὑπὸ γῆν λοιπὸν, καὶ ηὐχαρίστουν τῷ κυρίῳ, καλῶς διδαχθέντες.

(t) Auguſt. ſerm. CXX. de diuerſis, c. XII. Aegyptii diligenter curant cadauera mortuorum: Morem enim habent ſiccare corpora & quaſi ænea reddere: Gabbaras ea vocant.

§. IX.

§. IX.

Cultum religiosum reliquiis in veteri ecclesia exhiberi haud permissum, nisi post tempora Augustini.

DIVERSA hinc argumenta componere possumus, quemadmodum in quodam diligenter elaborato & erudito libro fecit IOANNES DALLAEVS [*u*], ad demonstrandum, nullum religiosum cultum reliquiis sanctorum & martyrum per aliquot priora saecula in ecclesia exhibitum fuisse. Nam id magnopere curabant illis temporibus, vt eas sub terram occultarent (non vero, vt altari imponerent [*x*], vti in saeculis posterioribus). Hic maximus honos erat, quem eis se exhibere posse existimabant. *S. Antonius* eremita nec legitimum nec sanctum esse putabat, supra terram eas seruare insepultas: Leges sacrilegium appellabant, si quis earum caussa sepulchra spoliaret, & omnibus ac singulis eas emere vel vendere interdicebant. *Lucilla* reprehendebatur, quod illicitum eis honorem tribuisset. AVGVSTINVS inuehitur in monachos, circumeuntes prouincias ac martyrum vendentes reliquias. Damnat etiam eos, qui sepulchra & picturas adorent, mortuos se hoc ipso honorare dictitantes [*y*], quos in eadem classe collocat, qua illos, qui super monumenta martyrum luxuriosissime bibant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni. Omnes istos offendiculo esse dicit ecclesiae, quae eos tamquam rudes & superstitiosos damnet, & quotidie tamquam malos filios corrigere studeat. Habetur in saeculo tertio exemplum quorumdam bonae mentis christianorum, qui quum *Fructuosus* & *Eulogius* martyres combusti essent, cineres eorum collegerunt, & prout quisque potuit, sibi vendicarunt, non religiosum eis cultum exhibendi, sed reuerentiam & amorem testificandi caussa. Quibus autem *Fructuosus* post passionem [*z*] apparuit eosque monuit, „vt quod vnusquisque per caritatem

(*u*) Dallaeus de obiecto cultus religiosi, lib. IV. tot.

(*x*) Mabillon. de liturg. Gallicana lib. I. cap. IX. n. IV. *Fatetur, nusquam super altare positas fuisse reliquias, ad decimum vsque saeculum.*

(*y*) August. de moribus ecclesiae cath. cap. XXXIV. Noui multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores: Noui multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos se ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas deputent religioni, &c.

(*z*) Acta Fructuosi, ap. Baron. an. CCLXII. n. LXVIII.

„de

,,de cineribus vſurpaſſet, reſtituerent ſine mora, vnoque in lo-,,co ſimul condendos curarent,,. Magna cura eccleſiæ & ipſo-rum martyrum hiſce temporibus non eo ſpectabat, vt reliquiæ religioſi cultus gratia ſupra terram ſeruarentur, ſed vt decenter ſub terram occultarentur. Hinc quum *Aemilianus* præfectus *Eulogium* diaconum, qui vna cum *Fructuoſo* epiſcopo ſuo mortem pro *CHRISTO* ſubibat, interrogaret, num & ipſe *Fructuoſum* poſt mortem vellet colere? clara voce reſpondebat: *Ego Fructuoſum non colo* [a], *ſed & ipſum colo, quem & Fructuoſus.* Simile reſponſum datum legimus a fratribus eccleſiæ *Smyrnenſis*, quum iudæi, *Polycarpo* chriſtianæ religionis cauſſa ad mortem dato, proconſulem *Romanum* adirent monerentque, ne cadauer illius chriſtianis donaret, ne forte, relicto crucifixo magiſtro ſuo, hunc deinceps colere inciperent. *Stulti*, inquiebant chriſtiani [b], *qui ignorant, nos nec Chriſtum vmquam poſſe relinquere, qui pro ſalute omnium, quotquot ex genere humano ſalui futuri ſint, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim vtpote filium Dei adoramus: Martyres vero, tamquam diſcipulos & imitatores domini, merito amore proſequimur, ob eximiam eorum beneuolentiam, quam erga regem ac magiſtrum ſuum declararunt. Quorum nos quoque conſortes ac condiſcipulos fieri omnibus modis optamus.* Narrant deinde centurionem, animaduerſa iudæorum pertinacia, corpus in

(a) Ibid. num. LXII.

(b) Acta Polycarpi ap. Euſeb. lib. IV. cap. XV. ὑπέβαλον γοῦν τινες Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα· μή, φησίν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβειν· καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυσάντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν· τοῦτον μὲν γὰρ υἱὸν ὄντα τοῦ θεοῦ προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας ὡς μαθητὰς τοῦ κυρίου καὶ μιμητὰς ἀγαπῶμεν ἀξίως ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι. ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατοντάρχης τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν· οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν· ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τῶν προηθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

medio

medio collocatum concremasse, atque ita se demum ossa illius, gemmis pretiosissimis cariora & quouis auro puriora, colligentes, vbi docuerit, condidisse: eoque in loco propositum sibi esse, si Deus concesserit, conuenire & natalem eius martyrii diem cum hilaritate & gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioso certamine perfuncti sint, tum ad posteros huiusmodi exemplo erudiendos & confirmandos. Vnum adhuc testimonium adiiciam ex AVGVSTINO, vbi pias quasdam obseruationes in ante memoratorum *Fructuosi* & *Eulogii* passiones facit. Eiusdem responsi meminit, iudici *Romano* ab *Eulogio* diacono dati, de quo loquuntur acta: Quod scilicet iudici roganti, *Num quid & tu Fructuosum colis?* regesserit, *Ego non colo Fructuosum, sed Deum colo, quem colit & Fructuosus.* Quam in rem AVGVSTINVS hanc habet animaduersionem: „Hoc modo nos admonuit [c], vt martyres honoremus, & „cum martyribus Deum colamus. Neque enim tales esse de„bemus, quales paganos dolemus. Et quidem illi mortuos „homines colunt. Illi quippe omnes, quorum nomina audi„tis, quibus templa constructa sunt, homines fuerunt; & in „rebus humanis habuerunt plerique eorum & pene omnes re„giam potestatem. Auditis *Iouem*, auditis *Herculem*, auditis „*Neptunum*, auditis *Plutonem*, *Mercurium*, *Liberum* & ceteros: ho„mines fuerunt. Non ista solum in fabulis poëtarum, sed et„iam in historia gentium declarantur. Qui legerunt, noue„runt: qui non legerunt, credant eis, qui legerunt. Illi er„go homines beneficiis quibusdam temporalibus res humanas „sibi conciliauerunt, & ab hominibus vanis & vana sectanti„bus ita coli cœperunt, vt dii vocarentur, dii haberentur, „tamquam diis templa ædificarentur, tamquam diis supplica„retur, tamquam diis aræ constituerentur, tamquam diis sacer„dotes ordinarentur, tamquam diis victimæ immolarentur. „Templum autem solus Deus verus habere debet, sacrificium „soli Deo vero offerri debet„. Et aliquanto post de martyri-

(c) Augustin. serm. CI. de diuersis. p. 571. (tom. V. p. 1106. edit. Paris. num. 3. 4. 7.)

bus libere profitetur, quod eos pro diis non habeant, nec tamquam deos colant. „Non eis templa, inquit, non eis al-„taria, non sacrificia exhibemus. Non eis sacerdotes offe-„runt: absit. Deo præstantur. Immo Deo ista offeruntur, a „quo nobis cuncta præstantur. Etiam apud memorias sancto-„rum martyrum, quum offerimus, nonne Deo offerimus? - - „Quando audistis dici apud memoriam sancti *Theogenis*, a me „vel ab aliquo fratre & collega meo, vel aliquo presbytero, „Offero tibi, sancte *Theogenis*? aut, Offero tibi, *Petre*? aut, „Offero tibi, *Paule*? Numquam audistis. Non fit: non licet. „Et si dicatur tibi, Numquid tu *Petrum* colis? responde quod „de *Fructuoso* respondit *Eulogius*: Ego *Petrum* non colo, sed De-„um colo, quem colit & *Petrus*„. Deinde exemplum adfert *Pauli* & *Barnabæ*, cultum religiosum in *Lycaonia* a ciuibus istius regionis sibi oblatum recusantium, nec non exemplum angeli, *Ioannem* se adoraturum prohibentis Deumque adorare præcipientis. Quibus dictis hæc digna notatu verba, tum contra eos, qui conuiuia ad sepulchra martyrum instituebant, tum contra illos, qui martyres adorabant, subiicit [*d*]. „Oderunt „martyres lagenas vestras, oderunt sartagines vestras. Sine in-„iuria eorum dico, qui tales non sunt: illi ad se referant, qui „talia faciunt: oderunt ista martyres, non amant talia facien-„tes. Sed multo plus oderunt, si colantur„. Hæc planissime demonstrant, nullum religiosum cultum martyribus exhibitum esse ab ecclesia tempore *Augustini*: Verum rudes quidam & superstitiosi homines cæco zelo abrepti, hasce res martyribus honori esse arbitrabantur, quæ tum ipsis tum ecclesiæ erant dedecori, Deoque & martyribus displicebant: quibus maximo, qui eis tribui poterat, honori erat, si, qui superstites erant, reliquias eorum in sepulchro quiete deponerent, eorumque ad tumulos, ad collaudandum Deum pro præclaris eorum factis & victoriis reportatis de diaboli terroribus, coirent atque ex istorum exemplis ad pietatem & constantiam in fide sese exci-

(*d*) August. ibid. p. 572. (pag. 1108. n. 8. cit. edit. monachor. Benedict.)

ta-

tarent. De aliis honoribus erga mortuos antiqua ecclesia novit nihil; certe nullos approbauit vel confirmauit: sed eos corrigere & reprimere studuit, vbicumque apparerent, vtpote qui nimis prope accederent similitudine ad stoliditates & superstitiones gentilium, quorum dii non nisi mortui homines erant, dii facti consecratione sui & adoratione, sine vllo fundamento in natura. Natura enim non erant dii. Atque hoc maius omni contradictione argumentum est, quo veteres adversus illos vsi sunt; quo de plura diximus & hoc loco & alibi [*], atque ita huic dissertationi de modo tractandi mortuos in antiqua ecclesia, finem imponimus.

IAM vniuersum veteris ecclesiæ statum contemplatus, diversasque publicæ adorationis partes & diuini cultus officia interpretatus sum. Quod magnam partem proposito consilioque respondet, quod, quum ad hoc opus adgrederer, susceperam. Alius adhuc liber de ritibus miscellaneis addi poterat: At enim vero, quando viginti annos in hoc opere elaboraui, iterum ac sæpius corporis imbecillitate tentatus: quæ res difficilem laborem homini infirma valetudine iam minus iucundum facit; & quum res ipsæ non magni momenti sint: malo opus integrum & absolutum cum pleno indice lectoribus tradere, quam nimia adfectando id imperfectum relinquere: quod nec mihi ipsi nec aliis probaretur. Laudo DEVM pro summa ipsius bonitate & gratia, quæ mihi hoc dedit & concessit, vt vniuersum opus lætus atque alacer perfecerim. Gratias ago hominibus pro patientia, qua vsi sunt, & laboris mei approbatione. Gratias ago & habeo præcipue patronis & fautoribus, quas debeo maximas, quod mihi in hoc opere præsto fuerunt & addiderunt calcar. Neminem reprehendo, quod mihi defuerit, neminem, qui vniuersum opus, vel

(*) Lib. XIII. cap. III. vol. V. p. 68. seqq.

aliquam eius partem improbet. Habent forte rationes, mihi ignotas nec vmquam inueſtigandas. Spero tamen, opus quodam modo vtile fore tum iis, qui nunc viuunt, tum illis, qui poſt nos victuri ſunt: quemadmodum doctus quidam præſul mihi aliquando, approbationem teſtando ſuam meque ad pergendum excitando, futurum adfirmabat, *Seris*, inquiens, *arbores, alteri ſæculo profuturas.* Quod ſi ita eſt, metam meam contigi: Cedant omnia in eccleſiæ emolumentum & in diuini numinis gloriam!



IN-

INDEX PRIMVS RERVM.

Numerus *primus* librum, *secundus* caput, *tertius* paragraphum denotat.

A.

In

Aſco-

Bia-

C.

Cali-

Canon.

Clinici.

Auri-

Confirmatio.

Coniugium.

Consanguinitas.

Consecratio.

Consistentes.

Consistorium.

Consobrini.

Constantinus magnus.

Ethni-

De-

Gen-

Ephpha-

Esseni.

Εὐχὴ

Fores.

In

Edicta

Inde-

Chri-

Κρα-

Leo

Pri-

Anti-

Ordo.

Palla.

Parentes.

Parochia siue *Parœcia.*

Parricidium.

Paruuli vid. *Infantes.*

Pascentes.

Pascha.

Phi-

Pœni-

Et

Tem-

Προε-

Ψηφά-

Sacri-

Sacrificati.

Sacrificium.

Sacrilegium.

Sæculum.

Salmaſius.

Saltatio.

Salus.

Salutatio.

Manu-

Et

Tra-

Tura.



INDEX

INDEX SECVNDVS AVCTORVM.

Not. 1. Allegationes fiunt vt plurimum secundum editiones Binghamianas.

2. Si qua editio in hac versione latina adhibita fuit, diuersa ab illa, qua vsus est cl. Auctor, ea in parenthesi ( ) indicatur.

Flor. an.

A.

Notæ

ALGE-

Fl. an.

De

Ano-

Fl. an.

ANONYMVS.

Breuiarium fidei, edit. a *Sirmondo*. Vol. 4. p. 408.

ANONYMVS.

De Francis. Apud *Combefisium* histor. Monothelitar. Vol. 9. p. 63.

ANONYMVS.

De hæresi Prædestinatorum, edit. a *Sirmondo* cum censura *Auræi*. *Paris.* 1645. 8uo. Vol. 4. p. 156.

ANSEGISVS ABBAS.

Capitularia *Caroli Magni*. *Paris.* 1640. 8uo. Vid. CAROLVS MAGNVS.

160. ANTIOCHVS.

In bibliothec. patr. græc. latin. tom. I. *Paris.* 1624. *fol.*

Homilia 7. de ieiunio. Vol. 3. p. 4.

Homilia 19. de fornicatione. Vol. 5. p. 17.

160. ANTONINVS IMPERATOR.

Opera, cum commentar. *Gatakeri* græc. latin. *Cantabr.* 1652. 4to. (*Traiecti* ad *Rhenum* 1697. *fol.*) Vol. 10. p. 93.

ANTONINVS.

Iter Britanniarum, cum notis *Thom. Gale*. *Lond.* 1709. 4to. Vol. 3. p. 558.

1446. ANTONINVS FLORENTINVS.

Chronicon, 3 vol. *Lugd.* 1586. Vol. 6. p. 387.

389. ANVLINVS.

Epistola ad Constantinum. Apud *Augustin.* epist. 68. Vol. 2. p. 254.

APOLLONIVS.

Contra Montanistas. Apud *Eusebium*. Vol. 5. p. 81. Vol. 9. p. 210. 263. 280.

APVLEIVS.

Opera, *Lugdun. Batauor.* 1623. 12mo. (*Lugdun.* 1596. 12mo.)

De asino aureo. Vol. 9. p. 294. 296.

1250. THOMAS AQVINAS.

Summa theologiæ. *Colon.* 1603. *fol.* (*Paris.* 1622.) Vol. 2. p. 4. Vol. 3. p. 275. Vol. 7. p. 501.

Opuscula. *Venetiis* 1596. (*Venetiis* 1490. 4to.) Vol. 8. p. 214.

Fl. an.

Con-

Fl. an.

Tom. 2.

Homi-

Conf.

Fl. an.

Tom. 2.

Fl. an

Epi-

Fl. an.

Fl. an.

Quæ-

Fl. an.

Fl. an.

Tom. 5.

Lib.

Fl. an.

Contra

Fl. an.

Fl. an.

Tom. 8.

Fl. an.

Tom. 9.

Fl. an.

Tom. 10.

Hom.

Hl. an

Co

Tom.

Fl. an.

Tom. 7.

Ad ann. 522. Vol. 3. p. 459. - ann. 528. Vol. 6. p. 369.
ann. 535 Vol 7. p. 158. - ann. 544. Vol. 9. p. 174.
ann. 572. Vol. 7. p. 317.

Tom. 8.

Ad ann. 648. Vol. 6. p. 487. - ann. 680. Vol. 7. p. 171.
ann. 694. Vol. 6. p. 389.

Tom. 10.

Ad ann. 865. Vol. 3. p. 283. - ann. 867. Vol. 6. p. 263.
ann. 869. Vol. 2. p. 169. - ann. 968. Vol. 3. p. 285.
ann. 969. Vol. 6. p. 488.

Tom. 11.

Ad ann. 1057. Vol. 1. p. 201.

Tom. 12.

Ad ann. 1195. Vol. 3. p. 456.

Notæ ad martyrologium Romanum. *Colon.* 1603. 4*to*. Vol. 3. p. 463.

ISAAC BARROW.

Of the Pope's Supremacy and Unity of the Church, among his Works, 3 Vol. *Lond.* 1687. *fol.* (Edit. German. *Lipſ.* 1623. 4*to.*) Vol. 7 p. 54. 145.

370. BASILIVS CAESARIENSIS.

Opera græc. lat. *Pariſ.* 1638. *fol.*

Tom. 1.

In hexaëmeron homilia 2. Vol. 6. p. 132.
7. Vol. 6. p. 132. Vol. 9. p. 352.
9. Vol. 6. p. 132.

Procœmium in pſalm. Vol. 5. p. 89.

In pſalmum 14. Vol. 2. p. 321. Vol. 7. p. 358. 363. 381.
28. Vol. 5. p. 90. - Pſ. 37. Vol 8. p. 133.
45. Vol. 7. p. 254. - Pſ. 46. Vol. 4. p. 228.
48. Vol. 1. p. 9. - Pſ. 59. Vol. 5. p. 90. -
115. Vol. 5. p. 20.

De ieiunio. homil. 1. Vol. 6 p. 513. Vol. 9. p. 213.
2. Vol. 9. p. 189.

Fl. an.

Fl. an.

Hiſto-

Fl. an.

Historia ecclesiastica gentis Anglorum cum notis *Abrah. Wheeloci. Cantabr.* 1643. *fol.*

Lib. 1. cap. 27. Vol. 7. p. 53. 425.
cap. 29. Vol. 3. p. 560.
cap. 30. Vol. 3. p. 169. 335. Vol. 9. p. 164.
Lib. 2. cap. 2. Vol. 3. p. 35. 60. 399. 559.
cap. 4. Vol. 3. p. 169. - cap. 9. Vol. 3. p. 608.
cap. 16. Vol. 3. p. 558.
Lib. 3. cap. 4. Vol. 1. p. 103. Vol. 3. p. 36. 69. 132. 160. 554. 555.
cap. 25. Vol. 3. p. 160.
Lib. 4. cap. 5. Vol. 3. p. 70. 560. 597.
cap. 12. Vol. 3. p. 561. - cap. 18. Vol. 3. p. 561.
cap. 27. Vol. 2. p. 295.
Lib. 5. cap. 8. Vol. 3. p. 597.

ROBERTVS BELLARMINVS.

De controuersiis christianæ fidei. 3 vol. *Ingolstadii* 1590. & *Paris.* 1620. *fol.* (4 tom. *Colon.* 1615. *fol.*)

Tom. 1. (edit. *Colon.*)

De verbo Dei non scripto. Lib. 4. cap. 3. Vol. 2. p. 180.

Tom. 2.

De conciliis. Lib. 1. cap. 15. Vol. 1. p. 282.
De clericis. Lib. 1. cap. 7. Vol. 2. p. 91.
cap. 11. Vol. 1. p. 287. Vol. 2. p. 38.
cap. 16. Vol. 1. p. 294.
cap. 17. Vol. 1. p. 192.
cap. 25. Vol. 2. p. 283.
cap. 28. Vol. 2. p. 228.
De monachis. Lib. 2. cap. 6. Vol. 3. p. 90.
cap. 38. Vol. 3. p. 47.
cap. 40. Vol. 2. p. 414.
De beatitudine sanctorum. Lib. 1. cap. 13. Vol. 5. p. 35.
De imaginibus. Lib. 2. cap. 9. Vol. 3. p. 299.

Tom. 3.

De eucharistia. Lib. 4. cap. 4. Vol. 6. p. 432. Vol. 8. p. 10. 24.
De missa. Lib. 2. cap. 9. Vol. 6. p. 379.

Fl. an.

In concilium Trullanum.

Can. 36. Vol. 1. p. 264. Vol. 3. p. 567.

Can. 74. Vol. 6. p. 516.

Codex canonum vindicatus. In appendice ad *Cotelerii* patres apostolicos. Tom. 2. *Antwerp.* 1698. *fol.* (*Amstelodam.* 1697. 4to.)

Lib. 2. cap. 2. Vol. 3. p. 244. - cap. 5. Vol. 1. p. 204.

Lib. 3. cap. 5. Vol. 1. p. 3.

cap. 7. Vol. 9. p. 181. - cap. 10. Vol. 9. p. 257.

THEODORVS BEZA.

Adnotationes in Nouum Testamentum. *Geneu.* 1582. *fol.*

In acta apostolorum. Vol. 10. p. 46.

In 1 ad Cor. 14. Vol. 6. p. 123.

Epistolæ Theologicæ. *Geneuæ* 1573. 8uo.

Epistol. 2. ad Thomam Tilium. Vol. 4. p. 163.

BIBLIOTHECA PATRVM LATINA.

Vol. 27. *Paris.* 1654. (*Lugdun.* 1677.) *Vid.* ALCIMVS AVITVS, AMALARIVS, aliique complures.

BIBLIOTHECA PATRVM GRAECO-LATINA.

Per *Fronton. Ducæum.* 2 vol. *Paris.* 1624. Vid. COMBEFISIVS.

Not. Quum auctores, qui ex vtraque hac bibliotheca allegantur, suo quisque loco & ordine occurrant, superuacaneum esse ratus sum, heic paginas, ad quas in decem huius operis voluminibus citantur, adscribere. Idem de aliis huiusmodi collectionibus, e. g. de tomis conciliorum, obseruandum.

BIBLIOTHECA IVRIS CANONICI. Vid. IVSTELLVS.

IACOBVS BILLIVS.

Scholia in Nazianzeni opera. 1583. Vol. 1. p. 117.

IOSEPHVS BINGHAMVS.

French Churches Apology for the Church of England. *Oxford.* Vol. 4. p. 211. Vol. 6. p. 590.

Scholastical History of Lay-*Baptism*, Vol. 4. p. 139. 148. 183. 255. 355. 368. Vol. 6. p. 391. Vol. 7. p. 28. 30. 62. 301. 307. 328. Vol. 8. p. 13. 18. 22. 221. 233.

SEVE-

Fl. an.

cap.

Fl. an.

- - - cap. 25. Vol. 1. p. 308. 358. Vol. 2. p. 3. 13. 18. 21. 23. 29. 39. Vol. 3. p. 240. 244. 245. 276. Vol. 6. p. 306.

Lib. 2. cap. 1. Vol. 6. p. 233.

cap. 3. Vol. 6. p. 33. 103. 104.

cap. 5. Vol. 6. p. 156. 239. 296. 297. 384.

cap. 6. Vol. 3. p. 193. Vol. 6. p. 44.

cap. 7. Vol. 6. p. 75. 82.

cap. 8. Vol. 1. p. 302. Vol. 4. p. 112. Vol. 6. p. 263.

cap. 12. Vol. 6. p. 223. 347.

cap. 13. Vol. 6. p. 368. 464. 467.

cap. 15. Vol. 6. p. 371. - cap. 16. Vol. 6. p. 362.

cap. 17. Vol. 6. p. 416. 418. 426. 447. 451. 477. 482. 588. Vol. 7. p. 125.

cap. 18. Vol. 6. p. 431. 433. 434. 437. 440. 442.

cap. 19. Vol. 6. p. 394. 397. 420. 433. Vol. 8. p. 11. 26. 29.

cap. 20. Vol. 6. p. 498.

In appendice rer. liturgic. Vol. 8. p. 214.

De psalmodia. *Paris.* 1663. 4to. (In operibus *Antwerpiæ* 1723. *fol.*)

Cap. 11. Vol. 5. p. 304.

Cap. 16. Vol. 4. p. 114. Vol. 6. p. 16. 43.

EDVARDVS BREREWOODVS.

Patriarchal Government of the ancient Church. *Lond.* 1587. 8*uo.* Vol. 1. p. 239. 257. 258. Vol. 3. p. 390. 392. 399. 409.

Enquiries about the diversity of Languages &c. *Lond.* 1635. 4*to.* Vol 1. p. 263 456. Vol. 6. p. 399.

De ponderibus & pretiis nummorum Apud *Walton.* in prolegomenis ad biblia polyglotta. Vol. 1. p. 201.

BREVIARIVM FIDEI.

Apud *Iacobum Sirmondum.* Vol. 4. p. 408.

BREVIARIVM ROMANVM:

Paris. 1509. (*Colon.* 1628. 8*uo.*) Vol. 6. p. 53. 55.

BARNABAS BRISSONIVS.

De formulis & sollemnibus populi Romani verbis. *Paris.* 1583. Vol 5. p. 128. 251. Vol. 6. p. 235.

Fl. an.

IOANNES CABASSVTIVS.

Notitia conciliorum & canonum. *Lugdun.* 1670. 8*uo.* (*Venetiis* 1703. 8*uo.*) Vol. 1. p. 192. 291. 346. (Vid. hæc loca exſcripta ad calcem Vol. 2. p. 446. 447.) Vol. 2. p. 16. 39. 93. 94. 398.

423. CAELESTINVS PAPA.

Epiſtolæ decretales. Apud *Iuſtellum*; *Crab.* & *Labbeum* in tomis conciliorum.

Epiſtola ad Gallos. Vol. 6. p. 354. 355.

ad epiſc. Narbon. Vol. 1. p. 147. Vol. 2. p. 97. 421.

ad Neſtorium. Vol. 7. p. 81.

IVLIVS CAESAR.

De bello gallico. (Cum notis *Chriſtoph. Cellarii. Halæ Magdeb.* 1705. 8*uo.*) Vol. 9. p. 271.

500. CAESARIVS ARELATENSIS.

Homiliæ. In bibliothec. patr. tom. 2. (tom. 8. edit. *Lugdun.* 1677.)

Homilia 6. de paſcha. Vol. 4. p. 320.

8. in verba: *Cuius opus manſerit* &c. Vol. 6. p. 310.

33. de ſermonibus otioſis. Vol. 5. p. 25.

34. de genibus flectendis. Vol. 5. p. 260. Vol. 6. p. 202. 245.

De non recedendo ab eccleſia. Apud *Mabillonium.* Vol. 6. p. 61.

Vita eius. Apud *Surium.* Vol. 2. p. 34.

CAESARIVS NAZIANZENVS.

Dialogi. In biblioth. patr. tom. 5. edit. *Lugdun.* 1677. Vol. 6. p. 272.

THOMAS CAIETANVS.

Commentarius in libros hiſtoricos vet. teſtam. Vol. 6. p. 96.

In Thom. Aquinatis ſummulam. Vol. 3. p. 275.

CAIVS ROMANVS.

Aduerſus Proclum patronum ſectæ Cataphrygarum. Apud Euſeb. lib. 2. c. 25. Vol. 3. p. 132. Vol. 9. p. 154.

IOANNES CALVINVS.

Opera, 9 vol. *Amſtelod.* 1667. *fol.*

Inſtitutiones. Vol 6. p. 589.

Epiſtola de quibuſdam eccleſiæ ritibus. Vol. 6. p. 589. Vol. 8. p. 249. 275.

Fl. an.

Fl. an.

Can. 53. Vol. 2. p. 412. Vol. 7. p. 415. Vol. 8. p. 80. 96.
Can. 58. Vol. 1. p. 86. Vol. 6. p. 111. Vol. 8. p. 66.
Can. 60. Vol. 8. p. 79. - Can. 61. Vol. 2. p. 126.
Can. 62. Vol. 8. p. 79. - Can. 63. Vol. 8. p. 81.
Can. 64. Vol. 7. p. 46. 377. Vol. 9. p. 38. 58.
Can. 65. Vol. 7. p. 294. - Can. 66. Vol. 7. p. 403.
Can. 67. Vol. 2. p. 194. Vol. 7. p. 440. - Can. 68. Vol. 8. p. 77.
Can. 69. Vol. 2. p. 6. Vol. 8. p. 83. 98. Vol. 9. p. 209. 257.
Can. 70. Vol. 2. p. 411. Vol. 7. p. 274.
Can. 71. Vol. 7. p. 222. - Can. 72. Vol. 7. p. 223. 310.
Can. 73. Vol. 1. p. 223. Vol. 7. p. 310.
Can. 74. Vol. 2. p. 210. Vol. 7. p. 165.
Can. 75. Vol. 7. p. 297. - Can. 76. Vol. 8. p. 61. 100.
Can. 80. Vol. 1. p. 155. - Can. 83. Vol. 2. p. 401. Vol. 8. p. 70.
Can. 85. Vol. 4. p. 126. - Can. 86. 87. Vol. 2. p. 132.

1310. PETRVS CANTOR.

De verbo mirifico. Apud *Hug. Menard.* in sacramentar. *Gregorii.* Vol. 2. p. 5.

Verbum abbreuiatum. Apud *Bonam* de rebus liturgicis. Vol. 6. p. 386. 387. 388.

MELCHIOR CANVS.

Loci theologici, & de sacramentis. *Colon.* 1685. 8*uo.*
Lib. 3. cap. 5. Vol. 9. p. 178.
Lib. 11. cap. 6. Vol. 6. p. 162.

IVLIVS CAPITOLINVS.

Vita Antonini philosophi. Vol. 7. p. 456. Vol. 9. p. 4. Vol. 10. p. 5. 26.

BARTHOLOMAEVS CARRANZA.

Summa conciliorum. *Louan.* 1681. 4*to.* Vol. 1. p. 218. Vol. 2. p. 274.

CARLETONVS.

Divine Right of Tithes. *Lond.* 1606. 4*to.* Vol. 2. p. 283. 285.

768. CAROLVS MAGNVS.

Capitularia. Apud *Lindebrogium* in codice legum antiquarum, & apud *Ansegisum* abbatem & *Baluzium.* Vol. 1. p. 147. Vol. 3. p. 286. Vol. 5. p. 28. Vol. 7. p. 167. 256. 260. Vol. 9. p. 339. Vol. 10. p. 19.

cap.

Fl. an.

MAR-

cap.

Fl. an.

- - cap. 8. Vol. 1. p. 193. Vol. 4. p. 15. Vol 8. p. 109.
cap. 10. Vol. 3. p. 255. Vol. 4. p. 249. 266. 309. Vol. 9.
cap. 11. Vol 5. p. 301. Vol. 6. p. 507. (p. 121.
Lib. 2. cap. 1. Vol. 7. p. 354.
cap. 2. Vol. 6 p. 353. - cap. 5. Vol. 7. p. 163. 203.

Government of the ancient Church by Bishops, Metropolitans and Patriarchs. *Lond.* 1683. *8vo.* Vol. 1. p. 205. 236. 238. 241. 248. Vol. 3. p. 388. 391. 395. 397. 399. 411.

CAWDREY.

Discourse of Patronage. *Lond.* -- 4to. Vol. 2. p. 295.

1057. GEORGIVS CEDRENVS.

Annales græco-latini, cum notis *Xylandri*. *Basil.* 1566. *fol.* Vol. 3. p. 173. 294. Vol. 6. p. 4. Vol. 9. p. 173.

LVDOVICVS CELLOTIVS.

Notæ in capitula *Gualtheri Aurelianensis*. In concil. tom. 8. p. 649. Vol. 1. p. 282. Vol. 5. p. 27.

CENTVRIAE MAGDEBVRGENSES.

Basil. 1624. *fol.* 3 vol.
Centur. 2. Vol. 4. p. 162. - Centur. 3. Vol. 5. p. 143.

250. CELERINVS.

Epistola ad Cyprianum. Vol. 1. p. 284.

DANIEL CHAMIERIVS.

Panstratia catholica 3 vol. *Geneuæ* 1626. *fol.*
De canone. lib. 4. cap. 6. Vol. 6. p. 87.
De eucharistia. lib. 7. cap. 9. Vol. 6. p. 370.
cap. 11. Vol. 6. p. 372. 373.
lib. 8. cap. 7. Vol. 6. p. 432.
lib. 9. cap. 3. Vol. 8. p. 13.
lib. 11. cap. 2. Vol. 6. p. 463.
De ieiuniis. lib. 17. cap. 7. Vol. 9. p. 178.

CHARISIVS GRAMMATICVS.

In corpore auctorum linguæ latinæ. *Geneuæ* 1622. 4to. Vol. 7. p. 455.

CHRONICON ALEXANDRINVM, alias PASCHALE.
Vid. supra sub litt. A.

Fl. an.

Homil.

Fl. an.

In

Fl. an.

Ho-

Fl. an.

Ho-

Ho-

Fl. an.

Homilia 82. Vol. 5. p. 250. Vol. 6. p. 322. 496. Vol. 7. p. 139. 474.
Homilia 83. Vol. 6. p. 272. 273. 532. Vol. 7. p. 413.

(Opus imperfectum in euangelium Matthæi vulgo CHRYSOSTOMO attributum.

Homil. 2. Vol. 9. p. 156. - Hom. 39. Vol. 7. p. 497.
Homil. 44. Vol. 2 p. 287. - Hom. 48. Vol. 1. p. 27.)

In Ioannem.

Præfatio Vol. 5. p. 219.
Homilia 1. Vol. 5. p. 92. - Hom. 10 Vol. 6. p. 69.
Homil. 24. Vol. 6. p. 336. Vol. 10. p. 82.
Homil. 25. Vol. 4. p. 330. - Hom. 42. 44. Vol. 5. p. 220.
Homil. 61. Vol. 5. p. 220. Vol. 10. p. 68.
Homil. 72. Vol. 3. p. 180. Vol. 6. p. 254.
Homil. 77. Vol. 5. p. 220. Vol. 6. p. 300.

In acta apostolorum.

Homilia 4. Vol. 9. p. 273.
Homil. 18. Vol. 5. p. 305. 346. Vol. 6. p. 265.
Homil. 19. Vol. 5. p. 220. Vol. 6. p. 334.
Homil. 21. Vol. 5. p. 221. - Hom. 23. Vol. 1. p. 8.
Homil. 24. Vol. 1. p. 318. Vol. 5. p. 221.
Homil. 30. Vol. 2. p. 305. Vol. 6. p. 190. 195.
Homil. 37. Vol. 6. p. 326.

In epistolam ad Romanos.

Homilia 7. Vol. 5. p. 221. - Hom. 14. Vol. 5. p. 222.
Homil. 16. Vol. 3. p. 287. - Hom. 24. Vol. 6. p. 59.
Homil. 29. Vol. 5. p. 19.

In epistol. 1. ad Corinthios.

Homil. 2. Vol. 1. p. 311. - Hom. 3. Vol. 4. p. 51.
Homil. 14. Vol. 6. p. 371. - Hom. 15. Vol. 7. p. 110.
Homil. 24. Vol. 5. p. 223 Vol. 6. p. 318. 548.
Homil. 26. Vol. 5. p. 266. 273.
Homil. 27. Vol. 6. p. 505. 512. 567. Vol. 10. p. 69.
Homil 28. Vol. 6. p. 537. Hom. 30. Vol. 5. p. 331.
Homil. 35. Vol. 1. p. 47. Vol. 5. p. 223. Vol. 6. p. 358. Vol. 7. p. 314.
Homil. 36. Vol. 5. p. 223. 224. Vol. 6. p. 14. 19. 77. 155. 295.

Fl. an.

Ho-

Fl. an.

Fl. an.

Ex editione *Henrici Sauilii. Eton.* 1613. 8 vol. *fol.*

Ex tomo 1.

In psalm. 9. (ita corrigendum). Vol. 4. p. 228.

Ex tomo 4.

In acta apostolorum.
Homil. 1. Vol. 4. p. 256. Vol. 5. p. 18.
Homil. 21. Vol. 6. p. 334. - Hom. 46. Vol. 4. p. 125.

Ex tomo 5.

Homil. 57. In illud, Eumdem habentes spiritum. Vol. 5 p. 180.
Homil. 63. De sancto Babyla. Vol. 1. p. 17.
Homil. 78. In hebdomadem magnam. Vol. 9. p. 113.
Homil. 116. De pascha. Vol. 10. p. 49.
Homil. 123. In illud, Si voluntario peccauerimus. Vol. 3. p. 235. Vol. 6. p. 367.

Ex tomo 6.

Oratio 1. ad Stagyrium. Vol. 8. p. 184.
Homil. 5. de pœnitentia. Vol. 6. p. 310.

Ex tomo 7.

Oratio 11. In illud, Quidcumque ligaueritis. Vol. 6. p. 546.
Oratio 17. De fide. Vol. 4. p. 340.
Oratio 63. In adscensionem Christi. Vol. 9. p. 126.
Oratio 85. De paschate. Vol. 9. p. 108.
In psalmum 110. Vol. 4. p. 228.

Ex latine editis.

Homil. 5. De resurrectione. Vol. 6. p. 574.
Homil. 6. De pœnitentia. Vol. 6. p. 497. Vol. 8. p. 131.

Homil. In illud, Attendite, ne eleemosynam faciatis. Apud *Albertin.* de eucharistia p. 432. Vol. 6. p. 471.
Homil. De laudibus euangelii. Apud *Habertum* in archieratico p. 79. Vol. 1. p. 168.
Epistola ad Cæsarium. Apud *Albertinum* loc. cit. p. 532. Vol. 6. p. 453.

DAVID CHYTRAEVS.

De statu ecclesiarum in Græcia, Asia &c. *Francof.* 1583. *fol.* Vol. 1. p. 263.

MAR-

Fl. an.

MARCVS TVLLIVS CICERO.

Opera. *Geneuæ* 1646 (*Lugdun. Batauor.* 1692. 4to.)
Pro Sexto Roſcio Amerino. Vol. 7. p. 508.
In Verrem. Vol. 2. p. 286. Vol. 9. p. 4.
In Catilinam. Vol. 2. p. 422.
Quæſtiones Tuſculanæ. Vol. 10. p. 93.
De legibus. Vol. 10. p. 4.

1160. IOANNES CINNAMVS.

Hiſtoria græc. latin. cum notis *Iacobi Du Freſne. Pariſ.* 1670. *fol.* Vol. 3. p. 164.

CLAGET.

Of the Unity of the Church. *Lond.* 1693. 8*uo*. Vol. 7. p. 2.

192. CLEMENS ALEXANDRINVS.

Opera græc. latin *Pariſ.* 1641. Item *Oxonii* 1715. *fol.*
Cohortatio ad gentes. Vol. 5. p. 39. 82. Vol. 7. p. 212.
Pædagog. lib. 1. cap. 6. Vol. 4. p. 143. 391.
lib. 2. cap. 1. Vol 6. p. 505.
cap. 2. Vol. 6. p. 322.
cap. 4. Vol. 3. p. 277.
cap. 8 Vol. 10. p. 58.
lib. 3. cap. 11. Vol. 6. p. 301. Vol. 8. p. 210.
cap. 12. Vol. 1. p. 59. Vol. 5. p. 39. 60.
Stromat. lib. 1. cap. 1. Vol. 6. p. 370. 438. 574.
cap. 11. Vol. 1. p. 4.
cap. 20. Vol. 6. p. 273.
cap. 21. Vol. 9. p. 66.
lib. 2. cap. 11. Vol. 1. p. 4.
cap. 12. Vol. 7. p. 6.
cap. 20. Vol. 9. p. 267.
cap. 23. Vol. 9. p. 350.
lib. 3. cap. 2. Vol. 9. p. 270. 273.
cap. 4. Vol. 9. p. 268.
cap. 6. Vol. 2. p. 159.
cap. 9. Vol. 9. p. 276.
lib. 4. cap. 13. Vol. 1. p. 28.

IOAN-

Fl. an.

564. IOANNES CLIMACVS.

Opera græc. latin. *Parif.* 1633. *fol.* Vol. 3. p. 282.

PHILIPPVS CLVVERIVS.

Italia vetus. *Lugdun. Batau.* 1622. *fol.* (Ibid. 1624. *fol.*) Vol. 3. p. 168. 507. 510. 512. 515. 516. 518.

CODEX CANONVM ECCLESIAE VNIVERSAE.

Apud *Iuſtellum.* Vol. 3. p. 413. Vol. 4. p. 158.

CODEX CANONVM ECCLESIAE AFRICANAE.

Apud *Iuſtellum* & tom. 2. conciliorum.

Can. 3. Vol. 5. p. 191. - Can. 6. Vol. 3. p. 102.
Can. 18. Vol. 2. p. 168. Vol. 4. p. 186. Vol. 6. p 425.
Can. 33. Vol. 3. p. 139.
Can. 37. Vol. 2. p. 289. Vol. 4. p. 391. Vol. 6. p. 260.
Can. 42. Vol. 3. p. 336. - Can. 43. Vol. 8. p. 207.
Can. 45. Vol. 4. p. 215. - Can. 47. Vol. 7. p. 305.
Can. 48. Vol. 2. p. 138. Vol. 4. p. 408. Vol. 7. p. 64. 330.
Can. 53. Vol. 3. p. 139. Vol. 7. p. 65.
Can. 55. Vol. 2. p. 174. - Can. 56. Vol. 3. p. 139.
Can. 57. Vol. 7. p. 305. Vol. 8. p. 225.
Can. 58. Vol. 2. p. 138. Vol. 3. p. 167.
Can. 59. Vol. 2. p. 214. - Can. 60. Vol. 7. p. 225.
Can. 61. Vol. 7. p. 379. Vol. 9. p. 35.
Can. 67. Vol. 7. p. 65. - Can. 68. Vol. 2. p. 198.
Can. 72. Vol. 4. p. 211. 403. - Can. 75. Vol. 2. p. 59. 64.
Can. 77. Vol. 8. p. 103. - Can. 78. Vol. 3. p. 418.
Can. 80. Vol. 3. p. 28. - Can. 81. Vol. 7. p. 171.
Can. 84. Vol. 1. p. 157. 212. - Can. 86. Vol. 1. p. 212. 214.
Can. 90. Vol. 1. p. 210. 213. - Can. 91. Vol. 1. p. 296.
Can. 93. Vol. 7. p. 65. 331. - Can. 100. Vol. 1. p. 210. 213.
Can. 103. Vol. 6. p. 248. - Can. 115. Vol. 5. p. 243.
Can. 117. 118. Vol. 3. p. 411. - Can. 119. Vol. 3. p. 138. 411.
Can. 123. Vol. 3. p. 139. 411. - Can. 128. Vol. 7. p. 297.
Can. 129. Vol. 7. p. 297. - Can. 132. 133. Vol. 7. p. 166.
Can. 135. Vol. 7. p. 51.

CODEX

Ora-

cap.

Fl. an.

- - cap. 28. Vol. 1. p. 308. 316. 355. Vol. 2. p. 185.
cap. 31. Vol. 6. p. 501.
cap. 32. Vol. 4. p. 8. 219. 220. 223. 225. 226. 229. 232. 233. 234.
Vol. 7. p. 2. 11. 236. 241. 246. 409. 451.
cap. 33. Vol. 9. p. 53. 56. 72. 84. 116. 125. 127. 232.
cap. 34. Vol. 1. p. 32. Vol. 5. p. 308. 312.
cap. 35. Vol. 2. p. 26. Vol 5. p. 301. 308. 339.
cap. 36. Vol. 5. p. 340. Vol. 6. p. 215.
cap. 37. Vol. 2. p. 26. Vol. 5. p. 316. 322. 341. Vol. 6. p. 215.
cap. 38. Vol. 1. p. 308. Vol. 5. p. 323. (222.
cap. 39. Vol. 5. p. 323.
cap. 40. Vol. 2. p. 288. 290. Vol. 6. p. 361.
cap. 41. Vol. 10. p. 64. - cap. 42. Vol. 10. p. 75.

CONSTITVTIONES ECCLESIAE ALEXANDRINAE.

Apud *Beueregium* in pandectis. Vol. 1. p. 278.

CONTIVS.

In institutiones Iustiniani. Vol. 7. p. 425.

250. CORNELIVS, EPISCOPVS ROMANVS.

Epistolæ; apud *Cyprianum*. Vol. 1. p. 274. Vol. 2. p. 378. Vol. 7.
p. 490. Vol. 8. p. 15.
apud *Eusebium*. Vol. 1. p. 90. 178. 323. 330. Vol. 2. p.
6. 182. 292. Vol. 3. p. 505. Vol. 4. p. 335. 364.
381. Vol. 5. p. 150. Vol. 6. p. 484. Vol. 7. p. 317.

CORPVS IVRIS CIVILIS.

Per *Dionysium Gothofredum*. *Lugdun.* 1589. 2 vol. 8*uo*. Vid. IVSTINIANVS.

CORPVS IVRIS CANONICI.

Videlicet *Gratiani* decretum, decretales *Gregorii*, Sextus decretalium, *Clementinæ*, & Extrauagantes, cum emendationibus *Gregorii XIII. Romæ* 1582. 4 vol. *fol.* (*Colon.* 1717. 2 vol. 4*to.*)

Decreti pars I.
Distinct. 23. cap. 8. Vol. 1. p. 278.
cap. 19. Vol. 2. p. 37.
Distinct. 25. cap. 1. Vol. 1. p. 331. 335.

Distinct.

Fl. an.

- - Distinct. 4. cap. 4. Vol. 6. p. 397.
cap. 78. Vol 4. p. 338.
cap. 101. Vol. 4. p. 299.
cap. 117. Vol. 4. p. 404.

Decretales Gregorii noni.
Lib. 1. tit. 23. de officio archidiaconi. cap. 7. Vol. 1. p. 338.
tit. 24. de officio archipresbyteri. cap. 1. Vol. 1. p. 335.
Lib. 2. tit. 9. de feriis. cap. 2. Vol. 9. p. 161.
Lib. 3. tit. 23. de solutionibus. cap. 3. Vol. 7. p. 186.
tit. 28. de sepulturis. cap. 1. Vol. 10. p. 22.
tit. 41. de celebratione missarum. cap. 5. Vol. 6. p. 337.
cap. 6. Vol. 6. p. 333.
tit. 49. de immunitate ecclesiæ. cap. 6. Vol. 3. p. 366.
Lib. 5. tit. 38. de pœnitentia & remiss. cap. 12. Vol. 6. p. 588.

COSINVS.

Scholastical History of the canon of scripture. *Lond.* 1683. *4to.* Vol. 6. p. 97.

History of Transubstantiation. *Lond.* 1676. *8uo.* Vol. 6. p. 455. 462.

IOANNES BAPTISTA COTELERIVS.

Notæ in patres apostolicos. 2 vol. *Antwerp.* 1698. Adduntur in appendice *Beueregii* codex canonum vindicatus; *Usserii* dissertationes Ignatianæ; & *Pearsonii* vindiciæ Ignatii.

In Herm. Pastor. Vol. 4. p. 194. Vol. 7. p. 435. 437.

In constitutiones apostolicas.
Lib. 2. cap. 1. Vol. 1. p. 145.
cap. 25. Vol. 1. p. 288. Vol. 2. p. 3. 29.
cap. 57. Vol. 2. p. 41. 54. Vol. 5. p. 277. & Vol. 6. p. 19.
cap. 58. Vol. 8. p. 45.
cap. 59. Vol. 5. p. 281.
Lib. 3. cap. 2. Vol. 7. p. 437.
cap. 15. Vol. 1. p. 352. 354.
cap. 20. Vol. 1. p. 166.
Lib. 5. cap. 13. Vol. 9. p. 68. 71. 83.
cap. 15. Vol. 9. p. 59.
cap. 20. Vol. 9. p. 40.

CALCI-

Fl. an 250.

CAECILIVS CYPRIANVS.

Opera. *Oxon.* 1682. *fol.* Et cum notis *Rigaltii. Parif.* 1684. *fol.* (Cum notis *Felli, Amftelod.* 1700. *fol.*)

Libri & tractatus.

Ad Donatum. Vol. 2. p. 20. Vol. 4. p. 36. Vol. 7. p. 410. 412. 444. (449.
De idolorum vanitate. Vol. 5. p. 83.
Teftimonium aduerfus Iudæos. lib. 2. cap. 2. Vol. 3. p. 223.
lib. 3. cap. 50. Vol. 4. p. 67.
cap. 62. Vol. 9. p. 283.
De habitu virginum. Vol. 7. p. 457.
De vnitate ecclefiæ. Vol. 1. p. 113. Vol. 4. p. 45. 310. Vol. 6. p. 554. Vol. 7. p. 7. 29. 101. 102. 290. 291.
De lapfis. Vol. 1. p. 305. Vol. 2. p. 304. 319. 324. 406. Vol. 4. p. 205. 262. Vol. 5. p. 145. Vol. 6. p. 113. 392. 414. 428. 478. 535. Vol. 7. p. 125. 149. 198. 203. 284. Vol. 8. p. 118. 122. 124. 127. 149. 200. Vol. 9. p. 283.
De oratione dominica. Vol. 4. p. 45. Vol. 5. p. 146. 235. 241. 254. 270. 299. 300. 303. Vol. 6. p. 310. 322. 578.
De mortalitate. Vol. 10. p. 77.
Ad Demetrianum. Vol. 4. p. 310. Vol. 5. p. 320. Vol. 6. p. 356.
De opere & eleemofynis. Vol. 2. p. 263. Vol. 3. p. 113. 149. 248. Vol. 6. p. 249.
De bono patientiæ. Vol. 2. p. 303. Vol. 5. p. 53. Vol. 6. p. 478. Vol. 7. p. 180.
De zelo & liuore. Vol. 7. p. 518.
De fpectaculis. Vol. 6. p. 415.
De duplici martyrio. Vol. 10. p. 70.
Epiftola 3. al. 8. Vol. 1. p. 73. 284. Vol. 8. p. 7.
4. al. 9. Vol 2. p. 14.
6. al. 14. Vol. 1. p. 274.
7. al. 13. Vol. 4. p. 262.
8. Vol. 1. p. 77. Vol. 5. p. 53. 146.
9. Vol. 1. p. 73. 302. Vol. 6. p. 264.
10. al. 16. Vol. 6. p. 535. Vol. 7. p. 27. 125. 127. 179. 189. 336. Vol. 8. p. 205. 209. 232.

Epi-

Fl. an.

Epist.

Fl. an.

Fl. an.

546. CYPRIANVS GALLVS.

Vita Cæsarii Arelatensis. *Lugdun.* 1613. *4to.* Vol. 6. p. 131. 206. Vol. 7. p. 169.

412. CYRILLVS ALEXANDRINVS.

Opera græc. latin. 7 vol. *Parif.* 1638.

Tom. 1.

De adoratione in spiritu & veritate. lib. 5. Vol. 3. p. 289.
In glaphyris super Genes. Exod. & Leuitic. Vol. 6. p. 322.
In Exod. lib. 2. Vol. 3. p. 320.

Tom. 2.

In Iesaiam. Vol. 8. p. 183.

Tom. 3.

In Amos. Vol. 9. p. 33.

Tom. 4.

In euangelium Ioannis. Vol. 4. p. 272. 279. 295. 322. 400. Vol. 6. p. 294. 371. Vol. 8. p. 188. 192. 203. 246.

Tom. 5.

De trinitate. Vol. 4. p. 168.
Homiliæ paschales. Vol. 9. p. 190.

Tom. 6.

Epistola ad Cœlosyrium. Vol. 6. p. 410.
Aduersus Iulianum. Vol. 4. p. 125.

* * *

Epistola canonica ad episcop. Libyæ & Pentapol. Apud *Beueregium.* pand. tom. 2. Vol. 4. p. 9.
Epistola ad monachos in concil. Ephes part. 1. c. 28. Vol. 6. p. 111.
Epistola paschal. Apud *Bucher.* de doctrina tempor. Vol. 9. p. 101.

350. CYRILLVS HIEROSOLYMITANVS.

Opera græc. latin. *Oxon* 1703. *fol.*
Præfatio catecheseon. Vol. 1. p. 32. 51. Vol. 3. p. 197. Vol. 4. p. 25. 32. 130. 140. Vol. 9 p. 198.
Catechef. 1. Vol. 4. p. 9. 20. 25. 28. Vol. 9. p. 198.
2. Vol. 5. p. 162.
3. Vol. 4. p. 49. 51. Vol. 5. p. 61. 162.
4. Vol. 1. p. 63. 119. Vol. 4. p. 12. 311. Vol. 6. p. 63. 91. Vol. 7. p. 295.

Cate-

Fl. an.

CYRILLVS SCYTHOPOLITANVS.

D.

LVCAS DACHERIVS.

IOANNES DALLAEVS.

Fl. an.

Vita Pelagii. Vol. 1. p. 164.
Decreta. Vol. 6. p. 31.

303. ACTA DATIVI.

Apud *Baron.* ad ann. 303. Vol. 5. p. 57.

MARTINVS DELRIO.

Disquisitiones magicæ. *Louan.* 1599. 4*to*. Vol. 4. p. 246.

DEMONSTRATION

That the Church of Rome has erred, in her decrees about Communion in one kind. *Lond.* 1686. 4*to*. Vol. 6. p. 432.

THOMAS DEMPSTERVS.

Additiones ad *Rosini* antiquitates Romanas. *Colon.* 1620. (*Colon.* 1662. 4to.) Vol. 7. p. 455. 508. Vol 9. p. 6. 11. Vol. 10. p. 6.

DEPOSITIO MARTYRVM.

Apud *Pearson.* annal. Cyprian. Vol. 9. p. 153. Vol. 10. p. 11. 27.

370. DIDYMVS ALEXANDRINVS.

Opera. In bibliothec. patr. tom. 9. (tom. 5. ed. *Lugdun.* 1677.)
De spiritu sancto. Vol. 4. p. 165.

LVDOVICVS DE DIEV.

Animaduersiones in epistolas D. Pauli. *Lugdun. Batauor.* 1646. 4*to*.
In 1 Cor. 6. Vol. 1. p. 126.

DIO CASSIVS. Vid. sub littera C.

DIOGENES LAERTIVS.

De vitis philosophorum, græc. lat. cum Hesychio, Milesio & Eunapio, de iisdem. *Colon. Allobrog.* 1616. 8*uo*. cum notis *Is. Casauboni*. (*Amstelod.* 1692. 4*to*.)
Vita Platonis. Vol. 7. p. 463.

254. DIONYSIVS ALEXANDRINVS.

Epistolæ variæ. Apud Eusebium. Vol. 1. p. 321. Vol. 3. p. 213. 429. 430. Vol. 4. p. 54. Vol. 5. p. 43. 149. 320. Vol. 6. p. 358. 447. 478. Vol. 7. p. 23. Vol. 8. p. 231. Vol. 10. p. 2.
Epistola canonica. Apud *Beueregium* in pandectis.
Can. 1. Vol. 3. p. 4. Vol. 9. p. 228.
Can. 2. Vol. 3. p. 149. 213. Vol. 6. p. 422.
Can. 4. Vol. 7. p. 192.

FRAN-

Fl. an.

FRANCISCVS DVARENVS.

De sacris ecclesiæ ministeriis ac beneficiis. *Paris.* 1551. *4to.* (*Francof.* 1598. *fol.*)

Lib. 1. cap. 14. Vol. 2. p. 3. 17. 18. - cap. 19. Vol. 2. p. 49.
cap. 20. Vol. 3. p. 60. - cap. 21. Vol. 3. p. 30.

GVILIELMVS DVGDALE.

Monasticum Anglicanum, 2 vol. *Lond.* 1655. Vol. 3. p. 604.

1286. GVILIELMVS DVRANTES siue DVRANDVS.

Rationale diuinorum officiorum. *Lugd.* 1584. *8uo.* Vol. 3. p. 276. Vol. 6. p. 386. 466. Vol. 9. p. 160.

IOANNES STEPHANVS DVRANTVS.

De ritibus ecclesiæ catholicæ. *Paris.* 1631 *8uo.* (*Lugdun.* 1675. *4to.*)

Lib. 1. cap. 1. Vol. 3. p. 121. - cap. 2. Vol. 7. p. 23.
cap. 6. Vol. 3. p. 368. - cap. 10. Vol. 6. p. 308.
cap. 13. Vol. 3. p. 277. - cap. 15. Vol. 6. p. 47.
cap. 16. Vol. 3. p. 234. - cap. 18. Vol. 3. p. 198.
cap. 19. Vol. 3. p. 254. 260. - cap. 22. Vol. 4. p. 184.
cap. 23. Vol. 10. p. 23. 24. 47. 51. 78.
cap. 24. Vol. 3. p. 316. - cap. 25. Vol. 3. p. 346.
Lib. 2. cap. 1. Vol. 5. p. 10. - cap. 4. Vol. 6. p. 386.
cap. 40. Vol. 6. p. 467. 471.
Lib. 3. cap. 18. Vol. 6. p. 85. - cap. 21. Vol. 6. p. 29.
cap. 38. Vol. 6. p. 271. - cap. 55. Vol. 8. p. 11.

E.

1121. EADMERVS, MONACHVS.

Historia sui sæculi cum notis *Io. Seldeni. Lond.* 1623. *fol.* Vol. 3. p. 399. 550.

ABRAHAMVS ECCHELENSIS.

Concilii Nicæni canones Arabici cum notis, tom. 2do conciliorum. Vol. 6. p. 440.

IOANNES ECKIVS.

Enchiridion aduersus Lutherum. *Lugdun.* 1549. *8uo.* Vol. 6. p. 413. 431.

ELIAS

Hæres.

Fl. an.

Hæref. 26. Gnosticorum. Vol. 6. p. 521. Vol. 9. p. 270.
27. Carpocratianorum. Vol. 1. p. 61. 185.
28. Cerinthianorum. Vol. 4. p. 10. 150. 188. 189.
29. Nazaræorum. Vol. 1. p. 2. 15. 16. 138. Vol. 5. p. 123. Vol. 9. p. 230.
30. Ebionæorum Vol. 1. p. 236. Vol. 3. p. 171. Vol. 4. p. 331. Vol. 6. p. 267. Vol. 7. p. 99. 456.
34. Marcosiorum. Vol. 3. p. 240.
40. Archonticorum. Vol. 4. p. 154. Vol. 6. p. 279.
42. Marcionistarum. Vol. 1. p. 8. Vol. 2. p. 161. Vol. 3. p. 5. Vol. 4. p. 128. 331. 402. Vol. 7. p. 44. 90. Vol. 9. p. 58.
45. Seuerianorum. Vol. 9. p. 276.
47. Encratitarum. Vol. 6. p. 273. Vol. 9. p. 275.
48. Montanistarum. Vol. 7. p. 438. Vol. 9. p. 281.
49. Pepuzianorum. Vol. 6. p. 125. 278.
50. Quartadecimanorum. Vol. 9. p. 89.
51. Alogorum. Vol. 9. p. 70.
52. Adamianorum. Vol. 7. p. 86.
57. Noëtianorum. Vol. 1. p. 275.
59. Nouatianorum. Vol. 4. p. 400. Vol. 7. p. 434. 438. Vol. 9. p. 281. 303.
61. Apostolicorum. Vol. 3. p. 100. Vol. 7. p. 465.
64. Origenianorum. Vol. 2. p. 134. Vol. 6. p. 121.
66. Manichæorum. Vol. 3. p. 454. 596.
67. Hieracitarum. Vol. 9. p. 276.
68. Meletianorum. Vol. 1. p. 49. 185. 206. 207. 242. Vol. 3. p. 427.
69. Arianorum. Vol. 1. p. 9. 151. 158. 206. 209. 242. 275. 350. Vol. 2. p. 422. Vol. 3. p. 14. 140. 171. 427. 598.
70. Audianorum. Vol. 1. p. 9. Vol. 3. p. 501. Vol. 5. p. 168. Vol. 9. p. 96. 104.
72. Marcellianorum. Vol. 2. p. 64. Vol. 4. p. 101.
73. SemiArianorum. Vol. 1. p. 170.
74. Pneumatomachorum. Vol. 7. p. 338.
75. Aërianorum. Vol. 1. p. 44. 66. 79. 91. 268. 271. 319. Vol. 6. p. 332. 342. Vol. 9. p. 130. 256.

cap.

Fl. an.

II, an. -

- cap. 58. Vol. 3. p. 163. - cap. 59. Vol. 3. p. 274.
cap. 61. Vol. 4. p. 5. Vol. 5. p. 21. 260. 325.
cap. 62. Vol. 4. p. 147. 242.
cap 66. Vol. 10. p. 48. 50. 51. - cap. 71. Vol. 10. p. 16. 63.

De laudibus Constantini, ad calcem historiæ.
Cap. 9. Vol. 3. p. 120. - cap. 16. Vol. 5. p. 13.
Cap. 17. Vol. 3. p. 115. 118. 133. Vol. 5. p. 92. 95.

Epistola ad Cæsarienses de fide Nicæna. Apud *Socratem* lib. I. cap. 8. & *Theodoretum* lib. 1. cap. 12. Vol. 1. p. 119. Vol. 4. p. 97. 277.

340. EVSEBIVS EMISENVS.

Homiliæ sed tamen dubiæ. *Antwerp.* 1620. *8uo.* (In bibliothec. patr. tom. 6. *Lugdun.* 1677.)

Homilia de pentecoste. Vol. 4. p. 378.
de natali S. Genesii. Vol. 9. p. 134.
de Maccabæis. Vol. 9. p. 159.

275. EVTYCHIANVS, EPISCOPVS ROMANVS.

Decreta. Apud *Crabbeum.* Vol. 7. p. 454.

1116. EVTHYMIVS ZIGABENVS.

Panoplia orthodoxæ fidei aduersus omnes hæreses. *Venet.* 1555. *fol.* (In bibliothec. patr. tom. 19. *Lugdun.* 1677.) Vol. 4. p. 157. 161.

F.

IOANNES FABER.

Declamatio de humanæ vitæ miseria. Apud *Hotting.* histor. eccles. sæcul. 16. part. 4. Vol. 6. p. 160.

CAROLVS FABROTVS.

Notæ ad *Balsamonis* collectionem constitutionum ecclesiasticarum. Apud *Iustellum* in biblioth. iuris canon. tom. 2. Vol. 1. p. 347.

540. FACVNDVS HERMIANENSIS.

Opera, cum notis *Sirmondi.* *Paris.* 1675. *fol.* Vol. 6. p. 322. 460.

FASCI-

Lib.

Fl. an.

Lib. 1. cap. 2. Vol. 6. p. 105. - cap. 8. Vol. 6. p. 152.
cap. 11. Vol. 6. p. 157. - cap. 17. Vol 6. p. 72.
cap. 31. Vol. 6. p. 173. - cap. 33. Vol. 6. p. 174.
Lib. 2. cap. 9. Vol. 6. p. 181. - cap. 14. Vol. 6. p. 177.
cap. 15. Vol. 6. p. 187.

FIELD.

Of the Church. *Oxon.* 1635. *fol.* Vol. 1. p. 191.

IOANNES FILESACVS.

Commentarius in *Vincentium Lirinensem. Paris.* 1619. 4to. Vol. 7. p. 134.

340. IVL. FIRMICVS MATERNVS.

De errore profanarum religionum, cum notis *Ioan. a Wower. Oxon.* 1678. 8uo. Vol. 4. p. 319.

Astronomia, siue de mathesi. *Basil.* 1591. Vol. 7. p. 248.

FIRMILIANVS.

350. Epistola. Inter epistolas Cypriani. Vol. 1. p. 70. 71. Vol. 2. p. 21. 199. 203. Vol. 4. p. 52. 263. 375. Vol. 5. p. 147. Vol. 6. p. 126. 417. Vol 7. p. 160. 761. Vol. 8. p. 191.

IOANNES FISCHERVS al. ROFFENSIS.

Liber contra Lutherum. *Paris.* 1562. 8uo. Vol. 8. p. 179.

MATTHIAS FLACIVS.

Catalogus testium veritatis. Vol. 6. p. 461. Vid. BERTRAMVS.

De sectis papisticis. *Basil.* 1565. 4to. Vol. 9. p. 178.

FLAGELLANTIVM HISTORIA.

Paris. 1700. 8uo. Vol. 3. p. 67. Vol. 7. p. 168. Vol. 8. p. 51.

IOANNES FORBESIVS.

Instructiones historico-theologicæ. *Amstelod.* 1645. (Opera *Amstelod* 1703. *fol.*) Vol. 4. p. 63. 192.

Irenicum. *Aberden.* 1636. 4to. Vol. 1. p. 191. Vol. 3. p. 211. Vol. 8. p. 12. 14. 16.

560. VENANTIVS FORTVNATVS.

Poëmata. In corpore poëtarum. tom. 2. *Lugdun.* 1603. 4to. Vol. 3. p. 255.

Vita Radegundis. Apud *Surium* 13 August. Vol 1. p 349.

CAROLVS DV FRESNE.

Glossarium græco-barbarum. *Lugd.* 1688. 2 vol. *fol.* Vol. 3. p. 260.

MAT-

Fl. an.

MATTHAEVS GALENVS.

Catechismus. Apud *Dallaeum* de confirmatione. Vol. 4. p. 349. 356.

IOANNES GARNERIVS.

Liber diurnus Romanorum pontificum. *Paris.* 1680. 4*to.* Vol. 2. p. 170.

THOMAS GATAKERVS.

Notae in libros Antonini. *Cantabrig.* 1652. 4*to.* (*Traiecti* ad *Rhen.* 1698. *fol.*) Vol. 10. p. 93.

GAVDENTIVS BRIXIENSIS.

387. Opera. In bibliothec. patr. tom. 2. (tom. 5. *Lugd.* 1677.)

Praefat. ad Beneuolum. Vol. 6. p. 199.

Tract. 2. ad neophytos. Vol. 4. p. 130.

4. de lectione Exodi. Vol. 6. p. 135.

15. de Maccabaeis. Vol. 9. p. 159.

16. de ordinatione ipsius. Vol. 8. p. 192.

17. die dedicationis basilicae. Vol. 3. p. 124. 318.

MICHAEL GEDDES.

Church-history of Ethiopia. *London.* 1696. 8*uo.* Vol. 3. p. 343.

492. GELASIVS PAPA.

Epistolae decretales. In tomis conciliorum.

Epist. 4. ad Faustum. Vol. 7. p. 147.

9. ad episc. Lucaniae. Vol. 2. p. 181. 279. 280. 292. Vol. 3. p. 22 104. 111. Vol. 4. p. 252. 358. 364. Vol. 7. p. 323. 325. Vol. 8. p. 59. 101. Vol. 9. p. 247.

Epist. ad Ruffinum. Apud *Gratianum.* Vol. 8. p. 14.

Decreta. Apud *Crab.* & *Grat.* Vol. 5. p. 297. Vol. 6. p. 87. Vol. 7. p. 319.

De duabus naturis Christi. In biblioth. patr. tom. 4. (tom. 8. edit. *Lugdun.*) Vol. 6. p. 459.

AVLVS GELLIVS.

Opera. *Aurel. Allobrog.* 1609. 8*uo.*

Noct. Attic. lib. 9. cap. 15. Vol. 9. p. 4.

lib. 20. cap. 1. Vol. 7. p. 507.

GESTA

tit.

Fl. an.

- - tit. 6. ne sanctum bapt. iteretur. leg. 6. Vol. 4. p. 411.
tit. 10. de paganis. leg. 25. Vol. 3. p. 166.

IOANNES ERNESTVS GRABIVS.

Spicilegium patrum, 3 vol. *Oxon.* 1698. &c. 8*uo.* Vol. 1. p. 6. 56. 136. Vol. 4. p. 146. 150. Vol. 5. p. 259.
Adnotationes in Irenæum. Vol. 5. p. 133.
in Bulli iudic. eccles. cathol. Vol. 4. p. 73.

1130. GRATIANVS.

Decretum, siue concordantia discordantium canonum, in corpore iuris canonici. *Romæ* 1582. *fol.* Vid. supra *Corpus iuris canonici.*

470. GREGENTIVS.

Disputatio cum Herbano Iudæo græc. latin. In auctario bibliothec. patr. Ducæano, tom. 1. *Paris.* 1624. Vol. 3. p. 459. Vol. 5. p. 277.

GREGORIVS MAGNVS.

590. Opera, 4 tom. *Antwerp.* 1615. (*Paris.* 1705.)

Tom. 1.

Præfatio in Iobum ad Leandr. ante moralia. Vol. 2. p. 102. 199.
Moralia in Iobum lib. 19. cap. 13. Vol. 6. p. 96.
In Ezechielem, præfat. Vol. 6. p. 198.
Homil. 2. Vol. 7. p. 185. - Hom. 5. Vol. 6. p. 106.
Homil. 19. Vol. 6. p. 148.
In euangelia.
Homil. 2. Vol. 7. p. 326. - Homil. 15. Vol. 5. p. 108.
Homil. 16. Vol. 9. p. 183.
Homil. 26. Apud *Gratianum.* Vol. 7. p. 161. Vol. 8. p. 278.

Tom. 2.

Dialogi. lib. 1. cap. 5. Vol. 2. p. 71. - lib. 2. cap. 24. Vol. 6. p. 426.
lib. 4. cap. 55. Vol. 6. p. 241.
Epistolæ.
Lib. 1. epist. 41. Vol. 4. p. 341. Vol. 7. p. 53.
Lib. 2. epist. 20. Vol. 3. p. 518. - epist. 26. Vol. 7. p. 161.
epist. 34. Apud *Gratianum.* Vol. 7. p. 189.

Fl. an.

Orat.

Fl. an.

Fl. an.

370. GREGORIVS NYSSENVS.

Fl. an.

De baptismo Christi. Vol. 3. p. 228. Vol. 4. p. 167. 316. 322. 331. 336. Vol. 6. p. 450. Vol. 9. p. 8[illegible].
De resurrectione Christi. orat. 3. Vol. 9. p. 112.
Vita Gregorii Thaumat. Vol. 2. p. 85. 184. 189. Vol. 3. p. 148.
De funere Meletii. Vol. 1. p. 81.
Vita Ephrem. Vol. 6. p. 142. Vol. 10. p. 23.
Oratio de mortuis. Vol. 6. p. 345.

254. GREGORIVS NEOCAESARIENSIS, alias THAVMATVRGVS.

Opera græc lat. *Parif.* 1622. *fol.*
Expositio fidei. Vol. 4. p. 86.
Epistol. canonica apud *Iustellum.*
Can. 1. Vol. 7. p. 192. - Can. 5. Vol. 7. p. 82.
Can. 10. Vol. 7. p. 470.
Can. 11. Vol. 3. p. 148. Vol. 8. 111. 113. 115. 116.

GREGORIVS THOLOSANVS.

De republica. *Francof.* 1642. Vol. 1. p. 104.

573. GREGORIVS TVRONENSIS.

Historia Francorum. *Parif.* 1610. 8*uo.* (In operibus. *Parif.* 1699. *fol.*)
Lib. 2. cap. 31. Vol. 3. p. 254. - cap. 34. Vol. 5. p. 25.
Lib. 4. cap. 13. Vol. 3. p. 592. - cap. 16. Vol. 7. p. 243.
Lib. 6. cap. 38. Vol. 3. p. 592.
Lib. 7. cap. 7. Vol. 6. p. 235.
Lib. 8. cap. 3. Vol. 6. p. 6.
Lib. 9. cap. 3. Vol. 6. p. 430.
Lib. 10. cap. vlt. Vol. 5. p. 15.
De gloria martyrum. *Colon.* 1583. 8*uo.* (In operibus cit. edit.)
Lib. 1. cap. 10. Vol. 6. p. 503.
De gloria confessorum. ibid.
Cap. 104. Vol. 10. p. 52. - Cap. 106. Vol. 10. p. 23.
De vitis patrum. Cap. 8. Vol 6. p. 6.

IOHN GREGORY.

Observations on Scripture, and Posthumous Works. *Lond.* 1650. 4*to.* Vol. 2. p. 275. Vol. 6. p. 418.

HAI-

Fl. an.

841. HAIMO.

In epist. ad Hebr. cap. 6. (Apud *Dallæum* de confirmatione.) Vol. 4. p. 377.

cap. 13. Vol. 4. p. 354.

FRANCISCVS HALLERIVS.

De hierarchia ecclesiastica. *Paris.* 1646. *fol.*

Lib. I. cap. 3. Vol. 2. p. 10. - cap. 7. Vol. I. p. 55. Vol. 6. p. 122.

HENRICVS HAMMONDVS.

Opera Anglican. 4 vol. *Lond.* 1684. *fol.*

Contra Blondell. Vol. I. p. 193. 204. 296. Vol. 3. p. 221. 233.

Defence of Infant-Bapt. Vol. 4. p. 192.

Adnotationes in Nou. Test. (edit. *Io. Cleric. Amstelod.* 1699. fol.)

In Actor. cap. II. Vol. I. p. 268.

In epist. I ad Cor. cap. 15. Vol. 4. p. 190.

In I Timoth. cap. 3. Vol. I. p. 346.

In epist. ad Titum præfat. Vol. I. p. 204.

In Apocalyps. cap. I. Vol. I. p. 83.

MARTINVS HANCKIVS.

De scriptoribus Byzantinis. *Lipsiæ* 1677. 4*to.* Vol. 2. p. 130.

842. GEORGIVS HAMORTVLVS.

MSCt. Apud *Allatium* de hebdomad. Græcorum. Vol. 9. p. 172.

HARDINGVS.

Answer to Jewel's Challenge. *Antwerp.* 1565. 8*uo.* Vol. 6. p. 431.

1150. CONSTANTINVS HARMENOPVLVS.

Epitome iuris canonici græc. lat. Apud *Leunclauium* in iure græco-romano. tom I. Vol. I. p. 222. Vol. 2. p. 381.

De sectis hæreticis, & confessio de fide orthodoxa, ibid. Apud *Leunclauium* & in auctario bibl. patr. *Ducæano.* Tom. I. *Paris.* 1624. Vol. 4. p. 160. Vol. 7. p. 249.

STEPHANVS HEDDIVS.

De vita Wilfridi, cap. 12. Vol. 3. p. 399.

170. HEGESIPPVS.

Commentarius actorum ecclesiasticorum. Fragmenta passim apud *Eusebium.* Vol. I. p. 62. 136. Vol. 7. p. 6.

Epiſt.

Epist.

Pro-

Fl. an.

Fl. an.

Contr. Constant. Vol. 1. p. 33.
Fragment. Vol. 1. p. 307. Vol. 4. p. 105. Vol. 7. p. 50.

461. HILARIVS PAPA.

Epistolæ decretales. In tomis conciliorum.
Epist. 1. ad Ascan. Tarraconensem. Vol. 1. p. 147.
2. ad Tarraconenses. Vol. 9. p. 165.
8. ad episcopos Galliæ. Vol. 8. p. 94.
Ep. ad Leont. Apud *Baron.* ad ann. 462. Vol. 1. p. 210.

430. HILARIVS ARELATENSIS.

Epistolæ. Inter epistolas Augustini. Vol. 6. p. 95.

845. HINCMARVS RHEMENSIS.

Opera. 2 vol. *Paris.* 1645. *fol.*

Tom. 1.

De prædestinatione. lib. 1. cap. 4. Vol. 6. p. 333.
Capitula archidiacon. presbyt. data. Vol. 1. p. 336.

Tom. 2.

Opusc. 55. capitular. cap. 48. Vol. 4 p. 61. Vol. 8. p. 279.
Epist. ad Hildeboldum. Vol. 8. p. 146.
Vita Remigii. Apud *Baron.* an. 471. Vol. 1. p. 144.

220. HIPPOLYTVS PORTVENSIS.

Canon paschalis. Apud *Caueum* histor. litterar. tom. 1. p. 68. Eam etiam exhibent *Scaliger*, *Aegidius Bucherius* & *Gruterus*. Vol. 9. p. 17. 104.
De consummatione mundi & antichristo, græc. latin. In auctario bibl. patr. *Ducaano*, tom. 2. Vol. 3. p. 147. 244. Vol. 5. p. 140.
Demonstratio de antichristo græc. latin. Apud *Combefis.* in auctario nouissimo. *Paris* 1672. *fol.* Vol. 3. p. 147.

LVCAS HOLSTENIVS.

Adnotationes in geographiam *Caroli a Sancto Paulo*, in Italiam antiquam *Cluuerii*, & thesaurum geographicum *Ortelii*. *Romæ* 1666. *8uo.*
In geogr. *Car. a S. Paulo.* Vol. 3. p. 402. 447. 463. 472. 473 474. 475. 494. 496. 497. 507. 511. 513. 517. 518. 519. 520. 522. 527. 528. 558.

Fl. an.

Hiſtoria ſacramentaria. *Tigur.* 1598. *fol.* (*Geneu.* 1681. *fol.*)
Lib. 2. cap. 1. Vol. 306. Vol. 6. p. 370. Vol. 8. p. 24.
cap. 2. Vol. 6 p. 398.

IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS.

Hiſtoria eccleſiaſtica, 9 vol. *Hanou.* 1655. 8*uo.* (*Tigur.* 1651. 5 vol. 8*uo.*) Vol. 1. p. 14. Vol. 6. p. 161.
De tranſlatione bibliorum. *Heidelb.* 1660. Vol. 5. p. 93.

FRANCISCVS HOTTOMANNVS.

Quæſtiones illuſtres iuris. 1598. 8*uo.* Vol. 9. p. 333.

HVBERTVS DE SYLVA CANDIDA.

Liber de azymo & ieiunio ſabbatorum contra *Michaelem Cerularium* & *Leonem Achridanum.* Apud *Baron.* in appendice tom. 2. Vol. 6. p. 443.

PETRVS DANIEL HVETIVS.

Origeniana, 2 vol. *Rothomagi* 1668. *fol.*
Lib. 1. cap. 3. Vol. 3. p. 157. - cap. 4. Vol. 2. p. 129.
Demonſtratio euangelica. *Amſtel.* 1680. 8*uo.* (*Lipſiæ* 1694. 4*to.*) Vol. 3. p. 170.

1120. HVGO DE S. VICTORE.

Opera. *Venet.* 1588. 3 vol. (Apud *Bon.* de reb. liturgic. lib. 2. cap. 19.) Vol. 6. p. 397. (Apud *Dallæum* de cult. religioſ. lib. 2. p. 237.) Vol. 6. p. 466.

I.

S. IACOBVS.

Liturgia ei adſcripta, græc. latin. Bibl. patr. auctar. *Ducæano.* tom. 2. *Pariſ.* 1624. Vol. 1. p. 120. Vol. 3. p. 248. 250. Vol. 4. p. 95. Vol. 6. p. 213. 491. 497. Vol. 8. p. 211.

385. IDACIVS.

Contra Varimundum Arianum. Biblioth. patr. tom. 4. Vol. 4. p. 166. Vol. 5. p. 62.

790. IESSE AMBIANENSIS.

De ordine baptiſmi. (Apud *Baluzium* in notis ad Rheginon. lib. 1. cap. 69.) Vol. 4. p. 348. Vol. 6. p. 396.

Il. an.

101. IGNATIVS.

ACTA IGNATII.

ILLYRICVS. Vid. FLACIVS.

INDEX LIBRORVM PROHIBITORVM ETC. Vid. SOTOMAIOR.

INDEX LIBRORVM EXPVRGANDORVM ETC. Vid. QVIROGA.

INA.

402. INNOCENTIVS I. PAPA.

Epiſt.

Lib.

Fl. an.

Lib.

Fl. an.

Lib. 3. ep. 259. Vol. 7. p. 93. - ep. 343. Vol. 6. p. 188.
ep. 382. Vol. 6. p. 189.
Lib. 4. ep. 143. Vol. 2. p. 39. - ep. 162. Vol. 1. p. 37.

ISO.

De miraculis S. Othomari cap. 3. Vol. 6. p. 272. 427.

IOANNES IVELLVS.

Apologia ecclesiæ Anglicanæ. *Lond.* 1606. 12*mo.* (*Lipſ.* 1534.) Vol. 6. p. 373. 384.

361. IVLIANVS IMPERATOR.

Opera, græc. latin. cum notis *Petauii. Pariſ.* 1630. 4*to.* (*Lipſiæ* 1696. *fol.*)
Epiſtola ad Arſacium. Vol. 2. p. 140. 413.
Fragment. epiſt. Vol. 2. p. 438. 439. 440. 441. Vol. 6. p. 523.
Orat. 7. Vol. 3. p. 165.

510. IVLIANVS HALICARNASSENSIS.

Fragmenta commentarii in Iobum. Apud catenam in Iob. *Lond.* 1637. *fol.* Vol. 3. p. 277.

498. IVLIANVS POMERIVS.

De vita contemplatiua. Inter opera *Proſperi*, cui vulgo tribuitur. *Colon.* 1540. 8*vo.*
Lib. 1. cap. 23. Vol. 6. p. 191. 192.
Lib. 2. cap. 7. Vol. 7. p. 80. 181. Vol. 8. p. 135.
cap. 12. Vol. 2. p. 351.

337. IVLIVS PAPA.

Epiſtol. ad Orientales. Apud *Athanaſ.* in apologia 2. tom. 1. Vol. 1. p. 167.
Epiſt. apud *Gratianum*. Vol. 6. p. 275. 435.

550. IVNILIVS AFER.

De partibus diuinæ legis. Bibl. patr. tom. 1. (tom. 10. edit. *Lugd.* 1677.) Vol. 4. p. 33.

FRANCISCVS IVNIVS.

Opera. *Franequeræ* 1597. *fol.* Et *Geneu.* 1607. *fol.* (*Geneu.* 1613. *fol.*)
Notæ in Tertullian. de corona militis. Vol. 9. p. 147.
de idololatria. Vol. 7. p. 230.
Parallel. Vol. 1. p. 16.

Fl. an.

Fl. an.

Fl. an.

Fl. an.

Sanctio

Fl. an

Sanctio pragmatica. Vol. 7. p. 493.
Edictum de fide orthodoxa. Apud *Leunclauium* in iure gr. romano tom. 1. & in tom. 5. conciliorum. Vol. 7. p. 171.

IVVENALIS POETA.

Satyr. 1. Vol. 10. p. 6. - Satyr. 2. Vol. 7. p. 443.
Satyr. 5. Vol. 8. p. 488. - Satyr. 6. Vol. 7. p. 489.
Satyr. 8. Vol. 7. p. 517. - Satyr. 12. Vol. 3. p. 292.

330. IVVENCVS.

Historia euangelica carmine heroico. In corpore poëtarum tom. 2. *Lugdun.* 1603. 4to. (Biblioth. patr. tom. 4. edit. *Lugdun.* 1677.) Vol. 6. p. 322.

K.

MARTINVS KEMPIVS.

De osculo. *Lipsiæ* 1665. 8*uo*. Vol. 6. p. 304.

WHITE KENNET.

Case of Impropriations & Augmentation of Vicarages stated by History and Law from the first usurpation of Popes and Monks. *Lond.* 1704. 8*uo*. Vol. 3. p. 603. 604.

CHRISTIANVS KORTHOLTVS.

De calumniis paganorum in veteres christianos sparsis. *Kilon.* 1668. Vol. 6. p. 521. 523.
De vita & moribus veterum christianorum. *Kilon.* 1683. Vol. 1. p. 19.

L.

PHILIPPVS LABBEVS.

Collectio conciliorum 17 vol. *Parif.* 1671. *fol.* Vid. dicta ad Biblioth. patr. græc. latin.
De scriptoribus ecclesiasticis 2 vol. *Parif.* 1660. 8*uo*. Vol. 5. p. 141. Vol. 9. p. 171.

303. LVCIVS CAECILIVS LACTANTIVS.

Opera. *Lugdun.* 1594. 8*uo*. (*Lipsiæ* 1715. 8*uo*.)
Institutiones diuinæ.
Lib. 2. cap. 1. Vol. 5. p. 72. - cap. 2. Vol. 3. p. 150. 151. 224. cap. 10. Vol. 5. p. 278. - cap. 15. Vol. 7. p. 258.

Lib.

Fl. an.

IOANNES LAVNOIVS.

De recta interpretatione sexti canonis Nicæni. *Paris.* 1662. 8*uo.* Vol. 1. p. 241.

507. LAVRENTIVS NOVARIENSIS.

Homiliæ. In biblioth. patr. tom. 2. (tom. 9. edit. *Lugdun.*)

Homil. 1. de pœnitentia. Vol. 4. p. 322. Vol. 6. p. 538.

LECTIONARIVM GALLICANVM.

Apud *Mabillonium* de liturgia Gallicana. *Paris.* 1685. 4*to.* Vol. 6. p. 62. 69. 71.

1013. LEO GRAMMATICVS.

Chronographia cum notis *Combefisii.* *Paris.* 1655. *fol.* Vol. 3. p. 189.

458. LEO IMPERATOR ET ANTHEMIVS.

Nouellæ ad calcem codicis *Theodosiani.*

Nouell. 2. Vol. 1. p. 259. Vol. 2. p. 192. 193.

Nouell. 8. Vol. 3. p. 49. Vol. 7. p. 488.

886. LEO SAPIENS.

Notitia ecclesiæ græc. lat. Apud *Leunclauium* in iure græco-roman. tom. 1. p. 88. Vol. 3. p. 37. 567. & sæpissime in hoc volumine.

In tacticis. Apud *Usserium.* Vol. 5. p. 9.

Nouellæ. Apud *Leunclauium* tom. 2. p. 78. & ad calcem codicis *Iustiniani.*

Nouell. 53. Vol. 10. p. 19. - Nou. 54. Vol. 9. p. 24.
73. Vol. 2. p. 55. Vol. 3. p. 200. 202.
77. Vol. 7. p. 404. - Nouell. 89. Vol. 9. p. 339. 340.

440. LEO MAGNVS, PAPA.

Opera. *Lugdun.* 1672. *fol.* (In biblioth. patr. tom. 7. *Lugd.* 1677.)

In anniuersario die adsumtionis suæ ad pontificatum. Serm. 3. Vol. 4. p. 317. 370.

De ieiunio decimi mensis. Serm. 8. Vol. 9. p. 244.

In sollemnitatem natiuitatis D. N. I. C. Serm. 1. Vol. 6. p. 34.
Serm. 4. Vol. 4. p. 278.

In sollemnitatem epiphaniæ D.N.I.C. Sermones octo. Vol. 9. p. 80.
Serm. 3. Vol. 6. p. 118. - Serm. 7. Vol. 9. p. 157.

LEO-

Fl. an.

LEONARDVS LESSIVS.

De iure & iustitia. *Antwerp.* 1626. *fol.* (*Louan.* 1605. *fol.*)

Lib. 2. cap. 14. Vol. 7. p. 501. - cap. 43. Vol. 7. p. 246. cap. 45. Vol. 7. p. 310.

HAMONDVS LESTRANGIVS.

Alliance of divine offices. *Lond.* 1690. *fol.*

Chap. 3. Vol. 4 p. 71. 113. Vol. 5. p. 334. Vol. 6. p. 3. 4. 48. 297.
Chap. 4. Vol. 4. p. 116. Vol. 5. p. 22. 27. Vol. 6. p. 131.
Chap. 5. Vol. 9. p. 171. 236. - Chap. 7. Vol. 6. p. 447. 501.
Chap. 10. Vol. 6. p. 408.

Remonstrance in the Cause of Liturgy. *Lond.* 1642. 4*to.* Vol. 1. p. 295.

Smectymno-Mastix, or *A Defence of the Remonstrance. Lond.* 1651. 8*uo.* Vol. 5. p. 138.

IOANNES LEVNCLAVIVS.

Ius Græco-Romanum, gr. lat. 2 tomis. *Francof.* 1594. *fol.* Vol. 1. p. 79. 264. 357. cet. Vid. quæ monuimus ad *Biblioth. patr. græc. lat.* supra.

LEXICON IVRIDICVM.

Per Anonymum. *Geneu.* 1615. 8*uo.* Vol. 3. p. 15.

LIBANIVS.

360. Opera, græc. latin. 2 vol. *Paris.* 1606. *fol.*

Oratio apologetica. Vol. 3. p. 165.
Pro agricolis. Vol. 7. p. 424.
Contra Florent. Vol. 2. p. 241.
In Tisamenum. Vol. 1. p. 355.

450. LIBELLVS PRECVM EPISCOPORVM GALLIAE AD LEON.

Ad ann. 450. Vol. 3. p. 138.

553. LIBERATVS.

Breuiarium siue historia caussæ Nestorianæ & Eutychianæ, cum appendice. Apud *Crabbeum* concil. tom. 2. & notis *Garnerii. Paris.* 1675. 8*uo.* (Apud *Labbeum* tom. 5. concil. p. 740.)

Cap. 11. Vol. 3. p. 25. - Cap. 12. Vol. 1. p. 245. Vol. 2. p. 78.
Cap. 14. Vol. 1. p. 293. Vol. 2. p. 107.
Cap. 15. Vol. 3. p. 356. Vol. 8. p. 59.

Fl. an.

1141. PETRVS LOMBARDVS.

Liber sententiarum. *Lugd.* 1594. 8uo. (*Cracouiæ* 1519. 4to.) Vol. 2. p. 4. Vol. 8. p. 143. 217. 285. Vol. 9. p. 309. 312.

IOANNES LOMEIERVS.

De bibliothecis. *Zutphan.* 1669. 8uo. (*Vltraiecti* ad *Rhen.* 1680. 8uo.) Vol. 3. p. 272.

170. LVCIANVS ATHEVS.

Opera, græc. latin. 2 vol. *Salmur.* 1619. 12mo. (*Basil.* 1619. 4 vol. 8uo.)

Philopatr. Vol. 5. p. 37. 59. 130. 237.

De morte peregrini. Vol. 1. p. 19. 22. 354.

253. LVCIANVS MARTYR.

Epistolæ. Inter Cyprianicas.

Epist. 17. Vol. 1. p. 48. - Epist. 20. Vol. 2. p. 244.

Acta. Apud *Metaphrastem*. Vol. 6. p. 402.

CHRISTIANVS LVPVS.

Scholia in canones conciliorum. 5 vol. *Bruxel.* 1673. 4to.

Tom. 1. Vol. 4. p. 113.

Tom. 3. Vol. 3. p. 231. Vol. 6. p. 267.

In concil. Nicæn. can. 19. Vol. 1. p. 347.

Trull. can. 7. Vol. 1. p. 317. - can. 81. Vol. 6. p. 41.

1320. NICOLAVS LYRANVS.

Glossa in biblia. *Lugdun.* 1589.

In Deuter. cap. 22. Vol. 7. p. 463.

In Matth. 12. Vol. 7. p. 155.

M.

IOANNES MABILLONIVS.

De liturgia Gallicana. *Parif.* 1685. 4to.

Lib. 1. cap. 2. Vol. 6. p. 79. 372. - cap. 3. Vol. 6. p. 311.

cap. 4. Vol. 6. p. 44. 61. 362.

cap. 5. Vol. 5. p. 239. Vol. 6. p. 430. 483.

cap. 6. Vol. 6. p. 515. - cap. 9. Vol. 10. p. 16. 95.

Lib. 2. num. 5. Vol. 6. p. 176.

In notis p. 108. Vol. 6. p. 48.

Fl. an.

MAMERTVS.

De ſtatu animæ, lib. 2. cap. 10. Vol. 6. p. 106.

PETRVS DE MARCA.

De concordia ſacerdotii & imperii. *Pariſ.* 1663. *fol.*
Lib. 1. cap. 3. Vol. 1. p. 239.
Lib. 2. cap. 13. Vol. 1. p. 192.
Lib. 6. cap. 1. Vol. 1. p. 205. - cap. 4. Vol. 3. p. 394.
cap. 6. Vol. 2. p. 216.
Lib. 8. cap. 2. Vol. 2. p. 91. - cap. 3. Vol. 2. p. 94.
cap. 6. Vol. 2. p. 115. - cap. 9. Vol. 2. p. 113. 116.

Commentarius in cap. *Clericus.* Ad calcem *Antonii Auguſtini* de emendatione Gratiani. *Pariſ.* 1672. Vol. 2. p. 223. Vol. 8. p. 11. 31.

Diſſertationes de primatibus &c. *Pariſ.* 1669. 8*uo.* (*Francof.* 1708.) Vol. 1. p. 81. 213. 263. Vol. 3. p. 539. 543.

534. MARCELLINVS COMES.

Chronicon cum Euſebii chronico. *Amſtelod.* 1658. Vol. 3. p. 28. Vol. 9. p. 169.

S. MARCVS.

Liturgia ipſi adſcripta, gr. latin. In auctario bibl. patr. *Ducæano.* Tom. 2. *Pariſ.* 1624. Vol. 2. p. 38. Vol. 3. p. 250. Vol. 6. p. 491.

Paſſio. Apud *Valeſium.* Vol. 1. p. 139.

402. MARCVS GAZENSIS.

Vita Porphyrii. Apud *Baron.* ad ann. 402. Vol. 4. p. 6. 387.

MARTIALIS POETA.

Epigr. 6. de ſpectaculis. Vol. 7. p. 206.

450. MARTIANVS IMPERATOR.

Nouellæ ad codicem Theodoſianum.
Nou. 5. Vol. 2. p. 270. Nou. 8. Vol. 3. p. 101.

PETRVS MARTYR.

Loci communes. *Lond.* 1583. *fol.* (*Baſil.* 1580.)
Lib. 2. cap. 10. Vol. 9. p. 338. 345. - cap. 20. Vol. 4. p. 233.
Lib. 5. cap. 5. Vol. 7. p. 156.

MARTYROLOGIVM ROMANVM.

Cum notis *Baronii*, *Colon.* 1616. 4*to.* Vol. 3. p. 413.

MAR-

Com-

Fl. an.

Commentar. apocalypt. Vol. 3. p. 210.
Epist. 66. Vol. 5. p. 300. 302.

HVGO MENARDVS.

Notæ in sacramentar. *Gregorii. Paris.* 1641. 4to. (*Paris.* 1705. *fol.*) Vol. 2. p. 5. Vol. 3. p. 106. 285. Vol. 4. p. 348. Vol. 5. p. 14. 15. Vol. 6. p. 52. Vol. 9. p. 64.

FERDINANDVS DE MENDOZA.

Commentarius in canones concilii Illiberritani, Tom. 1. conciliorum *Labb.*
In can. 36. Vol. 3. p. 300. - can. 39. Vol. 4. p. 4.

418. MARIVS MERCATOR.

Opera, cum notis *Garnerii. Paris.* 1673. *fol.* (Cum notis *Baluzii. Paris.* 1684. 8*uo.*) Vol. 4. p. 59.

HIERONYMVS MERCVRIALIS.

De arte gymnastica. *Amstelod.* 1672. 4*to.* Vol. 4. p. 229.

IOANNES MEVRSIVS.

Glossarium græco-barbarum. *Lugdun. Batau.* 1614. Vol. 3. p. 205.

1080. MICROLOGVS.

De obseruationibus ecclesiasticis. In biblioth. patr. tom. 10. (tom. 18. edit. *Lugdun.* 1677.) Vol. 5. p. 62. Vol. 6. p. 443.

IOANNES MILLIVS.

Prolegomena in Nou. Testament. *Oxon.* Vol. 5. p. 93.

220. MINVCIVS FELIX.

Dialogus cum notis *Rigaltii. Oxon.* 1678. (Cum notis *Cellarii. Halæ* 1699. 8*uo.*)
Cap. 8. Vol. 1. p. 23. 25. Vol. 5. p. 330. - Cap. 9. Vol. 6. p. 520.
Cap. 10. Vol. 3. p. 150. 224. - Cap. 11. Vol. 10. p. 29.
Cap. 12. Vol. 10. p. 32. 59.
Cap. 22. Vol. 5. p. 82. Vol. 7. p. 443.
Cap. 27. Vol. 2. p. 20.
Cap. 29. Vol. 5. p. 37. 267. Vol. 7. p. 364.
Cap. 30. Vol. 7. p. 398. 406.
Cap. 31. Vol. 6. p. 519. Vol. 7. p. 421.

MISSALE ROMANVM.

Antwerp. 1584. (*Colon.* 1644. *fol.*) Vol. 6. p. 334. 364. 420. 498.

Fl. an.

THO-

Fl. an.

THOMAS MORTONVS.

Grand Imposture of the Church of Rome. *Lond.* 4to. Vol. 1. p. 104.
Catholick Appeal for Protestants. *Lond.* 1610. *fol.* Vol. 9. p. 177.
Apologia catholica. *Lond.* 1606. 4to. Vol. 1. p. 282.

IOANNES MOSCHVS.

Pratum spirituale, græc. lat. In auctario bibl. patr. *Ducæano*, tom. 2. *Paris.* 1624.
Cap. 18. Vol. 3. p. 18. - Cap. 29. Vol. 6. p. 402.
Cap. 57. Vol. 3. p. 18. - Cap. 79. Vol. 9. p. 235.
Cap. 129. Vol. 3. p. 18. - Cap. 176. Vol. 4. p. 162. 195.
Cap. 196. Vol. 6. p. 398. - Cap. 207. Vol. 4. p. 383.
Cap. 214. Vol. 4. p. 253. Vol. 9. p. 84.

STEPHANVS LE MOYNE.

Varia sacra, 2 vol. græc. lat. *Lugd. Batau.* 1685. 4to. Vol. 1. p. 264.

PETRVS MVLLERVS.

De osculo sancto. *Iena* 1675. 4to. Vol. 6. p. 304.

N.

GVILIELMVS DE NANGIACO.

Vita S. Ludouici. Apud *Io. Bon.* rer. liturgic. lib. 1. cap. 15. Vol. 6. p. 385.

THOMAS NAOGEORGVS.

De regno pontificio. Apud *Hospin.* de fest. christianis, Vol. 9. p. 129.

MARTINVS NAVARRVS.

Miscellanea, inter opera 6 tom. *Venet.* 1602. Vol. 2. p. 275. Vol. 6. p. 387.

GREGORIVS NAZIANZENVS. Vid. sub littera G.

1333. NICEPHORVS CALLISTVS.

Historia ecclesiastica. 2 vol. *Paris.* 1630. *fol.*
Lib. 3. cap. 29. Vol. 1 p. 145. - Lib. 7. cap. 6. Vol. 9. p. 74.
Lib. 12. cap. 34. Vol. 7. p. 448. - Lib. 13. cap. 4. Vol. 6. p. 180.
Lib. 14. cap. 43. Vol. 1. p. 79. - cap. 58. Vol. 10. p. 17.
Lib. 15. cap 22. Vol. 3. p. 140. - cap. 23. Vol. 3. p. 31. 32.
Lib. 17. cap. 25. Vol. 6. p. 399 503. - cap. 28. Vol. 9 p. 173.

Con-

Fl. an.

Contra Celsum, græc. latin. *Cantabr.* 1677. 4to.

Lib. 1. Vol. 1. p. 19. 20. 25. Vol. 5. p. 51. 71. 330. Vol. 6. p. 519.
Lib. 3. Vol. 1. p. 26. 73. Vol. 2. p. 127. 302. Vol. 5. p. 49.
Lib. 5. Vol. 1. p. 22. Vol. 2. p. 3. Vol. 5. p. 44. 73. 74. Vol. 7. p. 421.
Lib. 6. Vol. 3. p. 309. Vol. 5. p. 143. Vol. 6. p. 520.
Lib. 7. Vol. 1. p. 47. Vol. 2. p. 19. Vol. 3. p. 5. Vol. 5. p. 50. 51. Vol. 7. p. 251. 363.
Lib. 8. Vol. 2. p. 288. Vol. 3. p. 150. 224. Vol. 5. p. 44. 71. 74. 85. 320. Vol. 6. p. 312. 323. Vol. 9. p. 131.

Philocalia, ad calcem lib. contra Celsum. Vol. 9. p. 27.

416. PAVLVS OROSIVS.

Historia ecclesiastica. *Colon.* 1583. 8uo. (In biblioth. patr. tom. 6. p. 378.)

Lib. 7. cap. 33. Vol. 3. p. 42. 421.
cap. 39. Vol. 3. p. 352. - cap. 40. Vol. 3. p. 90.

OSIANDER.

In can. 4. Neocæsar. *Witteb.* 1614. Vol. 7. p. 191.

IOANNES FRIDERICVS OSTERWALDVS.

Causes of the corruption of the christians. *Lond.* 1702. 8uo. (Edit. Gallic. *a la Haye* 1721.) Vol. 2. p. 431. 436.

IOANNES HENRICVS OTHO.

Lexicon Rabbinicum Philologicum. *Geneu.* 1675. 8uo. Vol. 3. p. 441. Vol. 5. p. 122. Vol. 7. p. 115.

1144. OTHO FRISINGENSIS.

Chronicon. *Basil.* 1569. *fol.* (*Francof.* 1670. *fol.*)

Lib. 6. cap. 35. Vol. 1. p. 104. Vol. 7. p. 78.
Lib. 7. cap. 32. Vol. 3. p. 456.

P.

1280. GEORGIVS PACHYMERES.

Paraphrasis in Dionysium Areopagitam. Vol. 4. p. 22.

340. PACHOMIVS.

Regula. In biblioth. patr. tom. 15. (tom. 4. edit. *Lugd.* 1677.) Vol. 3. p. 74. 282.

Acta, cap. 77. Apud *Papebroch*, die 14 Maii. Vol. 3. p. 9.

PA-

Fl. an.

370\. **PACIANVS.**

ANTONIVS PAGIVS.

401\. **PALLADIVS.**

Fl. an.

Cap. 14. Vol. 3. p. 57. 91. - Cap. 15. Vol. 3. p. 38. 58.
Cap. 19. Vol. 6. p. 581. - Cap. 21. Vol. 3. p. 77. Vol. 5. p. 105.
Cap. 22. Vol. 3. p. 28. - Cap. 26. Vol. 10. p. 75.
Cap. 32. Vol. 3. p. 77. - Cap. 38. Vol. 3. p. 54. 80.
Cap. 39. Vol. 3. p. 74. 77. - Cap. 40. Vol 3. p. 65.
Cap. 46. Vol. 3. p. 109. - Cap. 52. Vol 3 p. 52. 80.
Cap. 83. Vol. 3. p. 77. - Cap. 96. Vol. 3. p. 77.
Cap. 104 Vol. 3. p. 282. - Cap. 119. Vol. 3. p. 239.

Vita Chrysostomi. Inter opera Chrysostomi, tom. 2. (seorsum *Lutet. Paris.* 1680. *4to.*)

Cap. 9. Vol. 4. p. 129. 255. 383. Vol. 9. p. 239. 242.
Cap. 15. Vol. 5. p. 29. - Cap. 17. Vol. 5. p. 109.
Cap. 20. Vol. 3. p. 465.

De gentibus Indiæ. *Lond.* 1668. *fol.* Vol. 3. p. 465.

1330. PETRVS PALVDANVS.

Commentarius in librum sententiarum. Vol. 6. p. 420.

IACOBVS PAMELIVS.

Liturgica, 2 vol. *Colon.* 1571. Vol. 6. p. 239.
Notæ in Cyprianum. Vol. 1. p. 180.
Notæ in Tertullianum. Vol. 9. p. 66.

PAMPHILVS MARTYR.

Apologia pro Origene. Apud *Photium* cod. 118. Vol. 1. p. 275.
Et inter opera Origen. latin. tom. 1. p. 756. Vol. 6. p. 130. 144.

GVIDO PANCIROLLVS.

Commentarius in notitiam dignitatum imperii Romani orientalis & occidentalis. *Venetiis* 1593. *fol.* (*Geneuæ* 1623. *fol.*) Vol. 3. p. 374. 412.

PANDECTAE CANONVM. Vid. BEVEREGIVS.

PANDECTAE SIVE DIGESTA IN CORPORE IVRIS CIVILIS, TOM. 1. Vid. IVSTINIANVS.

PANORMITANVS. Vid. TVDESCHVS.

DANIEL PAPEBROCHIVS.

Conatus chronico-historicus ad catalogum pontificum Romanorum. *Antwerp.* 1685. *fol.* Vol. 3. p. 353. Vol. 9. p. 138.

Fl. an.

Inter

Fl. an.

Inter epistol. Augustin. epist. 31. Vol. 6. p. 403.
epist. 35. Vol. 2. p. 104.
Inter epist. Hieronym. epist. 14. ad Celantiam. Vol. 3. p. 45.
Carm. 13. ad Cytherium. Vol. 3. p. 526.
18. Natalis 3. Felic. Vol. 3. p. 215. 243. 314.
19. Natal. 4. Felic. Vol. 2. p. 24. 25. 35.
21. Natal. 6. Felic. Vol. 3. p. 291. 347. Vol. 9. p. 149.
24. Natal. 9. Felic. Vol. 3. p. 304.
25. Natal. 10. Felic. Vol. 3. p. 304.

CAROLVS A SANCTO PAVLO.

Geographia sacra cum notis & animaduersionibus *Lucæ Holstenii*. *Amstel.* 1703. *fol.* Vol. 1. p. 264. Vol. 3. p. 69. 218. 430. & paginis sequentibus frequentissime.

PAVLVS DIACONVS.

774. Historia miscellanea. *Hamburgi* 1611. 4*to*. Vol. 3. p. 201. Vol. 9. p. 12. 174.

PAVLVS EMISENVS.

431. Homilia, in actis concilii Ephesini part. 3. cap. 31. Vol. 9. p. 69.

IOANNES PEARSONIVS.

Annales Cyprianici. *Oxon.* 1682. *fol.* (*Amstelod.* 1700. *fol.*) Vol. 1. p. 6. 160. Vol. 2. p. 178. Vol. 9. p. 153. Vol. 10. p. 11.

Vindiciæ epistolarum Ignatii. In appendice ad *Cotelerii* patres apostolicos. *Antwerp.* 1698. *fol.*

Præfat. ad lectorem. Vol. 1. p. 145.

Part. 1. cap. 9. Vol. 5. p. 216.
cap. 11. Vol. 1. p. 102. 255. 273. 324. Vol. 2. p. 93. 106. Vol. 3. p. 463.

Part. 2. cap. 8. Vol. 7. p. 416. - cap. 9. Vol. 1. p. 22.
cap. 13. Vol. 1. p. 184. 185. 269.
cap. 16. Vol. 1. p. 276. 273.

Exposition of the Creed. *Lond.* 1669. *fol.* (Latine *Francof.* ad *Viadrum* 1691. 4*to*.) Vol. 4. p. 80. 115.

Opera posthuma, nimir. Lectiones in acta apostolorum. Et de serie & successione primorum Romæ episcoporum. *Lond.* 1688. 8*uo*.

Fl. an.

40. PHILO IVDAEVS.

Opera græc. lat. *Parif.* 1640.

De vita contemplatiua. Vol. 1. p. 2. Vol. 5. p. 126.

425. PHILOSTORGIVS.

Hiftoria ecclefiaftica gr. lat. *Cantabr.* 1720. *fol.* (*Amftel.* 1695. *fol.*)

Lib. 2. cap. 13. Vol. 6. p. 407. - cap. 14. Vol. 2. p. 128.

Lib. 3. cap. 5. Vol. 6. p. 81. - cap. 13. Vol. 6. p. 33.

cap. 17. Vol. 1. p. 74. 314.

Lib. 7. cap. 3. Vol. 3. p. 262. 303.

Lib. 8. cap. 12. Vol. 7. p. 106.

Lib. 9. cap. 10. Vol. 2. p. 100. - cap. 13. Vol. 2. p. 100.

858. PHOTHIVS.

Bibliotheca, græc. latin. *Parif.* 1612. *fol.* (*Rothomagi* 1653. *fol.*)

Cod. 52. Vol. 8. p. 176. - Cod. 107. Vol. 6. p. 398.

Cod. 118. Vol. 1. p. 275. - Cod. 137. Vol. 7. p. 106.

Cod. 138. Vol. 7. p. 106. - Cod. 171. Vol. 10. p. 75.

Cod. 182. Vol. 1 p. 330. - Cod. 196. Vol. 1. p. 314. Vol. 6. p. 142.

Cod. 222. Vol. 1. p. 36. Vol. 6. p. 307.

Cod. 228. Vol. 6. p. 40. - Cod. 229. Vol. 6. p. 455.

Cod. 254. Vol. 1. p. 67. - Cod. 256. Vol. 2. p. 100.

Cod. 271. Vol. 4. p. 371. Vol. 5. p. 267.

Cod. 280. Vol. 4. p. 170. - Cod. 287. Vol. 1. p. 26.

Nomocanon, græc. lat. Apud *Iuftellum* bibl. iuris canonici tom. 2. Vol. 4. p. 214.

ELLIES DV PIN.

De antiqua ecclefiæ difciplina. *Parif.* 1686. 8*uo.* (*Parif.* 1691. 4*to.*) Vol. 1. p. 241. Vol. 3. p. 392.

Bibliotheqne, or Hiftory of ecclefiaftical Writers to the Seventeenth Century. *Lond.* 1692. *fol.* (Edit. Gallican. & priorum fæculorum Latin. 1692. 4*to.*) Vol. 1. p. 241. 254. Vol. 2. p. 129. 164. 197. Vol. 5. p. 140. 216. 266. Vol. 6. p. 53. 139. 263. 388. Vol. 7. p. 178. 181. 183. 208. Vol. 9. p. 171.

250. ACTA PIONII MARTYRIS.

Apud *Baron.* ad an. 254. Vol. 1. p. 12.

Fl. an.

196. POLYCRATES.

Fragmenta. Apud *Eusebium* in histor. ecclesiastica. Vol. 1. p. 138. Vol. 7. p. 161. Vol. 9. p. 91.

POLYDORVS VERGILIVS.

De inuentoribus rerum. *Basil.* 1540. 8uo. Liber expurgatus in indice Sotomaior. Vol. 3. p. 367. Vol. 6. p. 28. Vol. 8. p. 180.

FRANCISCVS POLYGRANVS.

Assertiones quorumdam ecclesiæ dogmatum. *Colon.* 1571. Liber prohibitus in indice Sotomaior. Vol. 8. p. 180.

IVLIANVS POMERIVS. Vid. supra sub litt. I.

LIBER PONTIFICIALIS. Vid. DAMASVS.

PONTIFICALE ROMANVM.

Paris. 1648. Cap. de ordinatione lectorum. Vol. 5. p. 110.

MATTH. POLVS.

Synopsis criticorum 5 vol. *Lond.* 1669. Vol. 5. p. 272. Vol. 7. p. 115.

430. POSSIDIVS al. POSSIDONIVS.

Vita Augustini, præfixa operibus Augustini.

Cap. 4. Vol. 2. p. 104. - Cap. 5. Vol. 1. p. 87. Vol. 6. p. 108.
Cap. 8. Vol. 1. p. 167. 189. 212. Vol. 2. p. 168.
Cap. 9. Vol. 2. p. 361. - Cap. 12. Vol. 2. p. 60.
Cap. 13. Vol. 10. p. 62. - Cap. 15. Vol. 6. p. 147.
Cap. 19. Vol. 1. p. 125. - Cap. 21. Vol. 2. p. 105.
Cap. 22. Vol. 7. p. 512. - Cap. 23. Vol. 2. p. 282.
Cap. 24. Vol. 2. p. 67. 69. 297.
Cap. 25. Vol. 2. p. 8. 294. Vol. 3. p. 29.
Cap. 27. Vol. 5. p. 242. Vol. 9. p. 336. - Cap. 28. Vol. 5. p. 185.

CHRISTOPHORVS POTTERVS.

Answer to charity mistaken. *Lond.* 1634. 8uo. Vol. 5. p. 54.

FRANCISCVS POTTERVS.

Interpretation of the Number 666. *Oxon.* 1642.

IOANNES POTTERVS.

Discourse of Church-Government. *Lond.* 1607. 8uo. Vol. 1. p. 289.

1152. POTHO PRVMIENSIS.

De statu domus Dei. *Hagenou.* 1532. 8uo. Apud *Hospin.* de festis. Vol. 9. p. 161.

Fl. an.

Fl. an.

Notæ in Minuc. Felic. cap. 8. Vol. 1. p. 25.
Tertullian. apologet. cap. 30. Vol. 5. p. 138.

GEORGIVS RITTERSHVSIVS.

De iure asylorum. Inter criticos Londinenses.
Cap. 3. Vol. 3. p. 357. - Cap. 6. Vol. 3. p. 362.
Cap. 8. Vol. 3. p. 364.

ANDREAS RIVETVS.

Opera, 3 vol. *Amstelod.* 1651. *fol.*
In genes. 14. exercitat. 80. Vol. 2. p. 283.
47. exercitat. 172. Vol. 10. p. 22.
Criticus sacer. *Geneuæ* 1626. 8*uo*. (In operibus.)
Lib. 3. cap. 4. Vol. 4. p. 115. - cap. 5. Vol. 9. p. 171.
Synopsis purioris theologiæ. *Lugdun. Batauor.* 1632. 8*uo*. (*Lugd. Batau.* 1643.)
Disputat. 44. Vol. 4. p. 212. - Disp. 48. Vol. 7. p. 156.

IOANNES ROFFENSIS BVCKERIGIVS. Vid. sub litt. B.

IOANNES ROFFENSIS al. FISCHER. Vid. sub litt. F.

IOANNES ROSINVS.

Antiquitates Romanæ cum paralipomenis Dempsteri. *Col.* 1620. 4*to*.
Lib. 3. cap. 31. Vol. 10. p. 71.
Lib. 5. cap. 37. Vol. 9. p. 342. - cap. 39. Vol. 10. p. 54. 74.

RVFFINVS.

390. Historia ecclesiastica. *Basil.* 1549. *fol.* (In operibus. *Paris.* 1580. *fol.*)
Lib. 1. cap. 3. Vol. 3. p. 114. - cap. 5. Vol. 2. p. 410.
cap. 6. Vol. 3. p. 387.
cap. 9. Vol. 1. p. 45. Vol. 2. p. 109. Vol. 3. p. 158. 462.
cap. 10. Vol. 3. p. 159. 465. - cap. 12. Vol. 5. p. 289.
cap. 14. Vol. 5. p. 157. - cap. 15. Vol. 10. p. 37.
Lib. 2. cap. 6. Vol. 3. p. 460. - cap. 9. Vol. 1. p. 188. Vol. 6. p. 146.
cap. 16. Vol. 5. p. 289. - cap. 23. Vol. 3. p. 169.
cap. 28. Vol. 3. p. 166. - cap. 30. Vol. 3. p. 350.
Commentar. in Hoseæ cap. 2. (Inter opera) Vol. 9. p. 32.
Expositio symboli. Inter opera Cypriani. *Oxon.* 1682. (Inter ipsius *Ruffini* opera edit. cit.) Vol. 1. p. 120. Vol. 4. p. 64. 69. 70. 102. Vol. 6. p. 93.

In

Fl. an.

In lib. 3. epist. 3. Vol. 10. p. 49. - epist. 12. Vol. 10. p. 4.
lib. 4. epist. 3. Vol. 6. p. 55. - epist. 15. Vol. 3. p. 325.
epist. 24. Vol. 2. p. 414.
lib. 5. epist. 14. Vol. 5. p. 24. - epist. 17. Vol. 5. p. 296.
lib. 6. epist. 1. Vol. 1. p. 77. - epist. 3. Vol. 1. p. 137. 416.
lib. 8. epist. 11. Vol. 1. p. 135. - lib. 9. epist. 3. Vol. 3. p. 40.

CHRONICON SAXONICVM. Vid. sub littera C.

IOSEPHVS SCALIGER.

De emendatione temporum. *Geneuæ* 1629. (Et *Lutet. Paris.* 1583. *fol.*) Vol. 5. p. 142. Vol. 9. p. 89. 103. 233.
Castigationes in Eusebii chronicon cum canonibus isagogicis &c. *Amstelod.* 1658. *fol.* Vol. 1. p. 3.

EMANVEL a SCHELSTRATE.

Sacrum concilium Antiochenum restitutum. *Antwerp.* 1681. 4*to.* Vol. 2. p. 2. 4. 16. 93. 394. Vol. 3. p. 205. 230. 269. 441. 567. Vol. 4. p. 91. 113. 116. 242. Vol. 5. p. 5. Vol. 6. p. 347. 349. 464. Vol. 8. p. 30. 76.
De disciplina arcani. *Rom.* 1685. 4*to.* Vol. 3. p. 301. Vol. 6. p. 267.
Dissertation of Patriarchal and Metropolitical Power against Stillingfleet. *Lond.* 1688. 4*to.* Vol. 3. p. 393. 401. 403. 404.
Ecclesia Africana. *Paris.* 1679. 4*to.* Vol. 2. p. 162.

ABRAHAMVS SCVLTETVS.

Medulla patrum, 2 vol. *Amberg.* 1613. 4*to.* Vol. 4. p. 230.

202. ACTA MARTYRVM SCYLLITANORVM.

Apud *Baron.* ad an. 202. Vol. 7. p. 363.

434. COELIVS SEDVLIVS.

Mirabilium diuinorum libri, paschale carmen dicti. Biblioth. patr. tom. 8. (Cum notis *Cellarii. Halæ Magdeburgicæ* 1704. 8*uo.*) Vol. 8. p. 236.
In epist. 1. ad Corinth. cap. 7. Vol. 9. p. 285.

IOANNES SELDENVS.

Vxor hebraica. *Lond.* 1646. 4*to.* (*Francofurti* 1673. 4*to.*)
Lib. 2. cap. 14. Vol. 9. p. 319. - cap. 24. Vol. 9. p. 343.
cap. 25. Vol. 9. p. 320. - cap. 28. Vol 9. p. 335.
cap. 29. Vol. 9. p. 332. 333. 340. - cap. 30. Vol. 9. p. 313.

cap.

Lib.

Epist.

Fl. an.

cap.

Fl. an.

cap. 23. Vol. 1. p. 5. 83. Vol. 2. p. 135. Vol. 3. p. 45. 60. 65. 127. Vol. 7. p. 168. 502.
cap. 24. Vol. 3. p. 166. - cap. 26. Vol. 1. p. 188. Vol. 10. p. 60.
cap. 27. Vol. 2. p. 19. - cap. 28. Vol. 9. p. 98.
cap. 29. Vol. 2. p. 101. 183. 224.
cap. 30. Vol. 1. p. 153. - cap. 31. Vol. 7. p. 426.
cap. 33. Vol. 5. p. 93. - cap. 36. Vol. 3. p. 461.
Lib. 5. cap. 4. Vol. 4. p. 65.
cap. 8. Vol. 1. p. 154. 238. 244 Vol. 4. p. 384.
cap. 9. Vol. 10. p. 60. - cap. 14. Vol. 1. p. 131.
cap. 16. Vol. 2. p. 275. - cap. 19. Vol. 6. p. 538. Vol. 8. p. 153.
cap. 19. Vol. 9. p. 98.
cap. 22. Vol. 1. p. 87. 88. Vol. 2. p. 32. 41. 165. Vol. 3. p. 175. Vol. 4. p. 208. 250. Vol. 5. p. 283. 285. 300. Vol. 6. p. 387. 413. 514. 575. 577. Vol. 7. p. 448. Vol. 9. p. 54. 64. 183. 214.
cap. 24. Vol. 4. p. 178.
Lib. 6. Proœmium. Vol. 1. p. 140.
cap. 2. Vol. 1. p. 148. Vol. 2. p. 97.
cap. 4. Vol. 2. p. 77. Vol. 6. p. 198.
cap. 5. Vol. 3. p. 194. 363. Vol. 6. p. 180.
cap. 7. Vol. 2. p. 69. Vol. 5. p. 332.
cap. 8. Vol. 1. p. 188. Vol. 4. p. 277. Vol. 5. p. 22. 30. 128. 285. 291. 331. Vol. 6. p. 15. 17. 577. Vol. 9. p. 54.
cap. 9. Vol. 1. p. 293. Vol. 8. p. 32.
cap. 11. Vol. 1. p. 152. - cap. 12. Vol. 2. p. 175. 202.
cap. 14. Vol. 2. p. 176. - cap. 15. Vol. 2. p. 132.
cap. 21. Vol. 2. p. 297. Vol. 8. p. 176.
cap. 22. Vol. 1. p. 181. Vol. 2. p. 418.
Lib. 7. cap. 2. Vol. 1. p. 87. Vol. 2. p. 77. Vol. 6. p. 146.
cap. 3. Vol. 1. p. 253.
cap. 5. Vol. 5. p. 290. Vol. 6. p. 74. Vol. 9. p. 241.
cap. 7. Vol. 1. p. 105. 158. Vol. 2. p. 276.
cap. 12. Vol. 2. p. 331. Vol. 6. p. 501. Vol. 7. p. 120.
cap. 13. Vol. 1. p. 104. - cap. 15. Vol. 3. p. 331.
cap. 17. Vol. 1. p. 131. Vol. 3. p. 257. Vol. 4. p. 27.

Fl. an.

HEN-

Fl. an.

HENRICVS STEPHANVS.

Thefaurus græcæ-linguæ, 4 vol. *fol.* Vol. 6. p. 19.

PVBL. PAPINIVS STATIVS.

Poëmata. *Amftelod.* 1630.
Siluar. lib. 4. Vol. 9. p. 4.

EDVARDVS STILLINGFLEETVS.

Origines Britannicæ. *Lond.* 1685. *fol.*
Cap. 4. Vol. 5. p. 14. 15. 284. Vol. 6. p. 7. 49. 51. 58. 70. 85. 274.
Cap. 5. Vol. 3. p. 400. (468.
Unreafonablenefs of Separation. *Lond.* 1682. 4*to.* Vol. 1. p. 213. Vol. 2. p. 95. 116. 118. Vol. 3. p. 417. 420. 453. Vol. 6. p. 227.
Irenicum. *Lond.* 1662. 4*to.* Vol. 1. p. 94. 293. 294.
Defence of the Charge of Idololatry &c. *Lond.* 1676. 8*uo.* Vol. 3. p. 308. Vol. 5. p. 83. Vol. 8. p. 31.
Anfwer to Creffy's Apologetical Epiftle. *Lond.* 1675. 8*uo.* Vol. 3. p. 399. Vol. 9. p. 100. 103.

STRABO.

Geographia, græc. latin. cum notis *Cafauboni.* *Parif.* 1620. *fol.* (*Amftelod.* 1707. *fol.*)
Lib. 12. Vol. 3. p. 466. 467. 469. 476.
Lib. 13. Vol. 3. p. 491. - Lib. 16. Vol. 3. p. 447.
Lib. 17. Vol. 3. p. 428. 448. 465.

WALAFRIDVS STRABO.

De rebus ecclefiafticis. Bibl. patr. tom. 10. (tom. 15. edit. *Lugd.* 1677.)
Cap. 4. Vol. 3. p. 173. 176. - Cap. 18. Vol. 6. p. 262.
Cap. 22. Vol. 6. p. 58. - Cap. 25. Vol. 6. p. 12. 30. 32.
Cap. 26. Vol. 4. p. 336. 342. - Cap. 27. Vol. 9. p. 253.
Cap. 28. Vol. 5. p. 25. 27.

IOANNES GVILIELMVS STVCKIVS.

Antiquitates conuiuales. *Amftel.* 1695. *fol.* Vol. 7. p. 458.

CAIVS SVETONIVS TRANQVILLVS.

Cæfarum 12 vitæ, & alia quæ exftant. (Edit. *Hartnacc. Drefdæ* 1695. 12*mo.*)
Vita Iul. Cæfaris, Cap. 52. Vol. 7. p. 428.

Vita

Epist.

Fl. an.

Fl. an.

Fl. an.

67. **ACTA THECLAE.**

303. **ACTA THELICAE.**

Fl. an.

Epiſt.

THE-

Fl. an.

THEODOSIVS IMPERATOR.

Codex cum commentariis *Iacobi Gothofredi* 6 vol. *Lugd.* 1665 *fol.*

Tom. I.

Lib. I. tit. 3. de paganis. leg. 25. Vol. 3. p. 324.
tit. 12. de assessoribus, domesticis & cancellariis, Vol. 2. p. 65.
Lib. 2. tit. 1. de iurisdictione. leg. 9. Vol. 7. p. 481.
tit. 8. de feriis. leg. 1. Vol. 9. p. 16. 19. 114.
leg. 2. Vol. 9. p. 2. 9. 13. 16. 85. 88. 118. 233.
tit. 9. de pactis. leg. 4. Vol. 7. p. 482. leg. 8. Vol. 7. p. 354. 368.
tit. 10. de postulando. leg. 1. Vol. 7. p. 480.
tit. 21. de inofficiosis dotalibus. Vol. 9. p. 322.
tit. 33. de vsuris. leg. 1. Vol. 2. p. 321. 322. leg. 3. Vol. 2. p. 324.
Lib. 3. tit. 3. de patribus, qui filios distraxerunt. leg. 1. Vol. 7. p. 380.
tit. 5. de sponsalibus &c. Vol. 9. p. 314.
leg. 1. Vol. 9. p. 318. leg. 2. Vol. 9. p. 317. 321.
leg. 3. Vol. 9. p. 318. leg. 4. Vol. 9. p. 324.
leg. 5. Vol. 9. p. 317. 321. leg. 6. Vol. 9. p. 315. 325.
leg. 7. Vol. 9. d. 325. leg. 8. Vol. 9. p. 318.
tit. 6. Si prouinciæ rector &c. leg. 1. Vol. 9. p. 297.
tit. 7. de nuptiis. Vol. 9. p. 314. leg. 1. Vol. 7. p. 383. Vol. 9. p. 295. 323. leg. 2. Vol. 9. p. 288. leg. 3. Vol. 9. p. 327.
tit. 8. de secundis nuptiis. leg. 1. Vol. 9. p. 298.
tit. 10. Si nuptiæ ex rescripto petantur. leg. 1. Vol. 7. p. 423.
tit. 11. Si quis nuptias inuitæ petat. leg. 1. Vol. 9. p. 297.
tit. 12. de incestis nuptiis. leg. 2. Vol. 7. p. 422. Vol. 9. p. 19.
leg. 3. Vol. 7. p. 423.
tit. 13. de dotibus. Vol. 9. p. 322.
tit. 16. de repudiis. leg. 1. Vol. 7. p. 431. 446. Vol. 9. p. 302. 356. Vol. 10. p. 88. leg. 2. Vol. 9. p. 307. 359.
Lib. 5. tit. 3. de bonis clericorum. leg. 1. Vol. 2. p. 273.
tit. 7. de expositis. leg. 1. Vol. 7. p. 407. leg. 2. ibid.
tit. 8. de his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint. leg. 1. Vol. 7. p. 380.

Tom. 2.

Lib. 6. tit. 2. de episcopis. leg. 39. Vol. 7. p. 371.
tit. 4. de prætoribus. leg. 29 & 30. Vol. 9. p. 10.

Fl. an.

Ca-

Fl. an.

Notæ in historiam ecclesiasticam *Theodoreti.* ibid.
In lib. 1. cap. 8. Vol. 4. p. 67. - cap. 9. Vol. 2. p. 197.
cap. 26. Vol. 1. p. 337.
lib. 2. cap. 13. Vol. 6. p. 19. - cap. 24. Vol. 6. p. 32.
cap. 27. Vol. 4. p. 252. Vol. 5. p. 249.
lib. 4. cap. 5. Vol. 1. p. 134.
Notæ in historiam ecclesiasticam *Euagrii.* ibid.
In lib. 1. cap. 15. Vol. 2. p. 122.
lib. 2. cap. 8. Vol. 3. p. 331.
Notæ in historiam ecclesiasticam *Philostorgii.* ibid.
In lib. 7. cap. 3. Vol. 3. p. 261.
Notæ in historiam ecclesiasticam *Theodori Lectoris.* ibid.
In lib. 1. Vol. 3. p. 140.
lib. 2. Vol. 3. p. 306. 458. Vol. 4. p. 112.
Epistola de Anastasi & martyrio Hierosolymitano. Ad calcem *Eusebii.* Vol. 3. p. 127. 330. Vol. 4. p 254.
Dissertatio de martyrologio Romano. Ad calcem *Eusebii.* Vol. 9. p. 137.

M. TERENTIVS VARRO.

De lingua latina, cum notis *Scaligeri. Paris.* 1585. 8*uo.*
Lib. 5. Vol. 10. p. 5. - Lib. 8. Vol. 7. p. 455.

NICOLAVS VEDELIVS.

Exercitationes in *Ignatium. Geneu.* 1623. 4*to.*
In epist. ad Magnesian c. 4. Vol. 3. p. 141.

FLAVIVS VEGETIVS.

De re militari. *Lugdun. Batau.* 1592. 8*uo.* (Lat. germ. *Francof.* ad *Mœnum* 1616. *fol.*)
Lib. 2. cap. 5. Vol. 7. p. 356.

VENANTIVS FORTVNATVS. Vid. sub litt. F.

POLYDORVS VERGILIVS. Vid. sub litt. P.

IOSEPHVS VICECOMES.

De ritibus baptismi. *Paris.* 1618. 4*to.*
Lib. 1. cap. 7. Vol. 3. p. 259. - cap. 9. Vol. 3. p. 261.
cap. 25. Vol. 4. p. 248. Vol. 9. p. 120.
Lib. 2. cap. 20. Vol. 4. p. 269. - cap. 27. Vol. 4. p. 281.

VIN-

Fl. an.

Fl. an.

WALTERVS AVRELIANENSIS.

Capitula cum notis *Cellotii*, tom. 8. conciliorum. Vol. 6. p. 396.

BRIANVS WALTONVS.

Prolegomena siue apparatus ad polyglott. *Tigur.* 1673. *fol.* Vol. 5. p. 93. Vol. 6. p. 102.

RICHARDVS WATSONVS.

De antiqua libertate ecclesiæ Britannicæ. *Lond.* 1687. 8*uo*. Vol. 3. p. 399.

WERNDLY.

Notes on the Tigurine Liturgy. *Lond.* 1693. 8*uo*.

1480. WESSELVS GRONINGENSIS.

Apud *Illyricum* catal. test. veritatis. p. 1918. Vol. 7. p. 445.

EDVARDVS WETTENHALLVS.

Gift of Singing. *Lond.* 8*uo*. Vol. 5. p 130. Vol. 6. p. 29. 49.

Gift of Prayer. ibid. Vol. 6. p. 152.

Duty of preaching. Vol. 6. p 132. 175.

HENRICVS WHARTONVS.

Appendix ad *Cauei* histor. litterar. *Lond.* 1689. *fol.* (*Geneu.* 1693. *fol.*) Vol. 3. p. 275. Vol. 4. p. 68.

Auctarium historiæ dogmaticæ *Iacobi Vsserii*. *Lond.* 1690. 4*to*. Vol. 5. p. 107. Vol. 9. p. 250.

Discourse of Pluralities. *Lond.* 1703. 8*uo*. Vol. 3. p. 603.

ABRAHAMVS WHEELOCKIVS.

Notæ in *Bedæ* historiam. Vol. 3. p. 597.

GVILIELMVS WHITAKERVS.

De conciliis. *Herborn.* 1601. 8*uo*. Vol. 1. p. 282.

DANIEL WHITBY.

Idololatry of Host-Worship. *Lond.* 1671. 8*uo*. Vol. 6. p. 427. 472.

IOANNES WHITGIFT.

Opera Anglicana. *Lond.* 1674.

Defence. Vol. 4. p. 162.

Protest. Reconcil. Vol. 7. p. 156.

IOANNES WOLFIVS.

Lectiones memorabiles. *Francof.* 1672. *fol.* Vol. 4. p. 185.

XYLAN-

INDEX TERTIUS
CONCILIORUM ALPHABETICUS ET CHRONOLOGICUS CUM NUMERO CANONUM.

A. D. A.

506. AGATHENSE IN GALLIA. CANONES XLVIII. al. LXXI.

A. D.

Can. 3. Vol. 1. p. 98. Vol. 2. p. 388. Vol. 7. p. 92. Vol. 8. p. 104.
Can. 4. Vol. 2. p. 379. Vol. 7. p. 92. Vol. 8. p. 72.
Can. 5. Vol. 7. p. 64. Vol. 8. p. 9.
Can. 6. Vol. 1. p. 51. Vol. 7. p. 89.
Can. 7. Vol. 1. p. 108. Vol. 2. p. 206. Vol. 8. p. 33.
Can. 8. Vol. 1. p. 105. 196.
Can. 9. Vol. 1. p. 90. 211. 223. 227. Vol. 3. p. 383. 410. 414. 563.
Can. 10. Vol. 1. p. 194. 195. Vol. 2. p. 24. Vol. 3. p. 563. Vol. 8 p. 105.
Can. 11. Vol. 8. p. 75. 94. - Can. 12. Vol. 1. p. 68. Vol. 8. p. 75.
Can. 16. Vol. 1. p. 192. Vol. 2. p. 111.
Can. 17. Vol. 2. p. 108. 193. - Can. 18 Vol. 2. p. 108.
Can. 19. Vol 8. p. 56. - Can. 20. Vol. 1. p. 225.
Can. 21. Vol. 2. p. 111. 393. Vol. 7. p. 291. 328.
Can. 22. Vol. 2. p. 175. - Can. 23. Vol. 8. p. 61.
Can. 24. Vol 1. p. 109. Vol. 2. p. 329. - Can. 25. Vol. 1. p. 109.
In concilio Chalced. act 14. Vol. 1. p 233.
Epiſtol, ſynodic. Apud *Euſeb.* lib. 7. cap. 30. Vol. 2 p. 340. Vol. 4. p. 65. Vol. 5. p 43. 149. Vol. 6. p. 196. Vol. 7. p. 4.

341. ANTIOCHENVM IN ENCAENIIS.

Cuius 25 canones inſerti ſunt in codicem canonum eccleſiæ vniuerſæ Vid. in indice auctor. ſub litt. C. & *Iuſtellus*.

578. ANTISSIODORENSE IN GALLIA. CAN. XLV.

Can. 1. Vol. 9. p. 8. - Can. 2. Vol. 9. p. 87.
Can. 6. Vol. 4 p. 357. - Can. 8. Vol. 6. p. 276.
Can. 12. Vol. 6. p. 425. Vol. 10. p 64.
Can. 16. Vol. 9. p. 25. - Can. 17. Vol. 10. p. 83.
Can. 18. Vol. 3. p. 260. Vol. 4. p. 208. 250. 335.
Can. 19. Vol. 6. p 514. - Can. 21. Vol. 1. p. 359.
Can. 25. Vol 4. p. 298. - Can. 27. Vol. 7. p. 419.
Can. 28. Vol. 7. p. 420. - Can. 29. Vol. 7. p. 420.
Can. 30. Vol. 7. p. 420. - Can. 33. Vol. 8. p. 98.
Can. 34. Vol. 8. p. 98. - Can. 36. Vol. 6. p. 482.
Can. 42. Vol. 6. p. 482.

788. AQVISGRANENSE IN GERMANIA, CAN. LXXXII.

Can. 70. Vol. 6. p. 587.

Can. 14.

A. D.

Can. 14. Vol. 2. p. 319. - Can. 15. Vol. 6. p. 427. Vol. 8. p. 107.
Can. 16. Vol. 8. p. 223. - Can. 17. Vol. 4. p. 180. Vol. 8. p. 201. 221.
Can. 18. Vol 1. p. 225. - Can. 19. Vol. 8. p. 103.
Can. 21. Vol. 8. p. 126. 159.
Can. 22. Vol. 7. p. 127. Vol. 8. p. 126.
Can 23. Vol. 7. p. 252. - Can. 24. Vol. 7. p. 510.
Can. 25. Vol 2. p. 124. - Can. 27. Vol. 4. p. 359.
Can. 30. Vol. 7. p. 96. - Can. 31. Vol. 7. p. 413.
Can. 36. Vol. 2. p 117. - Can. 54. Vol. 2. p. 114.

813. **ARELATENSE SVB CAROLO MAGNO. CAN. XXVI.**

Can. 16. Vol. 9. p. 26. - Can. 21. Vol. 10. p. 18.
Arelatense apud *Gratianum.* Can. 6. Vol. 9. p. 322.

535. **ARVERNENSE I. IN GALLIA. CAN. XVI.**

Can. 6. Vol. 7. p. 276.

549. **ARVERNENSE II. CAN. XVI.**

Can. 2. Vol. 7. p. 173.

670. **AVGVSTODVNENSE IN GALLIA. CAN. XV.**

Can. 15. Vol. 4. p. 117.

511. **AVRELIANENSE I. IN GALLIA. CAN. XXXI.**

Can. 2. Vol. 3. p. 367. - Can. 4. Vol. 2. p. 146.
Can. 10. Vol. 2. p. 200. - Can. 11. Vol. 8. p. 159.
Can. 16. Vol. 6. p. 262. - Can. 17. Vol. 2. p. 287. Vol. 6. p. 262.
Can. 19. Vol. 1. p. 102. - Can. 21. Vol. 3. p. 93.
Can. 27. Vol. 5. p. 25. - Can. 28. Vol. 6. p. 377.
Can. 30. Vol. 7. p. 241. 243.

533. **AVRELIANENSE II. CAN. XXI.**

Can. 3. Vol. 7. p. 322. - Can. 7. Vol. 3. p. 397.
Can. 12. Vol. 6. p. 518. Vol. 9. p. 151.
Can. 14. Vol. 6. p. 256. - Can. 15. Vol. 10. p. 89.
Can. 18. Vol. 1. p. 357. Vol. 9. p. 288.
Can. 20. Vol. 8. p. 82. - Can. 27. Vol. 9. p. 25.

538. **AVRELIANENSE III. CAN. XXXIII.**

Can. 6. Vol. 8. p. 63.
Can. 7. Vol. 2. p. 192. Vol. 8. p. 13.
Can. 8. Vol. 8. p. 13. - Can. 13. Vol. 7. p. 276.

A. D.

570. MARTINI BRACARENSIS COLLECTIO CANONVM EX SYNODIS GRAECIS. CAPIT. LXXXV.

Cap. 26. Vol. 8. p. 13. - Cap. 48. Vol. 9. p. 312.
Cap 51. Vol. 4. p. 358. - Cap. 52. Vol. 4. p. 347. 366.
Cap. 55. Vol. 6. p. 275. - Cap. 57. Vol. 5. p. 256.
Cap. 64. Vol. 5. p. 306. - Cap. 66. Vol. 5. p. 14.
Cap. 72. Vol. 7. p. 257. - Cap. 81. Vol. 8. p. 178.
Cap. 82. Vol. 8. p. 183. - Cap. 83. Vol. 6. p. 374.

C.

650. CABILLONENSE I. IN GALLIA. CAN. XX.

Can. 10. Vol. 8. p. 57. - Can. 11. Vol. 2. p. 208.
Can. 19. Vol. 9. p. 151.

813. CABILLONENSE II. SVB CAROLO MAGNO. CAN. LXVI.

Can. 1. Vol. 2. p. 350. - Can. 3. Vol. 5. p. 106.
Can. 16. Vol. 3. p. 333.

381. CAESARAVGVSTANVM IN HISPANIA. CAN. VIII.

Can. 2. Vol. 7. p. 377. Vol. 9. p. 38. - Can. 3. Vol. 6. p. 416.
Can. 5. Vol. 7 p. 90. - Can. 8. Vol. 3. p. 101.

256. CARTHAGINENSE SVB CYPRIANO PRO REBAPTIZANDIS HAERETICIS.

Vol. 1. p. 71. 80. 122. Vol. 4. p. 23. 139. 314. 351. 405. Vol. 8. p. 190.

348. CARTHAGINENSE I. SVB GRATO. CAN. XIV.

Can. 2. Vol. 8. p. 84. - Can. 3. Vol. 2. p. 336. 340.
Can. 5. Vol. 2. p. 174. 389. 390.
Can. 6. Vol. 2. p. 405. Vol. 8. p. 70.
Can. 7. Vol. 1. p. 108. Vol. 2. p. 205. Vol. 8. p. 33.
Can. 8. Vol. 2. p. 151. - Can. 9. Vol. 2. p. 60. 150.
Can. 11. Vol. 1. p. 99. 223
Can. 13. Vol. 2. p. 319. 320. Vol. 7. p. 482.
Can. 14. Vol. 7. p. 391. Vol. 8. p. 66.

390. CARTHAGINENSE II. SVB GENETHLIO. CAN. XIII.

Can. 3. Vol. 4. p. 357. Vol. 8. p. 231. - Can. 4. Vol. 8. p. 231.
Can. 5. Vol. 1. p. 176. - Can. 6. Vol. 2. p. 211.
Can. 7. Vol. 7. p. 92.

Can. 8.

A. D.

Can. 8.

Act. 2.

A. D.

A. D.

A. D.

M.

N.

NAR-

A. D.

589. NARBONENSE IN GALLIA. CAN. XV.

Can. 12. Vol. 5. p. 251.

314. NEOCAESARIENSE IN PONTO. CAN. XV.

Can. 1. Vol. 2. p. 165. Vol. 8. p. 6. 90.
Can. 2. Vol. 7. p. 422. Vol. 8. p. 161.
Can. 3. Vol. 7. p. 436. - Can. 4. Vol. 7. p. 150. 521.
Can. 5. Vol. 3. p. 114. Vol. 4 p. 17. 19. Vol. 6. p. 217.
Can. 7. Vol. 6. p. 423. Vol. 7. p. 436. Vol. 9. p. 338.
Can. 8. Vol. 2. p. 127. 165. 314. Vol. 7. p. 417. 432. Vol. 8 p. 92.
Can. 9. Vol. 2. p. 126. Vol. 7. p. 415. Vol. 8. p. 40. 54.
Can. 10. Vol. 8. p. 39. - Can. 11. Vol. 1. p. 142.
Can. 12. Vol. 2. p. 136. Vol. 4. p. 335. 382.
Can. 13. Vol. 1. p. 197. Vol. 3. p. 563. 593. 596. 601.
Can. 14. Vol. 1. p. 194. 197. Vol. 4. p. 40.
Can. 15. Vol. 1. p. 323.
In ſubſcript. Vol. 1. p. 197.

325. NICAENVM I. GENERALE CONTRA ARIVM. CAN. XX.

Can. 1. Vol. 2. p. 132. Vol. 7. p. 401. Vol. 8. p. 59.
Can. 2. Vol. 2. p. 126. Vol. 8. p. 9.
Can. 3. Vol. 1. p. 48. Vol. 2. p. 337.
Can. 4. Vol. 1. p. 162. 219. Vol. 2. p. 105.
Can. 5. Vol 1. p. 97. 100. 225. Vol. 7. p. 89. 94. 323.
Can. 6. Vol. 1. p. 206. 219. 221. 240. Vol. 3. p. 392.
Can. 7. Vol. 1. p. 217.
Can. 8. Vol. 1. p. 95. 181. 192. Vol. 2. p. 137. 201. Vol. 3. p. 564. Vol. 7. p. 306. 439. Vol. 8. p. 36. 39. 225. Vol. 9. p. 281.
Can. 9. Vol. 8. p. 55 63.
Can. 10. Vol. 2. p. 128. Vol. 8. p. 35. 55. 63.
Can. 11. Vol. 1. p. 32. Vol. 3. p. 191. 195. Vol. 5. p. 7. Vol. 6. p. 226. 257. 572. Vol. 7. p. 200. Vol. 8. p. 111. 113. 115.
Can. 12. Vol. 4. p. 230. Vol. 8. p. 111. 177.
Can. 13. Vol. 6. p. 404. 572. Vol. 8. p. 163. 173.
Can. 14. Vol. 4. p. 19. 40 Vol. 6. p. 217.
Can. 15. Vol. 2. p. 393. Vol. 7. p. 328.
Can. 16. Vol. 1. p. 50 51. Vol. 2. p. 174. 389. Vol. 8. p. 56.
Can. 17. Vol. 1. p. 50. 51. Vol. 2. p. 318. 320.

A. D.

Can. 12. Vol. 5. p. 179. Vol. 6. p. 25. 30. 54. Vol. 7. p. 391.
Can. 13. Vol. 5. p. 165. 346. Vol. 6. p. 37. 47. Vol. 8. p. 67.
Can. 14. Vol. 6. p. 12. 30. Vol. 8. p. 67.
Can. 15. Vol. 6. p. 6. Vol. 8. p. 67. - Can. 16. Vol. 6. p. 67.
Can. 17. Vol. 6. p. 429. Vol. 8. p. 68.
Can. 18. Vol. 3. p. 211. Vol. 6. p. 360. Vol. 7. p. 322.
Can. 19. Vol. 1. p. 142. - Can. 20. Vol. 1. p. 325.
Can. 24. Vol. 2. p. 9. - Can. 25. Vol. 2. p. 350.
Can. 28. Vol. 5. p. 252. Vol. 7. p. 318.
Can. 30. Vol. 7. p. 359. - Can. 31. Vol. 8. p. 98.
Can. 39. Vol. 6. p. 108. - Can. 40. Vol. 1. p. 312. Vol. 5. p. 252.
Can. 41. Vol. 2. p. 417. Vol. 3. p. 51. - Can. 44. Vol 7. p. 389.
Can. 45. Vol. 7. p. 314. - Can. 48. Vol. 3. p. 49.
Can. 52. Vol. 7. p. 372. - Can. 55. Vol. 3. p. 94.
Can. 56. Vol. 4. p. 221. - Can. 57. Vol. 4. p. 136.
Can. 62. Vol 9. p. 353. - Can. 63. Vol. 4. p. 209. Vol. 7. p. 270.
Can. 74. Vol. 7. p. 358.

636. TOLETANVM V. CAN. IX.

Can. 1. Vol. 5. p. 26. Vol. 9. p. 252.
Can. 2. Vol. 7. p. 358. 389.
Can. 3. Vol. 7. p. 389. - Can. 4. Vol. 7. p. 389.
Can. 5. Vol. 7. p. 390. - Can. 7. Vol. 7. p. 390.

638. TOLETANVM VI. CAN. XIX.

Can. 2. Vol. 5. p. 26. Vol. 9. p. 252.
Can. 17. Vol. 7. p. 390. - Can. 18. Vol. 7. p. 390.

646. TOLETANVM VII. CAN. VI.

Can. 2. Vol. 6. p. 514.

653. TOLETANVM VIII. CAN. XII.

Can. 2. Vol. 7. p. 359. 367.
Can. 3. Vol. 7. p. 323. - Can. 9. Vol. 9. p. 209.

656. TOLETANVM X. CAN. VII.

Can. 2. Vol. 7. p. 390. - Can. 3. Vol. 8. p. 61.

775. TOLETANVM XI. CAN. XVI.

Can. 3. Vol. 1. p. 230. - Can. 6. Vol. 8. p. 99.
Can. 8. Vol. 7. p. 322. 325. - Can. 11. Vol. 6. p. 404.
Can. 12. Vol. 6. p. 255. Vol. 8. p. 229.

TO-

Can. 57.

SOLI DEO GLORIA.

CORRIGENDA.

Vol. I. Pag. 2. not. (*a*) lin. 1. legend. XXIX. Ibid. ἐπειδὴ. P. 14. lin. 5. leg. impulſore. P. 22. lin. 21. leg. acriter. P. 34. (*w*) lin. 1. leg. imp. P. 44. (*c*) Hieronym. add. contr. Lucifer. P. 70. (*a*) leg. Ep. LXXV. Ibid. MDCLXVI. P. 71. (*c*) pro *Id.* leg. Hieron. P. 80. lin. 8. l. iſtarum. Ibid. (*g*) XXXII. P. 91. (*c*) Apol. II. P. 106. (*c*) Sulpic. P. 107. (*g*) lin. 5. Loayſa. P. 131. (*d*) leg. Nepotianum. P. 134. (*l*) lin. 3. ἱερεῖ. P. 178. (*t*) dele †. P. 231. (*m*) lin. 4. del. †. P. 233. lin. 10. leg. ipſi. P. 273. (*) Orig. in Ioan. P. 284. (*x*) poſt Ancyran. add. can. 13. P. 301. (*c*) c. CI. P. 303. (*i*) XLVIII. P. 330. (*m*) Cornel. P. 339. lin. 24. παρόδῳ. P. 343. lin. 8. viduas.

Vol. II. Pag. 5. (*p*) mirifico. P. 91. (*f*) Maſon's. P. 112. lin. 3. hic. P. 124. (*w*) XCIII. P. 169 (*d*) nouell. C. P. 171. (*b*) 1620. P. 179. lin. 35. apoſtoli. (*m*) lin. 1. 1155. P. 224. (*k*) nouell. V. P. 233. (*r*) lib. XIV. P. 249. (*c*) decurionibus. P. 318. (*e*) can. XVII. P. 321. (*t*) Pſalm. XIV. tom. 1.

Vol. III. Pag. 3. (*d*) Celſ. lib. V. P. 47. (*u*) add. lib. II. P. 72. (*a*) lin. 5. Cap. XXVI. P. 109. lin. 5. poſt *moniales* add. *Sanctimoniales*. P. 130. (*e*) Can. IX. P. 140. (*y*) LXIX. P. 157. ann. CCXLIV. num. IV. P. 166. (*w*) tit. X. P. 167. (*z*) leg. XVIII. P. 209. (*c*) XXXVI. P. 223. (*l*) caſtit. P. 225. (*f*) lin. 8. XXXVI. P. 295. (*r*) lib. XIX. cap. XII. P. 381. n. 4. pro Carleolum leg. Caërleona ſiue Caërlegio.

Vol. IV. Pag. 63. (*b*) & (*c*) del. velandis. P. 71. (*g*) MDCXLII P. 228. (*g*) lin. 7. pſalm. IX. P. 251. (*p*) ep. IV. P. 299. (*g*) DCCCXIII.

Vol. V. Pag. 9. lin. penult. lege p. 407. P. 88. (*l*) epiſt. XXVII. P. 110. (*o*) Furius. P. 126. (*u*) MDCXL. P. 183. (*q*) manſionibus. P. 188. (*p*) lin. 3. lib. II. c. XIII. P. 213. (*b*) XXXV. P. 256. (*o*) dele *lib.* P. 296. (*d*) epiſt. XVII.

Vol. VI. In tit. lin. 2. Hauantinæ. Pag. 12. (*i*) poſt Tolet. add. IV. P. 75. lin. 7. Valentinum. P. 95. (*g*) Philaſtr. P. 126. (*q*) lin. 7. poſt hæreſ. add. LXXIX. P. 137. (*i*) LXVII. de S. cet. P. 184. (*i*) poſt XXVI. add. ex L. P. 201. (*u*) XLVIII. de, cet. P. 216. (*n*) LXXII. P. 244. (*p*) LIX. P. 271. (*p*) ritibus. P. 273. (*y*) hæreſ. XLVII. Encrat. n. III. P. 307. (*o*) ep. IV. P. 318. (*d*) lin. penult. LXIII. P. 351. (*f*) lib. II. c. XXIII. P. 354. (*s*) lib. II. c. XXIII. P. 506. (*q*) lin. penult. Theophyl. P. 510. (*z*) Tertull. apologet. P. 573. (*k*) ep. XCVII.

Vol.

Vol, VII. In tit. lin. 2. Hauantinæ. P. 6. (*l*) 458. P. 26. (*u*) XXVII. add. al. P. 53. (*r*) lib. I. ep. XLI. P. 69. lin. 9. a fin. lib. II. P. 91. (*s*) CLXVIII. Ibid. (*t*) CLXIX. P. 166. (*b*) XXXIX. P. 356. (*) lib. II. tit. LIX. P. 358. (*n*) tom. II. P. 386. (*u*) post moneta del. *tit. XXII.* P. 398. (*y*) lib. XLVIII. P. 405. lin. 10. LXXIV. P. 418. (*s*) tit. VII. P. 440. (*b*) lib. IX. P. 503. (*s*) Ambros. P. 520. (*d*) post Letoium add. c. VI.

Vol. VIII. Pag. 39. post (*k*) add. Concil. Nic. can. X. P. 63. lin. 18. solum. P. 122. (*m*) lin. 2. Cyprian. de lapsis. P. 148. (*g*) tom. I.

Vol. IX. Pag. 16. (*m*) tit. VI. P. 36. (*s*) tit. V. P. 107. (*g*) XCV. P. 188. (*b*) LXXXVI.

Vol. X. Præfat. pag. 42. lin. 1. ARNALDI. lin. 28. pro populum leg. papalem. P. 46. lin. 1. nomine. Pag. 56. lin. vlt. τὸ ipsius ponend. lin. antec. post domesticorum. In ipso lib. XXIII. pag. 25. (*g*) tit. XVII. P. 92. (*p*) tit. XVII. In ind. rerum sub tit. *Roma* pro *cubitu* leg. *ambitu*.

Sunt hæc potiora, quæ præcipue in adnotationibus mihi occurrerunt, sphalmata: reliqua, quæ oculos meos effugerunt, si a beneuolo lectore obseruata fuerint, vt ista emendare ne grauetur, etiam atque etiam rogo.





